

venissent Romani, + qui <sup>1</sup> de ejus voluntate explorarent, darentque operam consiliis clandestinis, <sup>2</sup> ut Hannibalem <sup>3</sup> in suspicionem regi adducerent, tanquam ab ipsis corruptum, <sup>4</sup> alia atque antea sentire: neque id frustra fecissent, idque Hannibal competerisset, seque ab interioribus consiliis segregari vidisset:

Frontinum 1, 1, 3. de L. Statorio. Ibid. c. 2. exemplo 4. Carthaginenses miserunt, qui per speciem legatorum longo tempore Romae moraentur, exciperentque consilia Romanorum. Quemadmodum hoc callide plenumque agitur alio praetextu: ita contraria machina isti Principes, ad quos missum est, secreta mittentium ex legatis ebrietate injecta eruunt. Fl. Vopiscus Bonoso: Si quando legati barbarian undecimque gentium venissent, ipsi propinabantur, ut eos inebriaret atque ab his per vim: cuncta cognosceret. Gebhardus. Ad quem locum vide adnotata Cassabona. Zonaras ait missum Scipionem, ut Antiochum ac Hannibalem terret. Bosius.

<sup>1</sup> De ejus voluntate] M. Boecl. ejus voluntate, omissa praepositione. An fuit, ejus voluntatem? Lambinus certe querit, cur non ita dixerit Nepos. Sed nulla mutatione opus. vid. Ind. Bosius. Vide ad praefat. Vossiano B. etiam abest praeposito de.

<sup>2</sup> Ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent] Efficerunt autem id crebris cum eo sociatis colloquiis. Livius 35, 19. Propter colloquia cum Villio, suspectus regi. Vide Julianum Frontinum 1, 8, 7. [adde Polybium, Appianum, Justinum locis modo lateratis.] Hoc vero consilium hausebunt ab Agesilao; de quo Polyaenus l. 2. compo. 32. A'g'silaos e'c' r'uis dia-

προσέλατος ἡγετούσιν τὸν μάτιον διωρθεὶς πίπιδην τοῦτο αὐτὸν, οὐ διαλίγεται, μηδὲ τὴν κατὰ τοιούτους τάσσοντας τοῖς συγχρόνοις, οὐ κανονῶντας τοῖς τοιούτοις σύνοδοις επιτόλησιν τὰς τοιαύτας οὐτοφύες. Gebhardus.

<sup>3</sup> In suspicionem regi adduc. tanquam corr. ab illis alia atque antea sentire] Mirum loquendigenus, nec alibi mihi observatum: & tamen nemo interpretum id tergit. Si locus integer est, τὸ sentire ad suspicionem referendum est: in suspicionem, sentire (cum) alia, tanquam corr. ab illis. Sed darialeculum id mihi videtur. An igitur Nepos scripsit: tanquam corruptus ab illis, alia a. a. sentire? Sic certe loquuntur optimi scriptores. Bosius. Nulla mutatione opus.

<sup>4</sup> Alia atque antea sentire] Reconciliatam ejus cum Romanis gratiam, dixit Justinus explicatus Bosius. Id est, contraria sentire, quam olim senserat. Vide Cort. ad Sallust. Cat. 37, 10.

<sup>5</sup> Fecissent, idque Hannib. compere.] M. fecissent, nisi id cum H. c. Suspicio latere mendum, & scribendum esse; fecisse essent vidi, id cum H. c. Vidi sunt regi non fecisse frustra, ut clandestinis consiliis cum Hannibale uterentur. fecisse essent propter litterarum similitudinem coaluit in unam vocem. Schefferus. Mihi olim lev mutatione unius litterulae figura

set: tempore dato <sup>1</sup> adiit ad regem, eique quum multa de fide sua & odio in Romanos commemorasset, hoc adjunxit: <sup>2</sup> Pater, inquit, meus Hamilcar puerulo me, utpote non amplius <sup>3</sup> novem annos nato, in Hispaniam imperator <sup>4</sup> proficisciens Carthaginem, <sup>4</sup> Jovi optimo maximo hostias immolavit. <sup>6</sup> Quae di-

vina

haud valde dissimilis legendum videbatur: fecissent, nisi id tum H. c. Notum est, saepissime in Mss. c & t permutari. Non id frustra fecissent, i. e. non excidissent spe sua. Jam enim suspectum regi reddiderant Hannibalem: ut e Polybio cererisque manifestum est. In q. edd. est, cum neque i. fr. fec. Bosius. Omnes mei codices neque id frustra fecissent, sed neque ii frustra fuissent non male legendum conjectit Cortius ad Sallust. Jugurth. cap. 85. n. 6. Pro interioribus Voss. A. male inferioribus.

<sup>1</sup> Adiit ad regem] Sic e Mss. suis legunt Savaro, Boeclerus, &c in Ind. Lucret. v. revisere. Gifanius, quomodo 2, 7, 1, & 4. &c alibi locutus est. mox Ms. Boecler. de vita sua; sed in marg. adsc. fid. Pro odio v. cod. Schotti odium. Statim in illo puerulo me, provocabulum vulgo omittitur. erat tamen in Ms. Leidensi pum; nisi fortean in excerptis ejus scribi excedive debuit pu. me, abbreviate. Bosius. Leid. m. adiit regem. sed Voss. A. B. C. adiit ad regem. quod praefero. Vide ad Themistocl. cap. 7. quamvis, ut ibi monui, alterum non damnem. Sic enim adire deos, & adire ad deos dixer: consule Celeb. Brouckhuism ad Tibull. 1, 5, 39. Pro odio Voss. C. odium.

<sup>2</sup> Pater meus Hamilcar &c.] Narrant hanc rem etiam Polybius 3, 11. Livius 21, 1. & 35, 19. Valerius Max.

9, 3. ext. 3. tanguntque & scriptor de viris ill. c. 42. Appianus Iber. & Amibal. Martialis 9, 44. Florus 2, 6, 2. Orosius 4, 14. & ex his alii: prolixo vero, more poetarum, describit Silius lib. 1. ad quem videndus Dausquins. Corniolam Ursini, repertam in agro Perufino prope lacum Trasimenum, ubi Hannibal tetendisse legitur, in qua a dextris Hamilcar sacra faciens sculpus erat, ipso Hannibale puer ad aram stante, a sinistris Asdrubal galeatus, patruus ejus, memorat ff. Faber commentario in imagines Illustrium Ursinianas, pag. 41. conjicite Afron alicui, studio Hannibal, pro petra annulari fuisse. Addit & de alia genma, utriusque capita, sed Hannibal, ut pueri, ut existimat, exhibente, conjicite annularem ipsius Hannibal fuisse. De quibus judicent, quibus inspiciendi copia est. Exstat enim fortassis etiam nunc inter thesauros Farnefianos. Bosius.

<sup>3</sup> Novem annos] Sic & Polybius l. c. & lib. 2, 1. Livius locis cit. & 30, 37. Valerius Max. Orosius, Amphilus, &c ex emendatione doctorum virorum Scriptor de viris illustribus cap. 42. Silius quoque lib. 14. Decimurn modo cooperat annum Excessisse puer, nostro cum bella Latinis concepit iussu. Quibus neutiquam, uti quidem Dausquins putabat, aduersatur, quod idem lib. 1. ait, factum

vina res dum conficiebatur, quaesivit a me, *vellem-ne secum in castra proficisci?* Id quum libenter accepissem, atque ab eo petere coepisssem: ne dubitaret ducere, tum ille: *Faciam*, inquit, *si fidem mihi, quam postulo, dederis.* <sup>7</sup> Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat: <sup>8</sup> eamque, ceteris remo-

tis,

etum hoc, *Ut fari primamque datum distinguere lingua Annibali vocem;* neque quod apud eundem lib. 2. Bostar dicit, *jam bella iurasse cum cum primum tenero vocem proferret ab anno.* Significat enim, vix infantiam fuisse ingressum, ea vero cum anno aeratis septimo finitur. *Bosius.*

<sup>4</sup> *Proficiens Carthaginem]* Ubi iurasse Hannibalem in Eliiae templo media urbe sito, prolixe Silius narrat, quod sine causa in dubium vocat *Dansquius*, conjectique apud Garamantas in Jovis templo factum, nam quod ait *Polybium* tetragnath lib. 2. qui tum Amilarem scribat Herculis columnas adiisse: id secus est. Potius favet *Silio*; scribit enim, accepto exercitu (qui utique in Africa erat, & prope Carthaginem) & filio Hannibale; juxta Herculis columnas trajeisse. At *Valerius Max.* scrupit, Amilarem exercitum in Hispaniam trajeisse. Imino diserte ait, exercitum in Hispaniam TRAJECTUM, ob id sacrificasse. Nec aliter *Livius* 21, 1. *Polyb.* 3, 11. *Silio* & illud favet, quod Hannibal petiit, ut duceretur in Hispaniam. Sic enim praeter nostrum iidem duo scriptores. Unde malim cum ed. Col. sic distinguere: *In Hisp. imp. proficiens, Carthagine Jovi v. m. h. immolavit.* Pro *hijas* Ms. Leid. *hijam* habet, quomodo Silius: *tum nigra inferni Hostia maculatur Divae.* Bosius. Consule Clas. Drakenbur-

gium ad Silium Ital. lib. 1. vs. 81.

<sup>5</sup> *Jovi optimo Maximo]* Voss. B. *Jovi optimo & Maximo.*<sup>6</sup> *Quae divina res dum conficiebatur]* Leid. m. qui, *divinare, dum confici.*<sup>7</sup> *Simul me]* Melius in Boecler. Leid. & ed. Col. quam reliqui simulque. Bosius. Leid. m. *simul ad aram* item Voss. A. B. *simul me ad aram.* C. *simulque ad aram.* Pro *instaurerat*, Voss. C. *instaurerat*, forsan pro *institerat*, sed *instaurerat* rectius est. Vide ad Catonem cap. 3.<sup>8</sup> *Eamque ceteri remotis tenentem]* Ex Plauto, M. Varone, Cicero, Virgilio & Appulejo ritum jurandi ad aras explicat doctiss. Turnebus *Advers.* 16, 10. &c. 19, 19. item 26, 2. & 5. Est & elegans locus apud Justin 24, 2, 8. de Ptolemaeo, qui santis in manu altaris, contingens ipsa simulacra & pulvinaria dorum, inauditis ultimisque exsiccationibus adiurat, se sincera fide matrimonium sororis petere. Schottus. (vide ibi notas Berneggeri.) Non solum autem a iurantibus, sed etiam a sacrificantibus aerae tenebantur. Virgilii libro quarto Aeneid.<sup>1</sup> *Talibus orantem dictis, arasque tenentem**Audit omnipotens.**Varro Rerum divinarum lib. 5. aras* dicit primum *ansas dictas*, quod esset necessarium, eas a sacrificantibus teneri. Ad eas Macrobius *Saturn.* l. 3, 2. Ab iis, qui ad aras.Nn. 3. *con-*

tis, tenentem jurare jussit, <sup>1</sup> nunquam me in amicitia  
cum Romanis fore. Id ego jurandum patri datum,  
usque <sup>2</sup> ad hanc aetatem ita conservavi, ut nemini  
dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem  
mente sim futurus. Quare <sup>3</sup> si quid amice de Roma-  
nis cogitabis; <sup>4</sup> non imprudenter feceris, si me ce-  
laris. Quum quidem bellum parabis, te ipsum fru-  
straberis, si non me in eo principem posueris.

## C A P.

confugiebant, aerae tenebantur apud  
Hebreos, ut in *Annotationibus in*  
*Pausaniam* docuimus. Solebant et-  
iam, qui ad aras confugiebant,  
aras amplecti, ut apud *Pharacuum*  
*in Timoleone* animadvertere licet. Sed  
ille, inquit, cum gladio fugiens, in  
altari quendam peram d'fuit: hic  
vero aram amplectens, Timoleonem ob-  
secratus, se veniam det, rem omnem a-  
periturum, &c. Magius. Veteres,  
dum jurabant, aras tangere fuisse  
solitos, docent Pareus in *Electis*  
*Plautinis* pag. 348. &c 349. Brouk-  
husius ad *Propertium* 3, 19, 15. &  
Dukerus ad *Florum lib. 2. cap. 6.*  
n. 2.

<sup>1</sup> Nunquam me in amicitia cum  
Romanis fore] Livius 35, 19. Num-  
quam amictum fore populi Romani. [Et  
21, 3. Se, cum primum posset, hostem  
fore populo Romano.] Historia mis-  
cella lib. 3. cap. 5. Se ut primum pos-  
set, adversum Romanos pugnaturum.  
quod non est expressum, longeque  
minus est. Nam qui pugnat adver-  
sus aliquem, odium exsaudiare arque  
ex hoste amicus fieri potest. Poly-  
bius: μάντοις Πυγμαῖς τιθέσθεν. Ap-  
pianus Annibalicis: πρωτεύειν ἀλε-  
γένεις εὐτελείαν. Ibericus: Αρ-  
τεισος ἐρθρός εὐδελεύ θρησκευτικός. Geb-  
hardus. Valerius: se cum primum  
per aetatem potuisset, acerrimum he-

stem populi Rom. futurum. Scriptor  
de viris illustribus: editum in Roma-  
nos perenne juravit. Bosius. Hinc  
Hamal pro capitali hoste sumitur.  
vide Munck. ad Hygin. fab. 257.

<sup>2</sup> Ad hanc aetatem] Sic rescripti  
fide codicis Leid, nec dubito verum  
esse: eti omnes alii habent: ad hanc  
diem. T̄ aetatem abbreviate scri-  
ptum absq̄serat ob similitudinem  
vox proxima ita. Cum igitur ali-  
quid deesse viderent librarii, diem  
de suo addiderunt. Mox conservati  
erat in Mss. Boecl. Leid. & edd.  
Col. Lamb. Gebh. aliquis. quod  
nescio cur in servari mutarint nam  
& sibi legas apud Nostrum conser-  
vare fidem, iudicias, leges, religio-  
nen. Vide Ind. Bosius. Leid. m.  
actatem, item Voss. B. sed A. & C.  
diem. Et omnes mei conservari. Pro-  
sum futurus Voss. B. sum futurus. Pro-  
cumquidem Voss. C. quam quidem.

<sup>3</sup> Si quid amice de Rom. cogitabis] Polybius: οὐταὶ δὲ συνίστηται οὐταὶ  
οὐταὶ οὐταὶ οὐταὶ. Gebhardus.

<sup>4</sup> Non imprudenter] Omittit ne-  
gationem Ms. Boecl. Bosius. sic quo-  
que Vossianus B.

<sup>5</sup> Hac igitur, qua diximus, aetate] Sic Ms. Boecl. Etiam Leidenfis: Hac  
ergo, qua diximus aet. Vulgo absunt  
illa, qua diximus. Bosius. Voss. A.  
& C. agnoscunt verba qua diximus.  
6 Has-

<sup>5</sup> **H**ac igitur (qua diximus) aetate cum patre in  
<sup>6</sup> Hispaniam profectus est: cuius post obitum,  
<sup>6</sup> Hasdrubale imperatore suffecto, <sup>7</sup> equitatui omni  
praefuit. <sup>8</sup> Hoc quoque imperfecto, exercitus sum-  
mam imperii ad eum detulit. <sup>9</sup> Id Karthaginem dela-  
tum, publice comprobatum est. Sic Hannibal <sup>10</sup> mi-  
nor <sup>2</sup>

<sup>6</sup> *Hasdrubale suffecto*] Supra 22,  
3, 3. *Bosius*.

<sup>7</sup> *Equitatui omni praefuit*] *Tro-  
egorior* ab Asdrubale creatum, ait  
Appianus *Iberic.* pag. 258. *Vixidum*  
*puberem ab eodem actionem, triennio*  
*sub eo meruisse, nulla re, quae agen-  
da videndaque magno futuro duci es-  
sent, praetermissa*, Livius 21, 3' &c  
4. *Bos.* Leid. m. *equitatui omnium*.

<sup>8</sup> *Hoc quoque imperfecto*] Idem sup.  
in vita Hamilcaris cap. III. 3. di-  
ctum est. Medius postquam inter  
patrem, & filios octo ferme annos  
imperium obtinuerat, barbarus qui-  
dam eum palam ob iram imperfecti ab  
eo domini obruncavit: compre-  
hensusque a circumstantibus, haud  
alio, quam si evalisset, vultu, tor-  
mentis quoque cum laceraretur,  
eo sicut habitu oris, ut superante  
laetitia dolores, ridentis etiam spe-  
ciem praebuerit. Livius lib. 21 cap.  
2. *Ernfius*. Vide, praeter *Ernfius*  
adducta, quos laudamus ad 22, 3,  
3. *Bosius*. Pro *imperfecto* Voss. C. *in-  
perfectus*. Sed praecedentia s. e. o. p.  
b. q. eidem absunt.

<sup>9</sup> *Id Karthaginem delatum, pu-  
blice comprobatum est*] In ora Ms.  
Libri ex alio veteri codice ita  
hic locus legitur. *Id Cartaginem*  
*nemine contradicente publi-  
ce comprobatum est*. Verum ego  
existimo, est id glossema a vi-

ro aliquo docto e Polybii lib. 3.  
additum. Is enim scribit: Hanni-  
balem militum populique unanimi  
consensu *μια γένες* imperatorem es-  
se declaratum. Ita tamen, ut ne-  
gari non possit, Hannonem, alterius  
factionis principem, cum op-  
timatibus nonnullis, dissidente, sed  
frustra. De qua videatur Livius  
libro citato cap. 3, &c 4. *Ernfius*.

<sup>10</sup> *Minor V. & XX. annis natus*] Etiam hoc loco *Lambinus* reposuit  
natu. Cl. Pureanus plane delebat  
re natus. Vir clarissimus in *ad-  
ditionib. ad Indicem*, heic & supra 21,  
2, 3. ipsum positum vocabulorum  
sit *Indicio esse*, emendationem *Lam-  
bini* recte habere. Non enim dici  
natus *major LX. annis*, sed *major*  
*annis LX. natus*. In proclivi igitur  
esse conjicere, quod legendum  
sit *natu*, quomodo alibi *major natu*,  
*minor natu*. Velle explicatiū di-  
xisset, quomodo id e positu voca-  
bulorum appareat. nam ego qui-  
dem id perspicere me non posse,  
Iubens proficer. Sane Cicero *Verr.*  
2, 49. *triginta*, & quæst. Acad. 2.  
19. aliquis *annis minorem natu* dixit:  
sed qui *aliquis annis majorem, mi-  
norense natum* dixerit, neminem  
alium novi. Scripti tamen &c ante  
*Lambinum* editi constanter ser-  
vant *re natus*. Quid igitur? An le-  
gendum, *minor XXV. annos natu*,

nor quinque & viginti annis natus, imperator factus proximo triennio <sup>1</sup> omnes gentes Hispaniae bello subegit. <sup>2</sup> Saguntum, federatam civitatem, vi expugnavit. <sup>3</sup> Tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubalem fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. <sup>4</sup> Saltum Pyrenaeum transiit. Quacunque iter fe-

quomodo loquutus est <sup>21, 2, 3.</sup> ubi vide, quae nos diximus. vel <sup>est</sup> dictum, minor XXV. annis natus, pro minor quam est abhinc XXV. annis natus: Anno certe pro abhinc anno, dixisse videtur Plautus Menaeclom. <sup>1, 3, 22.</sup> Trucul. <sup>2, 4, 39.</sup> & Amphitr. prolog. verf. 91. Neque enim postremo loco anno adverbium, idemque ac olim est, ut nonnulli volunt. Vide Gronov. ad eum locum. Videturque Plautus addudere ad Comoediā aliquam superiorē anno Romae actam. Ampelius, nostrum, ut videtur, sequitus, dixit: minor annorum XXV. Sic enim lego pro quindecim, quomodo Salmāsius edidit. Ceterum Schottus ad script. de viris ill. & vir doctoris in chronologia Hannibalis, XXVI. annos natum fuisse volunt Hannibalem, cum imperium acciperet: nonnulli & plures, quam recte, nunc non vacat dispicere. Bosius. Omnes mei Codices vulgatam retinent lectionem.

<sup>1</sup> Omnes gentes Hispanias subegit] Sic Justinus 44. 5. 6. Universam Hispaniam domuit. Nempe, capita excisaque Sagunto, & cum ad bellum Romanis inferendum proiectus fuisse. Livium vide 21. 23. & Polybium 3, 35. Unde idem Polybius 3. 28. ait, Poenos, cum Hannibal bellum Italiae inferret, totam Hispaniam tenuisse usque ad Pyrenaeos

montes. Επινεγραται νη της εποιας πάντας ησαν της παγκλασ. δι πέριας ουτη προστατεύεται την πόλεμων οργήν. Antea vero fere intra Iberum imperium eorum consistebat. Vide eundem Polybium 3, 14. Livium 21, 5. Bosius.

<sup>2</sup> Saguntum vi expugnavit] Intervit hujus urbis luget Augustinus lib. 3. de Civit. Dei cap. 20. Cujus verba memoria sane digna sunt. Pertinet huc historia Q. Mucii ad Cartaginenses legati missi, quam Pomponius JCtus lib. 2. D. de Orig. Juris §. 37. (cujus textus virtuosus est) referit. Adde Flori lib. 2. cap. 6. Ernicius. Prolixe hanc expugnationem, & quae ad eam spectant, describit Livius 21. a cap. 6. ad 16. usque: brevius Polybius 3, 17. (qui & cap 29, & 30. docet, injuste expugnatam fuisse: ) Appianus Iberic. pag. 260, 261. Diodorus 25. elega 5. Zonaras pag. 71. &c. Bosius. Omnes mei Codices ut expugnavit. sed vi & ut saepius confundi solent. Vide Cl. Burn. ad Phaedram lib. 1. fab. 2. v. 12.

<sup>3</sup> Tres exercitus max. comparavit] Vide Polybium 3, 33. Livium 21, 21. & seqq. Bosius.

<sup>4</sup> Saltum Pyren. transit] Polyb. 3, 35. Livius 21, 23. & seqq. Appianus Annibal. pag. 315. Bosius. Vox saltum abest Vossiano C. & paullo ante, pro in Hispania, in Hispaniam.

fecit, <sup>1</sup> cum omnibus incolis conflixit: <sup>2</sup> neminem, nisi victum, dimisit. <sup>3</sup> Ad Alpes posteaquam venit, <sup>4</sup> quae Italiam <sup>4</sup> ab Gallia sejungunt, <sup>5</sup> quas nemo unquam cum exercitu ante eum, <sup>6</sup> praeter Herculem Grajum, transierat, <sup>7</sup> quo facto is hodie <sup>8</sup> saltus Grajus appellatur, <sup>9</sup> Alpicos conantes <sup>10</sup> prohibere trans-

itū

<sup>1</sup> Cum enī. incolis conflixit] Hoc Polybius 3, 42. & seqq. & Livius 21, 27. & deince. multis verbis docent. Lambinus.

<sup>2</sup> Neminem nisi victum] Leid. neminem non victum. non male. Bosius.

<sup>3</sup> Ad Alpes posteaquam venit] Quae poeninae ab Hannibale denominatae sunt. Plin. lib. 3. Nat. Hist. cap. 17. & Paulius Warnefridus lib. 2. de Gestis Longobard. cap. 18. ait. Alpes Appenninae dictae sunt a Puniciis, hoc est, Hannibale, & ejus exercitu. Ernstius.

<sup>4</sup> Ab Gallia] Sic M. Boecl. & q. edd. pro quo perperam alii, a Gallia. vide Ind. v. ab. Bosius. Voſſ. A. B. C. ab Galia.

<sup>5</sup> Quas nemo cum exerc. ante eum transferat] Falsum hoc esse, docet Polybius 3, 43. Bosius.

<sup>6</sup> Praeter Herculem Grajum] Hunc Alpes transgressum, etiam alii scribunt, in his Diodorus 4, 19. Dionysius Halicarn. 1. Silius 2, 3, & 15. Justinus 24, 4. Plinius N. Hist. 3, 17. Annianus 15. Sed Livius 3, 5. pro fabula habet: quemadmodum in universum expeditionem Herculis Graji in Galliam & Italiam doctiss. Bochartus de coloniis Phoenic. 1, 41. eti non audet negare, Herculem Phoenicum illa loca adiisse. Bosius.

<sup>7</sup> Quo facto] An legendum, a quo facto? Bosius.

<sup>8</sup> Saltus Grajus] Ab Hercule scilicet Grajo denominatae sunt Gra-

jae. Plin. loc. cit. & Silius Italicus lib. 3. & 4. Belli Punici. Sextus Ruffus in C. Caſare. A tertio Caſaris tranſitu Juliae deinde vocatae ſunt Alpes. Marcellinus. Sext. Ruff. in Julio & Octaviano Caſarib. Warnefrid. d. lib. cap. 13. Meſſala Corvin. Libello de progen. Auguſti eas, uti Iuſephо de Salas videtur, Romanas nuncuparat. Eruſius. Pro Grajus Leid. in Grajum.

<sup>9</sup> Alpicos] Mallet Lambinus legi, Alpinos, ſuſfragante adnotatore numero. Allobroges vocat Polybius 3, 50, 51. Livius montanos 21, 32. & deince. qui & certamina illa prolixe narrant. Bosius.

<sup>10</sup> Prohibere tranſitu] Sic vetus cod. Schotto inspectus, & utraque ed. Boecl. Alii, tranſitum quod fortaſſe mutari non debuit, nam cum accusandi caſu hoc verbo & Plautus aliique uſi. adi Ind. Bosius. Leid. m. & Voſſ. A. B. C. tranſitu, atque ita legendum jam statuerent viri docti. Juſtino lib. 44. cap. 3. Sed quum ab Euryſace Ajacis filio acceſſu prohiberetur. & Suetonio in Caſare cap. 34. Has fruſtra per omnes moras exuta prohibere conatus, aliisque ita loquentibus. Vide Celeb. Burmann. ad Valerium Flaccum lib. 3. Argon. vi. 305. & Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 1. Strateg. cap. 6. n. 9.

<sup>11</sup> Loca patefecit, &c.] Quo patefacto id fecerit, doceat Polybius 3, 54. N n. 5

itu concidit, <sup>1</sup> loca patefecit, itinera muniit, <sup>2</sup> effecit[que] ut ea <sup>3</sup> elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis <sup>4</sup> vix poterat repere. <sup>5</sup> Hac copias traduxit, in Italiāmque pervenit.

C A P.

<sup>1</sup> 55. *Livius* 21, 36, 37. *Appianus Annibal.* pag. 315. *Bosius.* Sic *Justinus* lib. 2. cap. 13. n. 6. dixit iter, quod aliter non pateret, ferro patefacere. & *Phaedrus* lib. 4. fab. 6. *In-hospitalis* prima quae *Ponti* sinus Patefecit. Consule *Broukhilum* ad *Tibullum* lib. 1. El. 3. vſ. 36. & munire itinera propria est locutio. Adiſis Cel. *Drakenburgium* ad *Siliū* *Italicū* lib. 15. vſ. 516.

<sup>2</sup> *Effecitque*] Aberat copula *Mf.* *Boecl.* potestque abesse. *Bosius.* Et abest *Vossianis* A. B. C.

<sup>3</sup> *Elephantus ornatus*] *Gisanius* ita correxerat (e cod. suo, in *Ind. Lucret.* v. ornare:) securusque est, indice *Cl. Puteano*, *Lambinus*. *Schottus* ex suis membranis praefert oneratus, accipitque pro onustus. Ast ego pertendo istud oneratus esse suppositum ab ignorantē scriba vim <sup>7</sup> ornatus. Nam elephas ornatus multum ab onerato differt. Jumenta dorsuaria, κατέναι φορητά, ut cameli & muli, &c. onerantur; elephanti vero ornantur; armantur ipsi & armatis implentur. Quid plura? praestantissimi quique scriptores hoc modo consueverunt. *Lucret.* lib. 2.

Fervere cum videas classem, late-  
gue vagari,

Ornatamque armis belli simulacra  
cientem.

*Livius* lib. 9. *Diemque iis, qua equis  
armisque instrueti atque ornati ade-  
sent,* dixit. *Tacit. lib. 3. cap. 63.*

*Flavianus exercitus ad praelium inten-  
tus ornatusque densis circa viam or-  
dinibus adserat.* *Tacit. lib. 5.* *Hi-  
stor. cap. 22.* *Pauci ornati militari-  
ter, plorique circum brachia torta ve-  
ste.* Sic *Catoni de re rustica* *Aſni* *ornati.* *Gebhardus.* Vide *Ind. Con-*  
*firmat* hanc lectionem *Mf.* *Boecl.* & quod opponitur homo inermis e-  
lephantō ornato apte, onerato non i-  
tem. Abest quidem <sup>7</sup> inermis *Mf.* *Boecl.* & videri possit glossema  
scioli cuiusdam. sed non est. Fere similiter *Livius:* ita rectis faxis, ut  
aegre expeditus miles tentabundus demitte-  
re se posset. *Expeditus*, id est, non  
impeditus armis & sarcinis, aut  
saltē, leviter armatus *Bosius.* *Voss.*  
*A. C. beneratus.* *B. oneratus.* *Ornatus*  
legit *Nob.* *Heinius* ad *Ovidium*  
*Epist.* 9. *Heroid.* vſ. 103. & per  
armatus explicat, cuius verbi signifi-  
cationis plurima exempla reperiuntur  
apud optimos *Auctores.* Consule *Cl. Arntzenium* ad *Victorem*  
de *Vitis* *Illiſtr.* cap. 55. quomodo  
Graecis ιστομενοῖς οὐλαῖς Euripid. *Phoe-  
niss.* 804. καταπλήσιοι οὐλαῖς. Sophoc.  
*Philoct.* 1077. καταπλήσιοι οὐλαῖς.  
in *Ajace* vſ. 1425. vide & *Scholia*  
*Homeri Iliad.* β vſ. 554. *Inermis* ab-  
est etiam *Vossiano* B.

<sup>4</sup> *Vix poterat repere*] *Polyb.* lib. 3. *Liv.* 21. *Flor.* 2, 6. *Eutrop.* 3:  
21. *Orosius* 4. cap. 14. *Eusebius.*

<sup>5</sup> *Hac copias traduxit*] Qua parte  
Alpes transferit, prolixè disquirit *Cluverius* *Ital. antiqu.* 1, 33. *Par-*  
*363.* & *deinceps.* *Bosius.* Per *Tau-*  
*rinas*

## C A P. IV.

**C**onfixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio & Scipione Cos. eumque pepulerat. Cum hoc eodem

rinis Alpes transiit in Italiam Hannibal. Vide Clar. Drakenburg. ad Silium Italicum 3, 646.

[*Ad Rhodanum*] Atqui neque Polybius, neque Livius, neque ulli alii, quod sciam, tradiderunt, P. Cornelium consulem cum Hannibale apud Rhodanum confixisse. Nam triduo ante quam ad Rhodanum venisset Scipio, transferat fluviem Hannibal, teste Polybio. Lambinus. *Mixtum in aqua regna* hoc Auctoris est. Scipio enim consul cum audiret, Hannibalem per Alpes transisse in Italiam, se primum hosti obicit. Cum quo ad Ticinum amnem congressus equestri praelio vincitur, & vulneratur. Mallem igitur, si per vett. libros liceret, pro Rhodanum legi Ticinum. Polyb. Liv. aliisque jam dicti Scriptores. Infra tamen repetit cap. 6, 1. Quem, niemppe Scipionem, ipse primum apud Rhodanum &c. fugaverat. Sed non memini me de pugna apud Rhodanum quicquam legere. Alii suo sensu abundant, per melicer. Ernstius, Locus est lib. 3, 49. Ita & Livius 21, 32. Quare Ernstius mallet, ad Ticinum. Sed huic emendationi repugnat, quod Cornelius ait, confixerat, non confixit. Hoc enim videtur innuere, id praelium ante transiit Alpium commissum esse. Praeterea pugnam ad Ticinum Padumque pugnatam demum in sequentibus significare videtur, cum ait: *Cum hoc eodem Glasidio apud Padum decernit, nam de illa o-*

mnino haec verba accipienda sunt, cum inter eam ad Ticinum amnem, in qua Scipio vulnus accepit, & alteram ad Trebiam, nulla alia intercesserit. An igitur Nepos intellegit praelium, quod inter Numidas & Romanos equites, a Scipione emissos, pugnatum est? de quo Polybius 3, 45. ac 64. Livius 21, 29. Zonaras pag. 73. Sed tum victoria penes Romanos fuit, qui, ut Polybius ait, Numidas fere usque ad castra Hannibalis inseparati sunt. At noster h. l. Hannibalem pepulisse, & infra cap. 6, 1. fugasse Scipionem apud Rhodanum, ait. Quid igitur? An eam pugnam significat, qua Gallos a fronte juxta & tergo adortus Hannibal castris exiit: de qua idem Polybius 3, 43. & Livius 21, 28. exponunt. Id magis crediderim, quanquam enim ei praelio Scipio ipse cum suis non interfuerit: tamen quia Galli pro Romanis, quibus tum Scipio praecerat, depugnantes, in fugam acti, ipseque Scipio in Italiam regredi coactus est, fortasse non omnino inepte. Noster dicere potuit, *cum eo confixisse Hannibalem, etiamque pepulisse*. Cogitabam aliquando, Nepotem sequutum aliquem, qui scriperit. Hannibalem cum Scipione primum apud Eridanum confixisse, (quomodo Appianus: *et regas urbis exterritorum*:) sed in codice illius mendoso scriptum fuisse Rhodanum pro Eridano. Verum nec id satis placet. Bosius.

dem<sup>1</sup> Clastidio<sup>2</sup> apud Padum decernit: saucium inde<sup>2</sup> ac fugatum dimittit. Tertio idem Scipio cum collega<sup>3</sup> Tiberio Longo<sup>4</sup> apud Trebiam adversus eum

VC-

<sup>1</sup> *Clastidio apud Padum]* Sic scripti omnes & ante Lambinum vulgati. Is enim, praecunte Cl. Puteano, edidit de *Clastidio*: quod retinueri reliqui: ac tuerit & nuperus editor. Cum tamen Lambinus ipse fateatur, ex Polybio & Livio constare, Scipionem cum Hannibale de Clastidio non decertassem, quod verum est. nil amplius enim, quam illud five oppidum, five vicum, ab Hannibale proditione captum scribunt, idque cum jam fugato ad Padum Ticinumque Scipione, trajeccoto Pado, Scipionem insequutus, confessisset inter Padum & Trebiam, in sinistra hujus ripa. vid. Polyb. 3, 66, 68, 69. Livius 21, 47, & 48. Idem vero Lambinus negat Clastidio heic locum esse. Nam quid est, inquit, *apud Padum Clastidio decernit?* nonne satis est dixisse *apud Padum*, ut *apud Rhodanum*, *apud Trebiam*. Quare aut delendum id censet, tanquam aliunde inculcatum, aut legendum, non longe a Clastidio. Non male ista; nisi quod posterior conjectura haud placet. Nam praelium, de quo heic sermo est, ultra Padum, quem Scipio Placentiam movens transferat, ad Ticinum, in agro Insubrium, & circiter V millia passuum a Victumviis, commissum est, ut appareat e Polybio 3, 64, & 65. Livio 21, 39, & 45. Jam Clastidium Geographi in Gallia Cispadana collocant haud procul eo loco, ubi Ticinus Pado jungitur. vide Merulan parte 2. Cosmograph. lib. 4. cap. 34. Cluver. Ital. antiqu. l. 10. Victumviis autem me-

dio fere inter Placentiam & Cremonam sitas fuisse volunt. Cur igitur Nepos *Clastidio*, aut non longe a Clastidio pugnatum diceret, cum propiora haberet loca, Victumviis, ipsamque Placentiam? Vereor itaque, ne glossema sit, ab aliquo profectum, qui Clastidium sub id tempus captum fuisse legerat. eis id pro certo admirare non ausim. Bosius. Pro de *Clastidio* Leid. m. & Voss. B. Clastidio A. Clastidia, sed C. Gladistia. Pro decernit Voss. C. decernit. pro saucium inde ac fugatum. B. saucium inde fugatum. A. sauciumque inde ac fugatum.

<sup>2</sup> *Apud Padum decernit,* &c.] Hanc pugnam, ejusque eventum multis verbis describunt Polybius & Livius. Lambinus. Adde Silium lib. 4. Bosius.

<sup>3</sup> *Tiberio Longo]* Hoc viro praenomen est & apud Polybium, Appianum, Ampelium, Eutropium, Caesariorum. Male igitur Aldus & Magius reponunt, Tito. Livius, ad quem provocant, hoc loco etiam in optimis edd. mendoza est, ut jam Lambino ac Schotto monitum. & apud eundem 23, 37. ac 30, 44. Tiberius vocatur. Fuitque hoc praenomen & alii e gente Sempronii, ut passim e nummis, lapidibus & scriptoribus antiquis videre est. Ceterum apud Ampelium, ubi Tiberius Claudius dicitur, haud dubie posterior vox a glossa est. Ampelius solum Tiberium dixit, ut Scipionem, Flaminium, Paullum, Varrenem, Gracchum, Marcellum. Hanc Longum nonnulli Sempronian Grazianum,

venit. cum his<sup>1</sup> manum conseruit: <sup>2</sup> utrosque profligavit. inde per Ligures<sup>3</sup> Apenninum transit, petens Etruriam. Hoc itinere adeo<sup>4</sup> gravi morbo afficitur <sup>5</sup>

OCU-

ebum vocant. nescio, quam bene.  
Bosius. Pro collega Voss. C. col-  
egio.

<sup>4</sup> *Apud Trebiam*] Sic Mss. [etiam Boecl.] In Cimone, *apud Mycalen*, & alias non semel. [vid. Ind.] Sallustius, *apud Lete oppidum, apud Ileraam, apud Preneste, apud Mutinam*. Priscianus lib. 15. Vulgati, ad. quam lectionem adserit Orosius 4, 14. Savaro. Et sic Livius quoque loquitur 21, 48, 49. & ejusdem libri epitome: At *apud Trebiam* est etiam apud Ampelium, qui sua e nostro, ut videtur, deflumfit. Bosius. Leid. m. & Voss. A. B. C. *apud Trebiam*. Cl. Arntzenius tamen ad S. A. Viatorum de Viris Illustr. cap. 60. n. 2. videtur praesertim *ad Trebiam*, cuius locutionis quam plurima congesit exempla, sed Bosium & meos Codices secutus hic nihil muto. Vide Cortium ad Sallust. B. Jugurth. cap. 20. n. 1.

<sup>1</sup> *Manum conseruit*] Tam *manum* quam *manus conserere* Latinos dixisse docet Cl. Barm. ad Nemesianum Ecl. 6. v. 21.

<sup>2</sup> *Utrosque profligavit*] Quae pugna pugnata est An. Urbis 10000. mense Decembri. Ernstius. Sic & Orosius 4, 14. Ac jam fugientibus Romanis supervenisse Scipionem, Appianus, (qui & fauciatum ait) & Silius referunt. Sed Polybius ac Livius negant praelio interfuisse, quippe adhuc aegrum ex vulnere. Ut cunque sit, utrosque profligatos dici potest, quoniam utriusque exercitus fusi. Quanquam & Florus, Scriptor de viris illustribus, Eutropius,

Ampelius, alii, solummodo Sempronium ad Trebiam victimum, scribunt. Ceterum pro utrosque edunt alii *utrumque*, sed editam lectionem confirmat etiam Msc. Leid. & similis locutio supra 20, 2, 2. vide Indicem. Bosius. Omnes mei utrosque.

<sup>3</sup> *Apenninum transit*] Ita fere & Silius sub finem libri 4. Orosius 4, 14. Sed Livius 21, 58, 59. & 22, 1. scribit, conatum quidem transcedere Apenninum, sed vento & imbris prohibitum, degressum Apennino, retro ad Placentiam castra movisse, ibique cum Sempronio denuo conflxisse. Polybius, &c reliqui de transitu Apennini plane nihil. Bosius.

<sup>4</sup> *Gravi morbo afficitur oculorum*] Alpinis enim frigoribus dextrum oculum amisit elephante investitus, ut resert praeter Polybium [3, 62.] ac Livium [22, 2.] lepide Satyricus Aquinas Sat. 10, 157.

*O qualis facies & quali digna tabella,*

*Cum Getula dusum portaret bellua luscum!*

Quo de somnium ejus resert Val. Max. 1, 8. Vide & in Fabio Plautum. Plures ejusmodi duces *utroque* reperias, praeter Cyclopam Homericum:

— *Cui torva lumen sub fronte latebat*

*Argolici elypei aut Phoebeae lampadis instar.*

Philipum Macedonum regem, de quo ex Demosthene orat pro Ctesiphonte, Agellius 2, 27. ibidemque e

S. 1.

oculorum, ut postea nunquam dextero aequo berie usus sit. Qua valetudine <sup>1</sup> quum etiam nunc premeretur, <sup>2</sup> lecticaque ferretur, C. Flaminium Cos. <sup>3</sup> apud Trasimenum cum exercitu + insidiis circumventum occi-

*Sallustio de T. Didio.* De illo autem nos pluribus in *Vitis parallelis*. Schottus. Quod detinestamentum oris quidam simii posteriorum dum ad gloriam sibi trahebant. Tacitus 4. H. 13, 3. Sed Cravilis, ultra quam barbaris solitum, ingenio sollers, & Sertorium se aut Hannibalem ferens, simili oris dehonestamento. Vide eundem 2. A. 9, 2. & 3. A. 20, 4. de Decrio. Justin. lib. 9. sub finem de Philippo. Gebhardus. De Sertorio habes apud Gellium l. c. De Hannibale, adde Silium fine 4. Eum vero alii non in transitu Apennini, sed dum per paludes in Etruriam ducit, morbum oculorum contraxisse scribunt. Bosius. <sup>4</sup> nec abest Leidenſi meo.

<sup>1</sup> *Cum etiam nunc premer]* Sic rescripti, praeceunte Ms. Boecl. in quo erat, tum etiam nunc prem. notum est <sup>t</sup> & <sup>e</sup> pallim in Ms. permutteri. Vulgo erat, *cum etiam tum* (vel *cum etiam*) prem. Bosius. Leid. m. & Voss. A. *Quoniam etiam tum pr.* B. *cum etiam nunc.* C. *quoniam etiam tunc,* qui semper fere pro *quoniam*, vel *quoniam* vel *quem* scribere solet.

<sup>2</sup> *Lecticaque ferretur]* Ut solent affecti Duces iter facere & exercitui circumferri. Livius 24, 42. *Scipio in aciem illatus lecticula conflixerit;* nec dubia victoria fuit. Et Mermax apud Agathiam 1. 2. *Fangravis annis & a multo tempore utroque pede claudus, lectica deferebatur in aciem, laboribus perinde ac robustissimus quidam juvenis vacans.* Valerius

praetor apud Valer. Max. 2, 8, 2. *Consulem ea pugna in lectica claudum jacuisse;* se autem omnibus Imperatoris partibus finitum. Polyaenus 1. 4. *Euphrate raro per arato ibiante,* <sup>5</sup> & exponit <sup>6</sup> appositor exer, nomi <sup>7</sup> ορφρος εροπη. Vide Plutarchum in Eumene. Flavius Vopiscus Numeriano, cap. 12. *Hic patri comes fuit bello Persico:* quo mortuo cum nino sletu oculos dolore coepisset, quod illud aggritudinis genus numia utpote familiarissima, confeccus angustia incurrit: *& dum lectica portaretur, factione Atrii Apri, socii sui, qui invadere conabantur imperium, occisus est.* Curtius 7, 6, 8. *Gastris inde motis lectica militari ferebatur: quam pro se quisque eques podesque subire certabant.* Vellejus Paternus inter laudes humanitatis & beneficentiae Tiberianae commemorat 2, 114. *Erat siderantibus paratum junctum vehiculum, lectica ejus publicata: ejus beneficia cum alii, tam ego sensi.* Gebhardus.

<sup>3</sup> *Apud Trasimenum]* Nempe lacum. Meminerunt hujus praelii sati certe magni, praeter historicos jam citatos. Plutarchus Fabio. Val. Max. lib. 1. cap. 5. Cic. 2. de Nat. Deor. cap. 3. Et Seneca lib. 3. De ira cap. 5. *Ernicius.* Leid. m. & Voss. B. C. *Transimenum,* & ita in Veterissimis Edd. & novem Ms. apud Valerium Maximum lib. 1. cap. 6. n. 33. legi, docet Egregius vir A. Torrenius, qui plura de hujus vocis scriptura profert, cui adde Cl. Dukerum ad Florum 2, 6, 13.

<sup>1</sup> occidit. neque multo post <sup>2</sup> C. Centenium <sup>3</sup> praetorem, <sup>4</sup> cum delecta manu saltus occupantem. Hinc in Apuliam pervenit. Ibi obviam ei venerunt <sup>4</sup> s duo Consules: <sup>6</sup> C. Terentius, & L. <sup>7</sup> Paullus Aemilius.

<sup>4</sup> *Insidis circumventum*] Plane sic Epitome Livii 22. *insidiis ab Amabile circumventus, ad Trasimenum lacum cum exercitu caesus est.* Eas vero describunt Polybius 3, 83 & seq. Livius 22, 4. Appianus pag. 319. Silius 5. princ. Florus 2, 6, 13. Ut mirer, id in nupera Lugdunensi editione, verbis *Salmasii*, in dubium vocari. Imo ne quidem *Florum* recte notari a *Salmasio*, Livii narratio docet. Bosius.

<sup>1</sup> *Ocedit*] A Gallis occisum, ait Polybius: ab Insubre equite, Ducario, Livius 21, 6. Silius fine lib. 5. Bosius.

<sup>2</sup> *C. Centenium*] Sic & Polybius, Livius, Appianus, Znaras vocant. Estque & M. Centenius Paexula apud Livium 25, 19. & P. Centenius Ufso apud Gruter. 768, 11. Male igitur Polybius interpres Centenium reddidit. Bosius.

<sup>3</sup> *Praetorem*] Imo *propraetorem*. Ut Livius ait lib. 22. cap. 8. &c in Mſſ. nostro Cod. exstat. Ernstius. Fidenter ita rescripsi, auctoritate codicis Ernstiani, ac Livii 22, 8. Praetorem non fuisse, etiam Appianus indicio est: *Karthus auctor viri illi impavet ipsiusq[ue]r, sed quis est deinceps magister, interesar.* Znaras εγενητος vocat. quod male interpres vertit *praetorem*. Bosius. Omnes mei Codices *prætorem*. Itaque viris doctis, qui in texu reponunt *propraetorem*, hic adsentiri nequeo. Quoniam *praetores* & *Consules* saepissime pro *Propraetoribus* & *Proconsulibus* poni

solent: sic Noſter Q. Fabium Maximum cap. 5. n. 1. *Dicitorem* vocat, qui a Livio *Prodictator* dicitur, ut ibi notae teſtantur. Consule Celeb. V. J. Perizonium in Animadvers. Historicis cap. 7. pag. 309. & 310. Dukerum ad Florum 2, 14, 5. & Eruditiss. J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Illuſtr. cap. 63. n. 2. qui hanc Boſſi & Hoogſtratiſi temeritatem jami ibi notavit.

<sup>4</sup> *Cum delecta manu*] Cum IV. equitum millibus, ut vult Polybius, & item Livius: sed, ut Appianus, cum sex millibus. Lambinus. Immo cum octo millibus. Sic enim Appianus: *καὶ τὸν τοῦ ὑπαντικοῦ πόλεμον τὴν τεράνην πέμψατε.* Ac toridem milibus & paullo ante, Centenium praefectum, ait. Bosius.

<sup>5</sup> *Duo Consules*] Anno Urbis 10XXXVII. Quo C. Terentius Varro, vir loco non humili ſolum, ut Livius ait, ſed etiam ſordido, ortus, primum, & L. Aemilius Paulus, utri a Livio nominatur, ſecundo, Coss. facti ſunt. lib. 22. cap. 34. & memorabilis illa pugna ad Cannas: cuius infra Nepos meminit in Apulia commissa est. Cujus temerario ingressu, Val. Max. iv. cap. v. ait, Terentius Varro Remp. confregit: dum, fruſtra diſſidente collega, cum Hannibale praelium iniit, in quo XL. millia peditum (ita e Mſſ. Cod. Livii autoritate confirmato Flori locum lego lib. 11. cap. vi.) duo millia 1000. equitum, & tan-

milius. <sup>1</sup> Utriusque exercitus <sup>2</sup> uno praelio fugavit: Paullum Consulem occidit, & aliquot praeterea Consulares, in his <sup>3</sup> Cn. Servilium Geminum, qui anno superiore fuerat Consul.

## C A P . V.

**H**ac pugna pugnata, Romam profectus nullo re-

sistens-

ta prope civium sociorumque pars caesi sunt. Consulum alter Paulus quoque occubuit: alter Veniam profugit. Huic tamen, clavis tantae auctori, postea a Senatu gratiae sunt actae, & Dictatura post delata. Quae adduco, ut studiosi discant, alios laudem habere, alios mereri. Video nonnullos errare, qui hunc Aemilium cum L. Aemilio Paullo confundunt, qui <sup>11</sup>. consul Perseum Philippi Macedonis filium praelio vicit; unde Macedonicus dictus est. Quod secundum bellum Macedonicum describunt Liv. XLIV. & XLV. Plutarch. in Aemilio Paulo. Diodor. Sic. lib. XXXI. Florus II. cap. XII. Eutrop. IV. Vellej. lib. I. Oros. IV. cap. XX. Val. Max. IV. cap. II. Et Cic. II. Offic. Ernisti.

6 C. Terentius] Varro addit ed. Lamb. & aliae. sed abest ab antiquioribus. Quemadmodum & <sup>7</sup> Paulus. Apud Eutropium male Publ. praeomen ei tribuitur. Bosius. Varro abest Leideni meo, & Vossiano C.

7 L. Paulus Aemilius] <sup>7</sup> Paulus abest Leideni meo & Vossianis A. C. Agnoscit tamen B. quae scriptura facile admitti potest, quoniam veteres saepe cognomina praeposuerunt nominibus gentis, addito etiam Praenomine. Consule Cl. Du-

kerum ad Florum lib. 2. cap. 2. n. 11. & Cortium ad Sallustium Jurgurth. cap. 27. n. 4.

<sup>1</sup> Utriusque] MG. Boecl. & utriusque. Mox. Col. & aliae, exercitum. quomodo cap. 11. i. classis ab utriusque in praelio deducitur. Bosius.

<sup>2</sup> Uno praelio] Apud Cannas, Appulie vicum. Hanc pugnam & ejus eventus multis verbis exponunt Polybius (3. 110. & dñe.) & Livius (22. 45. & seqq.) Lambinus.

<sup>3</sup> Cn. Servilium Geminum] Siquidem ex Polybio, T. Livio, Appiano, Fastis, non ut vulgo, P. Servilium Geminum. Lambinus. Atque sic & in membranis Schotti fuit. Bosius. Pro L. Paullum. Leid. & Voss. A. B. C. Paullum. Pro in his Voss. A. in iis. Leid. in is. Pro Cn. Leid. & Voss. B. C. P. Pro Gemini Voss. B. Gemini. Pro anno superiore Leid. & Voss. A. B. C. superiore anno.

<sup>4</sup> Hac pugna pugnata, Roman prof.] At Hannibal parum fano usus consilio, in Campaniam deflexit, & cum ut victoria posset, frui maluit. Delitiis igitur & voluptatum illecebris amoenissimarum regionum & ipse, & exercitus ardor ita clanguit, ut verum dictum sit: Capuam Hannibali Camas fuisse. Livius, Florus, Polybius, Appianus, Eutropius, & tot praeterea scri-

sistente, <sup>1</sup> in propinquis urbis montibus moratus est. Quum aliquot ibi dies castra habuisset, & revertetur Capuam: <sup>2</sup> Q. Fabius Maximus dictator Rom. in agro Falerno se ei objecit. <sup>3</sup> Hic clausis locorum <sup>2</sup> angustiis, noctu sine ullo detrimento exercitus se expeditiv. <sup>4</sup> Fabio callidissimo imperatori verba dedit. Namque <sup>5</sup> obducta nocte, <sup>6</sup> farmenta in cornibus ju-

ven-

scriptores. Apud Flor. <sup>11</sup> cap. vi. in Ms. Cod. legitur: *ipse & exercitus ardore languit.* Quod criticorum filiis examinandum trado. Ego nihil muto. *Ersius.* Semel monendum est, in hac tota narratione siccipius a Polybio, Livio, aliisque Nepotem dissentire, praesertim, quod ordinem rerum gestarum attinet. E. g. quae de Fabio heic refert, plerique, antequam & duo consules ad Cannas vincerentur, & ipse Romanum proficisceretur, contigisse scribunt. Ceterum q. edd. habent *prefectus est.* Dicerem legendum esse, *prefectus, & nullo reficiente in pr. u. m. m. est:* nisi hujusmodi *dōvidila* passim Nepos amaret. *Bofius.* De locutione *pugna pugnata,* de qua hic agit Hoogstratenus, vide Manutium ad Cic. 8. Fam. 2. & Sanctum in Minerva, lib. 3. cap. 3 ubi addit Celeb. Perizon. ad n. 113. Graecorum hanc esse imitationem docebunt III. Spanhemius ad Aristophanis Plutum vs. 10. & Scholia festis ad vs. 517.

<sup>1</sup> *In propinquis urbis montibus]* Ad Anienem fl. vide Livium 26, 10, 11. *Bofius.* Omnes mei Codices *urbis.* Consule Cl. Munkerum ad Lactant. Placid. lib. 11. Narrat. Fab. cap. 11. & nos ad Pausan. cap. 2. n. 1. ubi *regis propinquos* nequaquam damno.

<sup>2</sup> *Q. Fabius Max dictator]* Immō predictator, seu pro dictatore, nam, quia & consul aberat, a quo uno diec posse videbatur: nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nūcniū aut literas mitti: nec dictatorem populus creare poterat: quod nunquam ante eam diem factum erat, predictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, & magistrum equitum M. Minucium Rufum. auctor Livius [22, 8.] Polybius tamen *dūrd-ræz* appellat. lib. 3. Lambinus. Quemadmodum & alii passim. Et ipse Livius paullo post *dictatorem* iterum, cap. 9. & passim in sequentibus *dictatorem* vocat. *Bofius.*

<sup>3</sup> *Hic clausus]* Sic quoque cod. Leid. alii *Hinc clausus.* *Bofius.* <sup>4</sup> *Fabio callidissimo Imp.]* Calliditatem ei Cicero eriam tribuit lib. 1. Offic. quod videlicet facile celeret, tacaret, dissimularet, infidiaretur, hostiumque consilia praeriperet. *Ersius.*

<sup>5</sup> *Obducta nocte]* Sic *Magius.* Lambinus, & Savaro. Lingol. enim & Ultraject. editio *adducta nocte,* minus recte. Schottus. v Ind. *Bofius.* Omnes mei Codices *obducta.* Verbum *obducere* proprium in hac re. Virgil. 2. Aen. vi. 604.

*Aspice namque omnem, quae nunc obducta tueri  
Mortales habebat visus tibi, & hu-*

vencorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam inmitit. Quo repente objectu viro, tantum terrorem injectit exercitu Romanorum, ut egredi extra vallum nemo sit ausus.

3 Hanc post rem gestam non ita multis diebus, M. Minucium

mida circum.

Caligt, nubem eripiam.

Ubi Servium & Cerdam consule, quibus adde Celeb. Burmannum ad Quinctilianum 6. Declam. 15. in fine.

6 Sarmenta in cornib. juvencorum delig. incendit &c.] Livius 22, 16. faces dicit unidique ex agris collectas, fascesque virginarum, atque arida sarmenta. [sic & Plutarchus Fabio Maxim. ] Frontinus vero [1, 5, 28.] farmentorium in fasciculos unitorum menin. Magius. Silius 1. 7. farimenti maniplos vocat. adde Polyb. 3, 93. & Appian. Annibal pag. 321. & seg. Qui omnes bovin cornibus haec adligata ajunt. Itaque non dubitavi fide Mt. Boecl. juvencorum rescribere, pro jumentorum: praesertim cum eadem voce & Silius utatur: Ut passim exsultent stimulante dolore juveni. Bohus. Leid. m. & Voss. B. jumentorum, sed A. & C. juvencorum. Vide Lector, quid eligas. Nam Noiser. Auctor & Sallustius videntur boves etiam jumenta appellasse. Consule Celeb. Burm. ad Phaedrum lib. 4. fab. 4. vs. 24. Pro ejusdem generis Voss. A. ejusque generis.

1 Pari ac dictatore imperio] Quod nunquam antea factum erat. Vide Polyb. 3, 103. Livium 22, 25. Plutarchum l. c. Appian pag 154. Dionem Cass. lib. 7. in exe. Peirese. pag. 595.

2 Productum] Bene habet perduatum nec attendendus Schottus.

qui praesert productum. Gebhardus. Sic rescripti fide Mff. Schotti & Boecl. est repugnante Gebhardo, pro perdactum, quod antea omnes editiones occupaverat. Nam sic alii quoque, iisque optimi, scriptores loquuti, ut docebit Index. Rem ipsam prolixius narrant Polyb. 3, 103, 104. Livius 22, 28. Silius lib. 7. Bosius. Leid. m. & Voss. A. C. perdactum. sed B. productum. Per & Pro fere semper in Mff confunduntur, quod supra in perdere & prodere vidimus, & infra in persequi & prosecuti videbimus, cuius conuersonis mille exempla adferre in proclivi foret. In primis vero locum habet in perducere & producere. Vide sis Broukhusum ad Proprietum 1, 3, 39. Oudendorp. ad Frontinum lib. 2. Strateg. cap. 5. n. 3 & J. Arnirzenium ad S. A. Viatorem de Viris Illustr. cap. 2. n. 6. Ratio est, quia in Codd. per & pro pernotas non multum differentes scribi solent; ut de proinde & perinde agens Cortius recte observavit ad Sallustium Catilin. cap. 12. n. 5. Hic vero cum Bosio productum praefero, quoniam producere verbum fraudis & insidiarum est, & praeципue quidem in bello. Consule Celeb. Burmann. ad Quinctilian. Declam. 305. Paullo ante pro Minucium Voss. A. inimicum.

3 Ti. Sempron. Gracchum] Tiberii praeomen restitui Graccho huic e Livio 23, 24, 25. Valerio Max. 5, 1, 8c

nucium Rufum magistrum equitum, <sup>1</sup> pari ac dictatorem imperio, dolo <sup>2</sup> productum in praedium fugavit. <sup>3</sup> Ti. Sempronium Gracchum, <sup>4</sup> iterum Consulem, in Lucanis absens, <sup>5</sup> in insidias inductum sustulit. M. Claudio Marcellum <sup>6</sup> quinque Consullem,

& Chronico Cassiodori: cum vulgo omnes scripti typisque vulgati Titum vocent. *Bosius*. Leid. m. *F. Sempronii*. C. omittit Praenomen.

<sup>4</sup> Iterum consulem] <sup>Aucto</sup> <sup>re</sup> <sup>ter</sup> <sup>vo</sup> <sup>cat</sup> Appianus, proconsulem Orosius <sup>4</sup>, 16. Recte, nam perrit anno V. O. <sup>10</sup> <sup>XL</sup>, Flacco & Ap. Claudio Coss. Lucaniam provinciam natus; ut e *Livio* manifestum est: consul autem iterum fuit cum Q. Fabio Maximo filio, anno <sup>10</sup> <sup>XL</sup>, non autem <sup>10</sup> <sup>XC</sup>, Olympiad. <sup>CLIV</sup>. tertio, cum M. Juventio, ut, immanni anachronismo, adnotat *Knebelius*, nam is alias a nostro fuit. Non male tamen Népos *consulem* iterum dicere potuit, qui bis consulatum gesserat. quomodo *ter consulem* Vitellium dixit *Tacitus* <sup>14</sup>, 56, 1, *Bosius*.

<sup>5</sup> In insidias inductum sustulit.] Vide *Livium* 25, 16, 17. *Appianum* p. 333. *Silium* 12. *Orosium* l.c. *Lambinus* mallet *inlectum*, sine causa vide infra ad c. 9, 3. *Bosius*. Omnes mei *inductum*. Quod verbum etiam proprium est fraudis & insidiarum. Vide ad *Alcibiad.* cap. 8 & *J. Arntzenium* ad *S. A. Victorem de Viris Illust.* cap. 30 n. 1.

<sup>6</sup> Quinque consulem] Qui tamen Hannibalem, aperto Marte, & collatis signis ter vicit, primusque superari tantum Heroa posse re ipsa docuit. *Liv.* 33. Hujus enim ad Nolam praetorio post Cannensem illam calamitatem primum populus

se Romanus erexit: posteaque prosperae res deinceps multae consecutae sunt. *Cic. Bruto* p. 388.

*Erenstius*. *Quintum* reponi vult *Schottus* auctoritate *Varronis* & *Ciceronis* apud *Gellium* 10, 1. proutque librarium imperitum ex compendio nota *V* exscriptisse quinqüas. Sed *Gellius* solum negat, recte dici *consul tertio*, non item, *ter*. Neque potuit negare, nam sic omnino loquuntur veteres. *Plinius N. H.* 16, 40. *Mucianus ter consul*. *Tacitus* <sup>14</sup>, 56, 1. *Nisi forte te Vitellio ter consul praeponis*. Idem *Agric.* 44, 2. *Katus erat Agricola Cajo Caesare ter cons.* Sic enim habent vetustiss. editiones, *Romana*, *Veneta*, *Rhenani*, eti postea, nescio quo auctore, rescriptum est *tertium*. Evidem vir summus, *Aug. Buchnerus*, non dubitabat eo loco legendum *Cajo Caes. primum consul*. Sed nec ita solet *Tacitus*; & primum consulatum *Cajus* non Kalendis Januariis, sed *Julii*; nec solus, sed cum patruo *Claudio*, iniit; *Suetonio cap. 19*. & *Dione* 59. testibus. Solum *tertium*; ut ex eodem *Suetonio* cognoscimus, solus iniit. Non autem nomen accipiebat annus, nisi ab iis Coss. qui *Kal. Jan. magistratum* inierant. Quare neque *Cajo primum consulem* *Agricola* dici potuit, praesertim cum natus fuerit *Idibus Junii*: nec alii quam *tertio* illius consulatu heic locus est. Sed de his plur. DEO dante, ad ipsum *Agricolam*

4 lem, apud Venusiam pari modo <sup>1</sup> interfecit. Longum est enumerare praelia. <sup>2</sup> Quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi posse, quantus ille fuerit. <sup>3</sup> Quamdiu in Italia fuit, <sup>4</sup> nemo ei in acie restitut, nemo adversus eum <sup>5</sup> post Cannensem pugnam in campo castra posuit.

## C A P.

*Taciti.* Porro cum Latine dicatur *ter consul*, quis dubitet etiam *quinquies consulem* dici posse? *Bosius.* Omnes mei *Quinqies.*

<sup>1</sup> *Interfecit*] De quo *Livius* 27, 27. *Appianus* pag. 342. *Silius* 15. *Plutarchus* *Marcello*, &c. *Bosius.*

<sup>2</sup> *Quare h. u. sat. er. dictum*] *Pompeiana vox*, ait *Schottus*, de mendo suspecta est, & a glissa irrepsisse apparet: nisi quid doctis fecus videtur. Immo caret omni mendi suspicio-ne. vide not. ad 15, 4, 6. *Bosius.* Pro posse *Leid. m.* posset. item *Voss.* *A.*

<sup>3</sup> *Quamdiu in Italia fuit*] *Lambinus* ait, Hannibalem annos quindecim & eo amplius in Italia fuisse. *Seneca* 2. de Ira cap. 5, 9, 7. viginti annorum meminit. Sed dixi de controversia illa, Comment. ad locum jam citatum *Senecae. Ernstius.*

<sup>4</sup> *Nemo ei in acie restitut &c.*] *Piane sic Diodorus* 26. in exc. *Pairesc.* pag. 301. οὐδὲ διὰ τὸ πλῆθος ἢ μεγάλη φύσις τοῦ ἀντί, μάκρα ποτε τομέας ἵνα τοῦ σώμα μάχεσθαι μέχεται. *Bosius.* Pro castra *Voss. C. castro.*

<sup>5</sup> *Post Cannensem pugnam*] In qua populus Romanus ingentem cladem accepit, quae tanquam Romae excitavit trepidationem, ut potentiorum maxima pars de fuga cogitaret. Italiam certe reliquisten, nisi a *P. Cornelio Scipione*, *P. filio*,

tum 24. annorum adolescentem, tot clari viri fuissent detenti. *Plutar-chus* in *Fabio*, *Liv. lib. 36. Polyb.* 10. *Valer. lib. 3. cap. 7. Eutrop. lib. 3. Oros 4. cap. 16. Ernstius.*

<sup>1</sup> *Hic invictus*] *Diodorus* loco jam laudato: αἱρεῖται εἰς πόλεαν ταῖς μάχαις ἐπινεότα. Et paucis interjectis: ἡ γὰρ αἱρετικὴ Αντικαὶ μάχης (Sci-pio scil.) ἀντὶ μάχης τῆς καταδίωσες εἰς τὴν Ιταλίαν εὐχειρίσθη. *Bosius.*

<sup>2</sup> *Revocatus*] Vide *Livium* 30, 9. & 19. *Appianum Libyc.* pag. 12. *An-nibalic.* pag. 346. *Orosium* 4, 19. *Bosius.*

<sup>3</sup> *Adversus P. Scipionis filium*] *Au-toquela* est manifesta, inquit *Schottus.* *Scipionis enim Africani majoris filius* ob infaetudinem bello abstinuit, et si praetorius fuit, hinc & *valetudinarius* dictus. *Scipionem Aemilianum* adoptavit. Sequor igitur libenter codicis mei auctoritatem, *adversus P. Scipionem*, quem ipse primus &c. Haec ille, quae nollem doctiss. viro excidissent. Is enim *Scipio*, cuius cum filio Hannibalem in Africa bellum gessisse *Nepos* ait, non *Africanus major*, sed ejus pater intelligentius est, qui primus in Italiam transgresso Hannibali apud Ticinum occurrit, ab eoque fugatus est. Cujus filius postquam in Hispania res maximas adverius Poenos gesserat, in Africam protectus, pluribus praeliis vicit Carthaginenses. Igitur ab his Han-

## C A P. VI.

**H**ic invictus patriam defensum <sup>2</sup> revocatus, bel-  
lum gessit, adversus P. Scipionis filium, <sup>4</sup> quem  
ipse primum <sup>5</sup> apud Rhodanum, iterum apud Pa-  
dum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc, <sup>2</sup>  
ex-

Hannibal revocatur, &c cum Scipi-  
one primo in colloquium venit, mox acie congressus succumbit. In-  
re manifesta non alium testem, quam ipsum Hannibalem, advoca-  
bo; qui in colloquio cum Scipione  
Africano apud Livium 30, 30.  
Hoc quoque ludibriū, inquit, casus  
ediderit fortuna, ut cum patre tuo  
consule ceperim arma, cum eodem pri-  
mum Romano imperatore signa contulerim;  
ad filium ejus inermis ad pa-  
cem petendam veniam. E quibus ap-  
paret, non solum nihil incommodi  
editam lectionem habere; sed  
etiam alteram Schottiani codicis,  
quam & in suo eruditiss. Boeclerii  
repperit, ferri nullo modo posse.  
Is enim Scipio, quem Hannibal  
apud Padum &c Trebiam fugave-  
rat, diu ante in Hispania cum Che-  
jo fratre occubuerat, quam in pa-  
triā Hannibal rediret. Ceterum  
cum in duobus Ms. ut diximus,  
legatur adversus P. Scipionem, quem;  
in aliis autem, ut expressimus:  
credam Nepotem scripsisse: *adv.*  
*P. Scipionem P. Scipionis* (vel, ejus)  
*filium quem &c.* Certe filii vox ab-  
esse non potest, nisi quae sequun-  
tur, spuria esse dicamus. Ea vero  
in Ms. Boecl. sic habent: *quem ipse*  
*apud primum Trebiam fugarat. cum hoc*  
*&c.* Bosius. Leid. m. *P. Scipionem*  
*filium ejus.* ita & Voss. A. sed B.  
adversus *P. Scipionis* C. adversus *P.*

*Scipionem.* Mox apud Rhodanum,  
iterum apud Padum, tertio apud absunt  
Vossiano B. Quem ipse primum ab-  
sunt Vossiano A. Pro fugaverat Voss.  
A. C. fugavit B. fugat.

*4 Quem ipse primum]* Sunt, qui  
putant, Cornelium in regulam pec-  
caſe Grammatices, quae velit, Relativa semper ad proximum antecedens substantivum esse referendū: Pronomen autem *Quem* heic respicere Scipionem patrem. Verum censurā haec videtur mihi fruſtra esse. Nam siue Pater siue filius intelligendus venerit, in Grammaticorum regulam non peccatur: cum non minus pater quam filius, seu patris & filii nomen sit generis masculini, quod an proprius, an vero remotius, perinde fuerit. Et ipsa regula nihil quam solam Relativi & Substantivi in Genere convenientiam respiciat. Recte tamen Schottus amphiboliam, quae lectorē heic facile decipere po-  
test, tollit, nisi forte fallor, quando auctoritate Ms. Codicis filium delet. *Ermstius.* Vide Bosium ad Pelopid. c. 3. n. 2. & Cortium ad Sall. Jugurth. c. 18. n. 9. Lecto-  
rem docturos, Relativum saepe ad remotius respicere substantivum. Bosianam lectionem mire firmant duo Codices mei.

*5 Apud Rhodanum]* Vide qua-  
diximus ad cap. 4, 1. *Bosius.*

exhaustis jam patriae facultatibus, cupivit<sup>1</sup> in praefentiarum<sup>2</sup> bellum componere, quo valentior postea congrederetur.<sup>3</sup> In colloquium convenit, conditio-  
nes non convenerunt. Post id factum paucis diebus  
apud Zamam cum eodem conflixit: pulsus (incre-  
dibile dictu) biduo & duabus noctibus<sup>5</sup> Adrumetum  
peruenit, quod abest a Zama circiter<sup>6</sup> millia pas-  
sum trecenta. In hac fuga Numidae, qui simul  
cum eo ex acie excesserant, insidiati sunt ei: quos  
non

<sup>1</sup> *In praefentiarum*] Vossius & ante-  
te eum viri docti alii existimant  
vocem in five *impraefentiarum* non  
esse gentinam, sed ex *in*, *praesen-*  
*tia*, & *tertia*, corruptam. Et Lam-  
binus ait, se apud Cornificium lib.

<sup>2</sup> in sua editione legisse in *Praefen-*  
*tia*. Vide omnino Voss. lib. 4. de Vit.  
lat. Serm. cap. 33. p. 730. Ernstius.  
Vide Ind. v. *praesens*. Bosius. Voss. B.  
in *praefentiarum*. Hanc locutionem  
plerique Grammatici Nepote no-  
stro indignam duxerunt, quoniam  
rectius dicitur *in praesentia*, ut inter  
alios censem Cellarius in Annibarba-  
ro cap. 2. p. 124. & sane sic locutus  
est ipse Auctor in Alcib. cap. 10. &  
Miltiade cap. 7. n. 6. nam verba  
haec immittere e textu ibi rejiciun-  
tur, reclamantibus omnibus Codd.  
Mff. & vellem modo ipse in textu  
reposuisse, & ita Cicero, Teren-  
tius, aliquae passim loqui amant,  
pro quo etiam *impraeſens* dixerunt La-  
tini, ut docet Cl. Cortius ad Sall.  
Catilin. cap. 16. n. 2. nempe pro *in*  
*praesenti*, ut locutus est in Alcibiad.  
cap. 4. ubi perperam a Magio *in*  
*praesentia* editum est, omnibus scri-  
ptis libris refragantibus. An ergo  
verba haec, quae omnes mei alio-  
rumque codices servant, muranda,  
quia rariora sunt? Haud facile in-

ducar, ut credam; multo minus e  
civitate Latina ejicienda. Consule  
tu potius, Lector, Celeb. Perizo-  
nium eruditissime de hac locutione  
disputantem ad Sanctii Miner-  
vam lib. 2. cap. 3. n. 8.

<sup>2</sup> *Cupiv. bellum componere*] Pro-  
lixie haec Polybius 15, 5. & deinc.  
Livius 30, 29. & seqq. brevius Ap-  
pianus Libyc. pag. 21. Bosius. Postea  
abest Vossiano C.

<sup>3</sup> *In collq. convenit*] Comparuit  
ad colloquium, de quo convenit  
habendo. Quare nequiter istud *con-*  
*venit* mutat Lambinus in *venit*. P.  
Syrus: *Inimici ad animum nullae con-*  
*venient preces*. Quanquam non i-  
gnorem, hoc aliter accipi posse.  
Caesar 7, 39. *in equitum numero*  
*convenerant, nominatim ab eo evocati*.  
Gebhardus. Pro *conditiones* Voss. E.  
*conditiones*.

<sup>4</sup> *Apud Zamam cum eod. conflixit*] Deſcribunt hanc pugnam Polybius  
15, 9. & seqq. Livius 30, 32. &  
deinc. Appianus Libycis: Orosius 4.  
19. Bosius. Pro post id factum Voss.  
C. quod id factum.

<sup>5</sup> *Adrumetum*] Phoenicum, in  
Byzaciō, coloniam, quae Graecis  
'Adrumē', 'Adrumē', 'Adrumē', &  
'Adrumē': Hieronymo, Aethico,  
aliisque Hadrumetus, & in faxo ve-  
teri

non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit. Adrumenti reliquos ex fuga collegit. Novis delectibus paucis diebus multos contraxit.

## C A P. VII.

**Q**uum in apparando acerrime esset occupatus,<sup>1</sup> Karthaginenses bellum cum Romanis compo-suerunt. Ille nihil secius exercitui postea praefuit,<sup>2</sup> resque in Africa gessit (<sup>3</sup> itemque Mago frater ejus) us-

teri apud Gruter. pag. 362, 2. *Colonia Concordia Ulpia Trajanis Augustae Frugifera Hadrumetina*. Cum in Msc. Boecl. sit *hadrumtum*, & mox *hadrumenti*; auctor videri possit scripsisse; *Hadrumetum*, e *Punico* חַדְרָמֵת: sic enim Poenos vocasse vult *Bachartus de coloniis Phoenic.* 1. 24. Etsi *Renesius* de lingua *Punica* חַדְרָם putat חַדְרָמָת, vel חַדְרָמָת, & חַדְרָמָת, quasi Plutonis regiam & domicilium mortis. Sic ex *וּרְבָּעֵל* *Hadribal*; ex *וּרְאָה* *Esdra*, &c. Nil tamen mutare ausim, nisi consensus aliorum codd. accedat. *Adrumentum* etiam *Livius*, *Plinius*, *Tacitus*, alii vocant *Bosius*. Leid. m *Adrumentum*. Voss. A. C. *Hadrumen-tum* B. *Hadrumentum*.

*6 Millia passuum trecenta*] Mss Boecl. & Leid. *millia passus trecent.* Mox. q. edd. *cum eo acie exceferant*, non male. Statim *Lambinus* legendum censer nosvis dilectibus, nec dubitat, quin libri Mss. sic habeant, nisi & ipsi mendosi sint. Atqui nec libri sic habent, nec ulla mutatione opus est. *Bosius*. Pro a *Zama* Voss. B. ab *Zama*. Pro *passum* Leid. & Voss. A. B. C. *passus*. Pro *acie exceferant*. Leid. m. & Voss. A.

B. C. *ex acie exceferant*. Pro *ex fu-ga* Leid. m. *fuga* Voss. B. *e fuga*. Omnes mei delectibus.

*1 Karthaginenses bellum cum Romanis compo-suerunt*] Fracti jam ad-versis rebus, & quidem ipso Hannibale consentiente pacem petunt. Liv. Appian. locis cit. Atque ita ludit fortuna in rebus caducis, dum una earum urbium, quas Cicero Orat. pro L. Murena, & Orat. pro Lege Manil. duos Imperii Romani terores vocat (nempe Karthaginem, & Numantium) pacem facit cum Romanis, donaque Romanum mittit *Ermistus*.

*2 Resque in Africa gessu*] quas narrat *Appianus* Λαμβύν. *Lambinus*.

*3 Itemque Mago frater ejus*] Superfuisse tum Hannonem Nepotis sententia, manifestum est cap. 8, 1. & 2. Etsi *Livius*, ut etiam *Ermistus* observat, ex Italia in Africam trajicientem, vixdum superata Sardinia ex vulnera mortuum scribit. Et quamvis nemo veterum ullius rei post redditum ex Italia ab eo gestae, quod sciam, meminit, (nisi quod *Zonaras* p. 96. in Italianam remissum ait, quod sine dubio falsum est:) habuit tamen haud dubie *Nepos* auctores suos, quos se-

usque ad P. Sulpiciū & C. Aureliū Consules.  
 [ 2 His enim magistratibus <sup>1</sup> legati Karthaginenses Ro-  
 manam venerunt, <sup>2</sup> qui senatui populoque Romano  
 gratias agerent, quod <sup>3</sup> cum his <sup>4</sup> pacem fecissent,  
 ob eamque rem <sup>5</sup> corona aurea eos donarent, simul  
 3 que peterent, <sup>6</sup> ut obsides eorum Fregellis essent,  
 captivique redderentur. His ex Senatus consulto re-  
 sponsum est: munus eorum gratum acceptumque es-  
 se:

quatus est. Sed ut haec verba ab  
 eo profecta credam, induci vix  
 potero. Non ita solet Nepos. dix-  
 isset potius, una cum fratre Magone.  
 Igitur e fine commatis <sup>3</sup> reperta &  
 inculcata censeo. *Bof.* Pro usque ad *P.*  
*Sulpic.* *Voss.* *C.* usque *P.* *Sulpic.* *Leid.*  
*m.* *u.* *a.* *P.* *Sulpic.* *Cajum* *Aurelium.*

1 Legati Karth. R. venerunt] Sed  
 parum bona fide. *Liv.* lib. 30. cap.  
 16. *Ernſtius.*

2 Qui senatui p. q.] *Voss.* *B.* o-  
 mittit qui.

3 Cum his] Inepte quaerit *Lam-  
 binus*: cur non dixit SECUM? Ne-  
 que enim cum legatis, sed cum re-  
 publica Carthaginensium, pacem  
 Romani fecerant. At cur non supra,  
 pergit, LEGATI CARTHAGI-

NIENSIMUM? Respondeo, quia  
 perinde erat, utro modo loquere-  
 tur. *Bofius.* *Vossiani* semper cum iis.

4 Pacem fecissent] De hac pace  
 ejusque conditionibus legendus i-  
 dem *Livius* 20. sub extr. *Lambinus.*  
 adde *Zimaram* pag. 97. *Bofius.*

5 Corona aurea] Vide Ind. v. co-  
 rona. *Bofius.*

6 Ut obsides eorum Fregellis essent]  
*T. Livius* lib. 32. *Amal.* aliter, in-  
 quir *Lambinus.* Atqui, quae ille  
 32. 2. memorat, proximo demum  
 anno gesta fuerant, Lentulo &  
 Vilio *Coff.* ut appetet ex initio li-

bri. Quae vero heic *comm.* 2. & 3.  
 tanguntur, nusquam alibi lego, ut  
 facile appareat aliis Nepotem au-  
 toribus, quam *Livium*, *Appianum*,  
 & ceteros qui existant, fuisse u-  
 sum. *Bofius.* *Voss.* *A.* *Flagellis.*

7 Inimicissimum nomini Romanū]  
 Nomen saepius pro gente a Probatis  
 Auctoriibus, & praesertim *Nomen*  
*Romanum* pro *Romanis* sive gente  
 Romana adhibetur: vide *Tennu-  
 lium* ad *Frontinum* lib. 1. *Strateg.*  
 cap. 2. *Ex. 2.* & *J. Arntzenium* ad  
*Viatorum de Viris Illustrib.* cap. 37.  
 n. 1. sic Graecis τὰ ὀνόματα. pro i-  
 psis hominibus. *Consule J. Perizo-  
 nium* ad *Aelianum* lib. 13. cap. 28.  
 n. 3. Mox pro & nunc *Leid.* m. e-  
 tiam nunc.

8 Itemque fratrem ejus Magonem]  
 Cum Nepos Magonem finito bello  
 Punico II. superstitem fuisse putarit,  
 non ausim haec expungere. *Bofius.*

9 Hamibalem dominū Magonemque  
 revocarus] Sed Mago a Quintilio  
 Varo in agro Insibrium cruento vi-  
 catus praelio, & in Africam trai-  
 ciens ex vulnere decepsit prope Sar-  
 diniam. *Liv.* eod. lib. cap. 18.  
 cum seq. *Ernſtius.* Illud Magonemque,  
 seu, ut in *Boel.* est. & Magonem,  
 nec positus vocis, nec, quod mox  
 subjicitur, ut redit, admittit. Ne-  
 pos dixisset; utrumque (vel ambo)

se: obsides, quo loco rogarent, futuros: captivos non remissuros, quod Hannibalem, cuius opera susceptum bellum foret, <sup>7</sup> inimicissimum nomini Romano, & nunc cum imperio apud exercitum haberent, <sup>8</sup> itemque fratrem ejus Magonem. Hoc responso Karthaginenses cognito, <sup>9</sup> Hannibalem domum (Magonemque) revocarunt. <sup>10</sup> Hic, ut rediit, <sup>11</sup> praetor factus est, postquam rex fuerat anno secundo &

vi-

domum revocarunt. Huc ut rediit Hannibal, &c. Vir doctus tamen non deservendum hec Nepotem existimabat, ex scriptoribus antiquis rem unam toties narrantem. *Ipsum Livianum* profecto post recensitum Magonis obitum <sup>21.</sup> capite profecto simul Magonem Annibalemque, & vocatos domum scribere. Atqui non deserimus Nepotem, sed sciolum, qui hanc vocem inferit textui. *Livius* autem neque profectos una ait, sed numerum ea de re Romanam ad atque per eosdem dies, quibus profecti fuerant: neque de ista revocatione Hannibalis, quae, finito bello, sed de ea, quae antea facta est, loquitur. Quare is locus huc plane non spectat, *Boſius*. *Voss.* *B.* etiam & revocarunt.

<sup>10</sup> *Hic, ut rediit*] Heic, nimirum, ubi senatus promiserat, id est Carthaginem, postquam Hannibal reversus est. De hoc enim verba haec intelligenda sunt: cum Mago frater ejus jam dudum esset mortuus. Non igitur Adverbium hic recte ab *ut rediit* separatur. Venit autem Hannibal Carthaginem post <sup>6.</sup> & <sup>30.</sup> annos, quam inde parvum patre exierat. *Oros.* <sup>4.</sup> *cap. 19.* Anno urbis <sup>1511.</sup> belli <sup>xvii.</sup> *Ernſtius.* In Msc. Boecl. fuit: *Hic cum rediit*: in Leidenſi: *Hic, ut rediit*. quomodo & ed. Gebh. quod

verum puto. Huc domum pura. Quod si vulgata lectio placet, hic pronomen erit, non, ut *Ernſtius* volebat, adverbium: distinguedumque, ut nos fecimus, commate interposito. *Boſius.* *Leid. m.* & *Voss. A. C.* Huc, ut rediit. *B. Hic, cum rediit.*

<sup>11</sup> *Praetor factus eſſe*] Sic & *Livius* <sup>33.</sup>, <sup>46.</sup> *Praetor factus Hannibal.* *Juſtinus* <sup>21.</sup>, <sup>2.</sup>, <sup>6.</sup> *consilem tum fuisse* ait. Errat vero vir doctus, qui lib. de repub. Carthagin. *ſet. 1. cap. 15.* haec verba de Magone accipit: seductus, opinor, illo glossemate, *Magonemque*: cum tamen e *commate* <sup>5.</sup> appareat, de magistratu, quem Hannibal gessit, sermonem Nostro esse. Idem ex h. l. colligit, *Suffetes*, *deposito magistratu, praetores factos*, nescio, quam bene. Hannibal sane post XXII. demum annos praetor factus est, quam rex, h. e. ut ille vult Suffes, fuerat. *Praetorem* autem, ut arbitror, dixit, quem *Aristoteles politic. 2. 9. (aliis 11.) ſequitur* vocat, & inter maximos magistratus recenset. *Zonaras* certe maximum *Carthaginensium magistratum* vocat, quem Hannibal tunc adeptus eſſe. τινὶ μαγιſτροὶ τὸν καρχηδονιῶν ἀρχὴν τὴν μακεδονίαν ἐπιτελεῖν. pag. 97. Et rursus pag. 102. ἀνιστὰς τὸν μαγιſτροῦ τὸν τῆς καρχηδονίας

Oos

dī

vigesimo. <sup>1</sup> Ut enim Romae Consules, sic Karthagine quotannis <sup>2</sup> anni bini reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal praebuit, ac fuerat in bello. Namque effecit ex novis vectigalibus non solum, ut esset pecunia, <sup>3</sup> quae Romanis ex foedere penderetur, sed etiam supereffet, quae <sup>4</sup> in aerario poneretur. Deinde, anno post praeturam,

Mar-

*ἀρχαὶ εἰς τὰς* vide Indic. Annum fuisse, appareat e *commate* 6. Bosius.

Pro rex Voss. C. factus.

<sup>1</sup> *Ut enim Romae consules, sic Karthagine &c.]* Livius 30, 7. *Suffetes, quid velut consulaire imperium penes eos erat.* de Carthaginensibus loquitur. Festus, seu potius abbreviator ejus Paulus: *Suffetes, consul lingua Poenorum.* Bosius. Nota Lector, id quod observatum est a Viris Doctis, Particulam ut hic eleganter poni, sequente *sic.* Consule Cl. Burn. ad Ovidium lib. 1. Metam. v. 15. Tib. Wopkens lib. 1. Left. Tull. cap. 6. pag. 25. & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Ill. cap. 43. n. 1.

<sup>2</sup> *Anni bini reges]* Nescio certe, quid Nepoti in mentem venerit, quod Suffetes heic *reges* appellaverit: ut qui non observarit, ne essent reges, & annuos fuisse duros, & binos. Justinus libro 31. c. 2. rectius Hannibalem appellat *consulēm*. De supremo hoc Cartaginensium magistratu & nomine ejus vide Scalig. *Castigationes in Feſtum in Voce Suffetes.* Suspicer, Auctorem nostrum scripsisse, aut certe scribere voluisse *praetores* pro *reges*: cum paullo ante dixerat: *Hic ut redit, praetor factus est.* An vero Suffetes vocari recte possint *praetores*, Cornelius videat. Quem juvare potest, quod omnis magistratus, cui parceret exercitus, appell-

latus sit *Praetor*. Quae Victorini sententia est. Cui accedit, quod Asdrubal Masanissae nepos in Ep. Liv. lib. 50. Karthaginensium *Praetor* appelletur. Atque hoc est nobilis illud secundum Punicum Bellum, cladium (sive ut Ms. meus, Flori legit *gladii*) atrocitate priore bello terribilius, quod uberrimus historiarum scriptor Livius decem integris libris copiosissime; Polybius item bona parte ejus operis, quod hodie nobis reliquum, Appianus Iberica & Hannibalica; Plutarchus, Fabio, Marcello, & Aemilio Paullo, satis copiose, Silius Italicus suo carmine, praedclare persecuti sunt. Brevius idem scribunt Florus lib. 2. cap. 6. C. Neps heic in vita Hannibalis. Auctor de Viris Illustribus *Hannibale & Scipione*. Eutropius maxima parte lib. 3. Orosius lib. 4. cap. 14. & quinque seqq. nequid de iis dicam, qui sparsim idem attingunt. Ernſt. Maturatur *Ernſtius*, Nepotem *reges* vocasse Suffetes: (idque improprius factum, etiam *Salmasius* censebat); sufficiturque eum scripsisse, aut scribere voluisse, *praetores*. Atqui hunc maximum Carthaginensium magistratum etiam Graeci *βασιλεὺς* vocant, *Aristoteles Politic*, 2, 11. *Polybius* 3, 32. & 6, 49 alii. *Reges* etiam alii Latinorum. Justinus 22, 7, 7. *Bornilcar rex Poenororum*, Orosius

Marco Claudio, Lucio Furio Coss. Romani legati Karthaginem venerunt. <sup>2</sup> Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus, priusquam his senatus daretur, <sup>3</sup> navem conscendit clam, atque in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta Poeni na-<sup>7</sup> ves duas, quae cum comprehendenderent, si possent consequi, miserunt: bona ejus publicarunt: <sup>4</sup> domum a fundamentis disjecerunt: ipsum <sup>5</sup> exsulem judicarunt.

## C A P.

<sup>4, 6.</sup> *Imlico rex Poenorum.* Bosius,

<sup>3</sup> *Quae Romanis ex foedore pend.*] Vide Livii lib. 30. cap. 16. Ern-

*sius.*

<sup>4</sup> *In aerario poneretur.*] Pro pone-

retur Leid. elegantius, reponeretur.

Proprium id hac in re verbum. Bo-

*sius.* Leid. m. poneretur, item Voss.

A. Sed B. C. reponeretur recte. Re-

ponere in genere norat recondere &

falsum custodire, & sic Virgilius

in alia re dixit 1. Georg. 167. Pro-

wista repones. ubi Servium vide.

<sup>1</sup> *Legati Karthaginem venerant.*] Vide Livium 34, 47. & 48. Justi-

num 31, 1, 7. & 8. Appianum Sy-

riac. pag. 88. Bosius. Pro Romani

Leid. m. Roma. item Voss. A. C.

sed B. Romanis.

<sup>2</sup> *Hos Hannibal sui exposcendi gra-*

*tia missos ratus.*] Tum etiam suo-

rum odiis atque infidiis injustis pe-

titus profugit Tyrum: exceptus

que a conditoribus Cartaginis ut a-

lia patria, vir tam clarus omni ge-

nere honorum, paucos moratus

dies Antiochiam navigat. Regem

jam inde profectum, Ephesi est

consecutus fluctuantem adhuc a-

a n i m o , incertumque de Romano

bello. Sed haud parvum momen-

tum animo ejus ad molendum ad-

ventus Hannibalis fecit. Livius

extremo lib. 33. & Justin. lib. 31.

cap. 1. &c 3. ubi scribit Hanniba-  
lem velut decorum munus fuisse ex-  
ceptum. Regis stultitiam facete  
irrisit ipse Hannibal, ut refert A.  
Gellius lib. 5. Noct. Att. cap. 5.  
Ernicius.

<sup>3</sup> *Navem conscendit.*] Sic & Li-  
vius non semel, aliquique loquuti.  
In Leid. tamen erat ascendit. quo-  
modo Terentius Adelphis 4, 5, 69.  
*Abiit, navem ascendit, periit:* ut qui-  
dem doctiss. Guyetus ea verba ordi-  
nabat. Variae lectioni haud dubie  
occasione praebuit similitudo in-  
ter a litteram, & abbreviationem  
syllabae con: quod & alibi factum  
novi. Bosius. Leid. m. Voss. A. B.  
C. ascendit. quam lectionem non  
est quod rejiciamus, quoniam a-  
scendere navem proprio dici docuimus  
ad Themist. cap. 8. n. 6. Nec tamen  
minus proprium est verbum *conser-*  
*dere.* Cicero lib. 1. de Divinatione  
cap. 27. *Habueretque in animo navem*  
*conscendere.* Vide Cl. Burm. ad  
Quintilian. 5. Declam. 10. sic su-  
pra *congregari* & *aggregari* confusa vidi-  
mus cap. 1. n. 2.

<sup>4</sup> *Domum a fundam disjec.*] Tan-  
quam proditoris, & majestatis rei.  
vide Ind. v. *domus.* Bosius.

<sup>5</sup> *Exsulam judicarunt.*] Delicuit in  
Msf. syllaba *ju*, scriptumque erat  
dicarunt; quod Schottus illico arri-  
pit.

## C A P . VIII.

**A**t Hannibal anno tertio, postquam <sup>1</sup> domo profugerat, L. Cornelio, <sup>2</sup> Quinto Minucio Coss. cum quinque navibus <sup>3</sup> Africam accessit, in finibus Cyrenaeorum, si forte Karthaginienes ad bellum, Antiochi spe fiduciaque <sup>4</sup> inducere possent: cui jam persuaserat, ut cum exercitibus in Italiam <sup>5</sup> proficeret.

pit, exponitque addixerunt. At quis ita e Latio loquitur, Addicere vel dicare exsilem, pro, exilio multarē. Gebhardus. Leid. m. & Voss. A. dicarunt. C. ditarunt.

<sup>1</sup> Domo profugerat] Sic legunt ed. Col. Ultraj. & quaedam aliae. Male autem Lambiniana domum prof. Bosius. Pro postquam Voss. C. postquam.

<sup>2</sup> Quinto Minucio] Voss. C. quod iunico.

<sup>3</sup> Africam accessit] Atqui non modo ipse eo non accessit, sed ne litteras quidem mittere ausus est, inquit Lambinus, Livium 34, 60 & Appianum Syriacis adlegans. Sed jam supra monuimus, Nepotem in hac vita non semel alios, quam quos nunc habemus, auctores sequi. Bosius.

<sup>4</sup> Inducere possit] Per Aristonem quandam Tyrium, ut Livius narrat lib. extremo. 84. Quo dubium Lambino heic ortum tollitur. Qui tamen ipse haec Livii verba citat. Ernstius. Absunt haec verba Vossiano. B.

<sup>5</sup> Proficisceretur] Ms. Boecl. & ed. Col. proficiscerentur: ipse scilicet, & Antiochus. Nil tamen muto. Bosius. Voss. B. etiam proficiscerentur.

<sup>6</sup> Magonem fratrem excivit] Vide, quae diximus ad cap. 7, 1, Bosius.

<sup>7</sup> Qua fratrem] De qua supra cap. 7, 7. Ms. Schotti & ed. Ultraj. addebat, absentem. Bosius. Absentem agnoscent Leid. m. & Voss. A. B. C. Pro solvissent Voss. C. solvisset.

<sup>8</sup> Duplex memoria prodita est] Ms. duplex est memoria. quod valde placet. Nam illud prodita haud dubie a glossa. Schefferus. mox idem Ms. Boecl. alii servolis ipsius int. eum scripsit Nepos, alii a servolis. Bosius. Vossianus B. fere semper Boecleriano codici consentiens ejicit etiam vocem prodita. Nec mirum est, Cl. Scheffero Gloslema videri, quoniam prodere memoriae, & prodere memoria Auctoribus multo familiarius est, (consule Oudendorpium ad J. Obsequentem de Prodigis cap. 86. n. 12.) quam prodere memoriam. Dici tamen memoriam prodere docet D. Vossius ad Caesarem comm. de B. G. lib. 1. cap. 13. in fine, cui consentit Cl. Corrius ad Cic. 8. Fam Ep. 3. n. 7. pro a servis Voss. B. servolis.

<sup>9</sup> In agendo bello] Apage prurigenem Criticorum. Agere bellum est κειπέσθαι τὸ πόλεμον. Gebb. Lambinus videtur insolens sermo, agere bellum: putatque fortasse legendum gerenda. Et videri possit abbreviate scriptum fuisse g'endo: cumque obliterata fuisse notula, quae er litteras de- notate

siceretur. Huc <sup>6</sup> Magonem fratrem excivit. Id ubi <sup>2</sup>  
 Poeni resciverunt, Magonem eadem, <sup>7</sup> qua fratrem,  
 poena affecerunt. Illi desperatis rebus quum solvis-  
 sent naves, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad An-  
 tiochum pervenit. De Magonis interitu <sup>8</sup> duplex  
 memoria prodita est. Namque alii naufragio, alii a  
 servis ipsius imperfectum eum, scriptum reliquerunt.  
 Antiochus autem si tam <sup>9</sup> in agendo bello <sup>10</sup> parere <sup>3</sup>  
 voluisset consiliis ejus, quam in fuscipiendo institue-  
 rat, <sup>11</sup> propius Tiberi quam Thermopylis, de sum-  
 ma

notare solet, legeretur *gendo*, scio-  
 lum aliquem inde fecisse *agendo*.  
 Sed nulla mutatione opus. *Agere*  
*bellum*, pro gerere, dixerat etiam  
 Caesar, Livius, Ovidius, Mela,  
 Curtius, sicut alii *pacem agere*, &  
 Graeci ἀγεῖν τίσειν, εἰρήνην, φιλίαν.  
 de quo videndi duo summī viri,  
 Gronovius observat. 2, 3. & Heinsius  
 ad Ovidii Tristium 2, 230. Et sae-  
 pe ab optimae notae scriptoribus  
 haec duo verba confundi, idem  
 Gronovius docet observat. 4, 14. Bo-  
 sius. Rēcte hoc verbum a Bosio  
 defenditur, quod omnes mei Co-  
 dicēs servant. Neque hic loquendi  
 modus rarus est, ut censet Davies.  
 ad Caesarem lib. 3, de B. G. cap. 28.  
 quum Latinissimi ita loqui amant.  
 Adi Lector J. Fr. Gronovium ad Li-  
 vium lib. 28, c. 46. & Burmannum,  
 qui hanc Bosii correctionem probat  
 ad Quintūt. lib. 10. Instit. Orat. c. 1.  
 quo sensu & *pacem agere* Florum di-  
 xisse post alios docet Dukerus ad lib.  
 2, cap. 20. n. 1. Adde Corriū ad  
 Sallust. Jugurth. cap. 109, n. 2. De-  
 nique *agere* facissimile in genere pro  
 gerere, regere, administrare poni  
 ostendit J. Arntzenius ad Victorem  
 de Viris Illustr. cap. 47. n. 1.

<sup>10</sup> *Parere voluisset consiliis ejus]*  
 Schtentia enim ejus una atque ea-  
 dem semper erat, ut in Italia bel-  
 lum gereretur. [vide Livium 34  
 60.] Quin cum jam Romani in  
 Graeciam transissent, & Antiochus  
 post cladem ad Thermopylas acce-  
 ptam, Ephesi securus admodum  
 de bello Romano esset, tamquam  
 non transiuris in Asiam Romanis :  
 quam securitatem ei magna pars ami-  
 corum aut per errorem, aut assentando  
 faciebant : Hannibal tinus, cuius eo  
 tempore, inquit Livius, [lib. 36, 41.]  
 ut maxima apud regem auctoritas e-  
 rat, magis mirari se ajebat, quod non  
 jam in Asia essent Romani, quam ven-  
 turos dubitare. Propius enim esse in A-  
 sian ex Graecia, quam ex Italia in  
 Graeciam trajicere : & multo maiorem  
 caussam Antiochum, quam Aetolos esse  
 &c. Lambinus adde Appianum pag.  
 90. & 94. Justinum 31, 5. Cur  
 autem Hannibalis consilio non pa-  
 ruerit Antiochus, caussam aperit  
 Justinus 31, 6, 1 & deinceps, &  
 Appianus pag. 94. Bosius.

<sup>11</sup> *Propius Tiberi, quam Thermopy-  
 lis]* Ad quas vietus est. Quo in  
 praelio insignis exstigit M. Catonis  
 virtus, ut practer Livium Plutarchus  
 in

ma imperii dimicasset. Quem et si <sup>1</sup> multa stulte co-  
nari videbat, tamen nulla deseruit in re. Praefuit  
paucis navibus, <sup>2</sup> quas ex Syria jussus erat in Asiam  
ducere, hisque <sup>3</sup> aduersus Rhodiorum classem in Pam-  
phylio mari conflixit. <sup>4</sup> Quo cum multitudine ad-  
versariorum sui superarentur: ipse, quo cornu rem  
gescit, <sup>5</sup> fuit superior.

## C A P.

in vita ejus re seit. *Emilius*. *Lam-  
binus* & alii edidere *Tiberim* & *Ther-  
mopylas*; sed invitis, opinor, libris.  
Respicit autem praelium, in quo  
Antiochus cum Aetolis a Mavio A-  
cilio Glabrone consule vicitus fuit:  
de quo *Livius* 36, 18, 19. *Plutar-  
chus Catone*: *Appianus Syriacis* pag.  
97, 98. *Frontinus* 2, 4, 4. *Bosius*.  
*Leid. m. & Voss. C. Tiberis. Mun-  
kerus ad Lactant. lib. 14. Narr.  
Fab. cap. 18. legit etiam *proprios Ti-  
berim, quam Thermopylas*. quia pro-  
pius Dativum negat regere posse.  
Ut id, quod verum est, fatear,  
optimi Auctores *proprios* & *proxime*  
cum quarto casu construere solent:  
Consule Cl. Burman, ad *Ovidium*  
lib. 1. Art. Amat. v. 139. & Cor-  
tium ad *Sallust. B. Jugurth.* cap.  
18. n. 11. sed invitis omnibus li-  
bris in textum admittere non au-  
deo.*

<sup>1</sup> *Multa stulte conari*] Ut exerci-  
tum conscripsisse armis inauratis.  
quo ostendo Hannibali, *Hinc*, in-  
quit, *exercitus Romanis sufficiet?* *Suf-  
ficiet*, respondit Poenus, *vel maxi-  
me avaris*. *A. Gellius* ex *veterum  
memoriis* lib. 5. cap. 5. *Noet. Attica-  
num*. Huc quoque pertinet scom-  
ma alterum Hannibal de *Phor-  
mione Philosopho*, cuius ludum  
audiendi gratia ingressus erat, a-  
pud *Tullium* l. 2. *de Oratore*. Schot-  
tus. *Leid. m. & Voss. A.C. mul-*

*ta stulta*, non male. Eodem modo  
*multa dura, aspera, solidia, &c.*  
antiqui dixere. Consule Passar. &  
Broukh. ad *Propriet. 1, 15, 1.*

<sup>2</sup> *Quas ex Syria jussus erat in A-  
siam ducere*] Vide *Livium* 37, 8.  
*Appianum* pag. 100. *Bosius*.

<sup>3</sup> *Adv. Rhodorum classem confi-  
xit*] Describit hanc pugnam *Liviu*  
37, 23. & seqq. Meminit & *Appia-  
nus* loco modo laudato itemque *Fa-  
stinius* 32, 6, 9. & *Orosius* 4, 20. qui  
duo tamen videntur duo diversa  
praelia confusisse. *Bosius*.

<sup>4</sup> *Quo cum*] Schotus adscribit  
hanc correctionem Lambino, pro-  
ducitque e membranis & ceteris e-  
ditis *quo cornu*. Gebhardus. Alii  
*In quo cum*. Statim *Lambinus* edi-  
dit *qua rem gescit*; offensus, ut *Schot-  
tus* conjicit, Longoliana lectione,  
*quo rem gescit*. Sed in *Mss. & aliis  
edd. vert. legitur, quo cornu*, ut  
post *Lambinum* editum. Praeerat  
autem Hannibal, ut *Livius* narrat,  
sinistro cornu. *Bosius*. *Rem gerere*  
in indice vertitur per *pugnas praef-  
esse*. *Rem autem gerere vel etiam res  
gerere* notat bellum administrare,  
praesse imperio, & pugnare. Vide  
*Graev. ad Justin. 13, 4, 5. Tennul.  
& Oudendorp. ad *Frontin. lib. 2.*  
Strateg. cap. 4 n. 49. & *Cort. ad  
Sallust. Jug. 58, 4.* & supra ad *Ha-  
milc. cap. 1, n. 2.**

<sup>5</sup> *Fuit superior*] Paullo aliter *Liviu*

## CAP. IX.

**A**ntiocho fugato, <sup>2</sup> verens ne dederetur, quod <sup>1</sup> sine dubio <sup>3</sup> accidisset, si sui fecisset potestatem, Cretam ad <sup>4</sup> Gortynios venit, ut ibi, quo se conferret, consideraret. <sup>5</sup> Vedit autem vir omnium <sup>2</sup> callidissimus, <sup>7</sup> magno se fore periculo, <sup>8</sup> nisi quid pro-

wins, qui multitudine navium maxime ursisse quidem Hamibalem Eudamnum, & circumventurum fuisse ait, quae in dextro cornu vicerant naues, ad opem ferendam suis concurrisserunt: addit tamen ea re factum, ut ipsae, quaque circum eum erant naues, fugam capesserent. Appianus quoque redemitem e Syria Rhodos conclusisse in Pamphylia, navesque aliquot illas cepisse scribit. inuictra Poeni narraverunt de nuperulay, nō tuat autem <sup>7</sup> nō ibi. Quare & heic alios lequutus est Nepos. *Bosius*.

**1 Antiochō fugato]** Id est, Asia multata, & in Syriam rejecto. In quo rege unum hoc magnopere laudandum est, quod vietus dicere sit solitus: benigne sibi a P. R. factum, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur. Cicero pro Dejecto. Et sane nihil est tam praeclarum, aut tam magnificentum, quod non moderatione temperari desideret. Valer. Max. lib. 4. cap. 1. extremo. in hac ipso re Bellum hoc, in quo Antiochus vietus est, gubernarunt L. Cornelius Scipio, Africani frater, vocatus ob hoc bellum Asiaticus. Florus 2, 18. Eutrop. lib. 4. Appianus in Syriaca, Orosius 4. cap. 20. *Enyalius*.

**2 Verens ne dederetur, &c.]** Refert hoc & *Justinus* 32, 4, 3. airque

admonitum a rege, cum ab Antiocho Romanii aditionem ejus deposcerent. Et poposcisse eam, etiam e Livio 37, 54. cognoscere est. *Bosius*.

**3 Accidisset]** Msc. Boel. decidisset, quod dictum videri possit, ut illud 18, 11, 5. amicorum perfidiam decidi: sed notum est, in Mss. saepe a &c d, c &c e permutari. Statim idem codex, ut n. ibi quo se c. d. An fuit, ut inibi q. s. c. d? *Bosius*. Omnes mei accidisset.

**4 Gortynios]** Leid. m. *Corthynios*? Voss. A. B. C. *Gortynos*. Sed Gortynios scribendum. Pro ut ibi, Voss. B. ut enim ibi.

**5 Vedit vir omnium callidissimus, &c.]** De callido hoc Annibalis astutoque consilio, quo insidias avarorum Creterium elusit, *Fulius Frontinus*, *Polyaenus*, & *Justinus I.* 32. *extremo*. Sic Poenus corvos delusit hiantes, salvisque evasit, ut Mithridates Ponti Rex fugiens, Romanos persequentes, auro sparso dilapsus, decepit: & castor Ponti animal venatorum insidias, sectis sibi verendis, effugere fertur. auctor *Plinius* & *Aelianus*. Schottus.

**6 Callidissimus]** Sic Mss. & veteres, praeter Venetos, qui clarissimus legunt. Supra 21, 3, 5. *Hamilcarem* & *Hamibalem*, quos — calliditate omnes in Africa natos praefiti sunt constat. Savaro.

7 Ma-

providisset, propter avaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat existere famam. Itaque capit tale consilium. Amphoras complures complet plumbo: summas operit auro & argento. <sup>1</sup> Has praesentibus principibus <sup>2</sup> deponit in tem-

<sup>7</sup> *Magnō se fore périculū].* Vitae ipsius. opibus enim occiso exsule inhabant. Justinus: *Ibi cum diu quietam vitam egisset, invidiosumque se propter nimias opes videt.* Gebhardus. Male autem alii praepositorem addunt, *in periculo*. quam si de Mss. expunxere Schoppius 4, 11. verisimiliter, aliique, hec & alibi apud nostrum, vide Ind. v. *esse*. Bos.

<sup>8</sup> *Nisi quid providisset]* Sic rescripsi, quod in Boecl. erat, *nisi id praevidisset*. Vulgo enim edunt, *nisi quid praevidisset*. Nempe providere cavere est. Terentius Andr. 1. 3, 3. & Phorm. 1. 4, 5. *Quae si non astu providentur.* Cicero: *Aetum est de te, nisi provides.* Fortassis autem *Nepos* absque provocabulo scriptit eadem ratione, *nisi providisset*. Pro quo cum exaratum esset, *nisi praevidisset*, alii, deesse aliquid rati, supplerunt *id vel quid* quod ut credamus ipsa varietas lectionis suadet. Bosius. Leid. m. & Voss. A. C. *providisset*. De quo verbo consule cl. Graevium ad Ciceron. lib. 2. ad Atticum Epist. 1. pag. 176. & Cormium ad Sallust. Cat. c. 52. n. 4. unde & vox *providentia* saepe confusa male cum *prudentia*. Vide Cl. Oudendorp. ad Frontin. Strateg. praef. pag. 4. *Prae & Pro saepius in Mss. confundi docet Celeb. Drakenburgins ad Silium Italicum lib. 17. vſ. 56. & praecipue in verbis *providere* & *praevidere*.* Vide Cl. Burn. ad Val. Flaccum lib. 2. Argon. vſ. 442.

<sup>1</sup> *Has praesentibus principibus]* Sic Mſ. Boecl. & Leid. nisi quod ille pro *has* corrupte *his* habet. *Principibus*, intellige civitatis Gortynae. ei voici adscriperat aliquis in margine; *Gortynis*. quod postea in textrum irrepit, ejecta genuina voce. Unde nata vulgata lectio, *has Gortynis praesentibus*. Nisi malis absorpta a *ro* *præsentibus* ob similitudinem voce *principibus*, quod utraque abbreviate scripta esset, supplevisse sciolos *Gortynis*, quod deesse quid animadverterent. *Bosius*. Nec *Gortynis* nec *principibus* conspicuntur in Leid. & Voss. A. Solus Vossianus C. exhibet *præsentibus principibus*. cui *ro* *similans* abest. Pro *complures* Voss. C. *quamplures*.

<sup>2</sup> *Deponit in templo Dianaæ]* Just. lib. 32. *Amphoras plumbō repletas, in templo Dianaæ quasi fortunæ suæ præsidia deponit.* Quia templa tanquam res sanctas minus obnoxia violationi ac direptioni censebant; atque etiam cum victor religiosior urbem invasisset, templa, delubra ac fana petulantiae atque aviditati militum eximebar: idcirco in ea res sibi carissimas & pretiosissimas conferabant securitatis caussa. Caesar de B. Civ. 2, 18. *Pecuniam omnium omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit* Lib. 3, 105. Caesar quum in Asiam venisset, reperiebat T. Ampium conatum esse tollere pecunias Epheso e fano Dianaæ, ejusque rei causa Senatores omnes ex præcinctu

templo Diana; <sup>1</sup> simulans, se suas fortunas illorum fidei credere. <sup>2</sup> His in errorem inductis, statuas aeneas, quas secum portabat, omnes sua pecunia complet, easque in propatulo domi <sup>3</sup> abjicit. Gortynii <sup>4</sup> templum magna cura custodiunt, non tam a ceteris, quam ab Hannibale, <sup>4</sup> ne quid ille, inscientibus his, tolleret, <sup>5</sup> secumque duceret.

## C A F.

*Vincia vocasse, ut iis testibus in summa pecuniae useretur. Ob eam causam filiarum templis credebant. M. Cicero 2. de legib. 16. Atheniensis Clitophenes Funni Samiae, civis egregius, cum rebus timeret suis, filiarum dites credit. Gebhardus. Si simile Plantii illud in Bacchidibus Sc. Ibs:*

*Nos apud Thestimum omne aurum deponimus,  
Qui illuc sacerdos est Dianae Ephesiae.*

Morem autem in fanis thesauros reponendi supra quoque in Aristide [c. 3, 1.] repieres, multaque interpres passim colligunt, in his & Joan. Brodaens lib. 4. Missell cap. 17. &c de Juris. Ferrandus Addensis. Caesar 3. de bello civili c. 32. Ephesi a fano Diana depositas antiquitus Scipio tolli jubebat. & lib 1. cap. 6. pecunias a municipiis exiguntur & e fanis tolluntur. Schottus.

<sup>1</sup> *Simulans se suas fortunas illorum fidei credere*] Prae se ferens, quasi hoc pignore sibi eos obstringere vellet; & ne conspectae opes vitae ejus nocerent, intra statuas abdere vixus est: Confer Berneccar. in Justinum 32, 4, 5. Sed ille corvos delusit hiantes, dum credebant se auream praedam accepisse, plumbum invenerunt. Loccenius.

<sup>2</sup> *His in errorum inductis*] Justin.

Atque ideo nibil de illo solicita civitate, quoniam velut pignus opes ejus tenebat. Gebhardus. Sic optimus liber Boecleri. nec aliter legit Gebhardus, ut e notis illius appareret. Proprium id hac in re verbum: quo & alibi hoc significatu decipiendius est, supra cap. 5, 3. & 9, 3, 1. Vulgo editur *ductis*. Nimurum absorpsit primam syllabam finalis littera vocis praecedentis. Bofius. Omnes mei Codices recte exhibent *inductis*.

<sup>3</sup> *Abjicit*] Voss. C. *Abicit*.

<sup>4</sup> *Ne quid ille inscient. his*] Illud quid recte abest a libris. [Schotti scilicet Boecl. & ed. Ultraj] Et si aliquid, cur non omnia potuerit auferre? Schefferus. Pro Gortynii Voss. B. Corinthii. <sup>5</sup> *o quid abest Leideni & Vossianis A. B. C.*

<sup>5</sup> *Secumque duceret*] Membranae Schotti asportaret. Editio Ultrajectionis secumque duceret. Sic Ms. quam lectionem puto esse verissimam, maxime cum & ab optimo Ultrajectino codice firmetur. Pro duceret glossatores adscriperunt portaret, item asportaret. [quorum hoc in Ms. Schotti & ed. Gebh. illud in plerisque aliis legitur] id quod arguit abunde ipsa lectionum diversitas. Retinuerunt deinde inepti, tanquam melius, quia usitatus. Schefferus. Praesertim cum videbant, paullo ante bis ita loquutum

## C A P . X.

**S**ic conservatis suis rebus Poenus, illis Cretensi-  
bus omnibus, ad Prusiam in Pontum pervenit.  
Apud quem eodem animo fuit erga Italiam, neque  
aliud quidquam egit, quam regem<sup>2</sup> armavit & exer-  
cuit adversus Romanos. Quem cum videret<sup>3</sup> do-  
mesticis rebus minus esse robustum, & conciliabat ce-  
teros reges, adjungebatque bellicosas nationes. Dissi-  
debat

Nepotem. quod fortassis & effecit,  
ut heic quoque id verbi reponere-  
tur. *Bosius*. Leid. m. portaret. *Voss.*  
*B.* diceret.

**1 Prusiam**] *Bithyniae regem*, de  
quo passim *Polybius*, *Livius*, *Appi-  
anus*, *Justinus*, alii; etiam *Cicerio*  
*de divinat.* 2, 24. & *Suidas*. Exstat  
effigies ejus in nummis vett. (unde  
exhibit *Ursini Imagines illustrum*,  
& clariss. *Patinus* in *thesauro Nu-  
mismatum* nuper edito, cap. 2.) i-  
temque in nonnullis gemmis annu-  
laribus, teste *Jo. Fabro* num. 120.  
*Bosius*.

**2 Armarit & exercuit**] Sic di-  
serte legitur in *Mf.* *Leid.* & *ed.*  
*Utrajectina*. nec discrepat. *Mf.*  
*Boecl.* nisi quod corrupte habet  
*exercitu*. hancque lectionem verissi-  
mam, vulgatam vero, & *excita-  
vit*, a glossa esse, censebat nobis-  
iss. *Schefferus*. Et jam adnotavit  
*Gebhardus*, male sequi illud *excita-  
vit*, natura prius: coque confide-  
randam lectionem Ultrajectini co-  
dicis. Quia viderat, inquit, regem  
longa pace desidem & inquietum bello,  
exercitio firmare constituit. *Coniungit*  
quaque armationem & exercitationem  
militum *Diodorus* lib. 16. de *Phi-  
lippe*: *Tac.* 3 *τετραπτυχιας* τύχεις ὅτι

τὸν ἀρχῖτον διαβατάραμπον, οὐ τὸν  
αὐθέντη τοῦ πολεμοῦ ὄπλον διόρατο  
ποσεῖται, σωματεῖς Ἑρνιατας μὴ οὐ  
γυραστας ἐπαγγειλει. Haec  
ille. Non dubitavi igitur hanc  
lectionem in textum admittere.  
*Schottus* accipiebat eo sensu, quo  
dicitur *laboribus exercitus*, & apud  
*Terentium Adelph.* 4, 2, 38. *Ego*  
*te exercebo hodie*, ut *dignus es*: &  
apud *Plautum Mercat* 2, 1, 4. *fui*  
*homo exercitus*. *Bosius*. *Leid.* m. &  
*Voss.* *A.* *armavit* & *excitavit*. *Voss.*  
*B.* *armavit* & *exercuit*. Quam le-  
ctionem probat & explicat *Cel.*  
*Burm.* ad *Petronium Satyric.* cap.  
94.

**3 Domesticis rebus**] *Domesticis op-  
ibus* erat in *Ed.* *Utraj.* & *Mf.* *Boe-  
cleri*, *Judicio* illius bene. Neque  
dubitabat *Schefferus*, τὰ rebus a glo-  
ssa esse. Nil tamen mutare ausim.  
nam & res aliquando facultates de-  
notant. mox *Lambinus* ait quosdam  
malle, non nimis esse rob. nulla ne-  
cessitate. *Bosius*. Solus *Vossianus B.*  
*opibus*.

**4 Conciliabat ceteros reges &c.**]  
*Mf.* *ceteros reges* *adjungebat bell. nat.*  
(omisso verbo priori *conciliabat*.)  
Puto scripsisse: *robustum*, *ceteros re-  
ges* *adjungebat*, & *bellicosas nationes*.  
III

debat ab eo Pergamenus rex Eumenes, <sup>1</sup> Romanis amicissimus, <sup>2</sup> bellumque inter eos gerebatur & mari & terra: quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi. Sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem: quem si removisset, facilitaria sibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum tales iniit rationem. Classem paucis diebus <sup>3</sup> e-<sup>4</sup> rant, decreturi. Superabatur navium multitudine. Dolo erat pugnandum, quum par non esset armis. Imperavit quam plurimas <sup>4</sup> venenatas serpentes vivas

col.

Illi adjungebat, glossa conciliabat fuit adscripta. Sane rō conciliabat non conveniens est satis. conciliantur enim, qui quoquo modo ante fuerunt discordes, quod in hos non quadrat. Sec nec conciliati statim societatem armorum faciunt, de qua tamen agitur hoc loco. Schef-ferus. Tō & ab ultima syllaba vocis adjungebat facile absorberi potuit. Poffis & legere, cet. r. adjungebat bellicosae nationis. Non tamen ausim quicquam in texu mutare. Bosius. Tō minus & conciliabat absunt Vossiano B. pro adjungebatque, adjungebat. & pro nationes, natiōnes.

<sup>1</sup> Romanis amicissimus] Plutarchus in Catone φιλοράσουν appellat. Lambinus. Sicuti Valerius Max. 2, 2, 3. amicissimum Romanae urbis: Florus 2, 20, 2. secum & commilitonem populi Rom. Bosius. Pro Pergamenus Leid. m. Pergameus.

<sup>2</sup> Bellumque inter eos gerebatur] De quo videndus Justinus 32, 4. Bosius.

<sup>3</sup> Decretaturi] Gifani & Schotti Codices ingerunt decreturi, quod negligere vim est facere elegantissimo scriptori. Lucret. lib. 5.

Tantum spirantes aequo certamine bellum

Magnis de rebus inter se cerne-  
re certant

Curt. lib. cap. 5. Darius nunciatā Menmonis morte haut secus quam par erat, motus, omissa omni alia spe statuit ipse decernere. Gebhardus. Sic e suo & Gif. codd. ac ed. Ultraject. legit Schottus, Gebhardus & Schöfferd suffragantibus: sicut e suo item Sa-  
varo ad 1, 4, 4. Et loquutus hunc in modum & alibi est. Indicem adi. vulgo est, decertaturi. Bosius. Leid. m. & Voss. A. C. decreturi. Notat paucis diebus, id est, intra paucos dies, (recte ita explicante Cortio ad Ciceron. 2. ad Fam. Ep. 7. n. 6.) praelio navalı conficiuntur, aut experturi, cui fortuna victoriam adjudicaret. De verbis certetur & decernere latissime egerunt Weitzius ad Valer. Flaccum lib. 4. Argon. vſ. 193. & Cl. Burm. ad lib. 8. vſ. 319. Cortius ad Sallust. Ca-  
tilin. cap. 59. n. 5. & Oudendorp. ad Frontinum lib. 3. cap 6. n. 3.

<sup>4</sup> Venenatas serpentes] Hoc refert inter strategemata Frontinus 4, 7, 10. Lambinus. Justinus 32, 4. omne ser-  
pentum genus dicit: Galenus in li-  
bro de theriaca ad Pisonem feras  
quae repente possint occidere. Magius,

**s**colligi, easque in vasa fictilia conjici. Harum quum  
confecisset magnam multitudinem, die ipso, quo  
facturus erat navale praelium, classarios convocat,  
hisque praecipit, <sup>2</sup> omnes ut in unam Eumenis regis  
concurrant navem, a ceteris tantum satis habeant se  
defendere. id facile illos serpentium multitudine con-  
secuturos. Rex autem <sup>3</sup> in qua nave veheretur, ut  
scirent, se facturum: quem si aut cepissent, aut in-  
terfecissent, magno his pollicetur praevio fore.

## C A P . X I .

**I** <sup>4</sup> **T**ali cohortatione militum facta, classis ab utris-  
que

**1 Confecisset magnam multitudinem]** Magnam vim redigisset in unum. Caesar. 1. de B. G. *Hoc posse confi-  
cere armata millia centum.* Id. lib. 1.  
Civil. cap. 24. *Servos, pastores ar-  
mat: atque his equos attribuit, ex iis  
circiter trecentos equites conficit.* Hir-  
tius lib. 8. cap. 23. *Nocte insequenti  
legati responsa ad suos referunt, obfides  
conficiunt.* Ita Cicero Attico dixit  
conficere exercitus maximos. & in Ver-  
rem: *Permagnam is ex ea re pecu-  
niam confici posse.* Gebhardus. Sic  
loquuntur optimi scriptores. vide  
Indicem. In Boecl. tamen fuit fa-  
cisset: quomodo supra 15, 3, 6 sum-  
mam & 22, 2, 4. centum millia ar-  
matorum facere dixit. Sed vereor  
ne primam syllabam absorperit  
praecedens *cum.* Bosius. Pro *cum*  
*Voss. A. quomodo C. que.* Pro *confec-  
isset Voss. A. effectisset B. & C. fecisset.*  
Eodem reddit, *confecisset, an fecisset*  
*eligas.* Consule Cl. Dukerum ad  
Florum lib. 1. cap. 1. n. 9. in fine.  
Pro *praecipit Voss. A. praecipit.*

**2 Omnes ut in unam Eumenis re-  
gis concurrant navem.]** Nam nave  
Prætoria depressa aut superata, ac

rege ipso occiso, confundi ac tur-  
bari posse totam classem sperabat.  
Ceteras vero nolebat adoriri, quia  
superiores erant, & ne illarum mo-  
ra Eumenes spatium effugiendi  
nancisci posset. Polyaeus lib. 1.  
Κόναν ταυταχείν μέρον ἀγέλαιντο  
αὐτομόδια τὰ τοια πονημένων αἴσια τε-  
τήρηται πεπολιτεύεται σκοτώ οἷον τοια  
Κόναν ταῦτα. Caesar 2. B. Civ. 6. Con-  
spicatae naues triremes duae navem  
D. Brutii, quae ex insigni facile a-  
gnosci poterat, duabus ex partibus se-  
fe in eam incitaverant: sed tantum re-  
provisi Brutus celeritate navis enis-  
isti, ut parvo momento antecederet.  
Gebhardus. Pro habeant Voss. A. C.  
babebant.

**3 In qua nave]** Sic Msc. Boecl.  
recte. nam sic & supra 12, 4, 3.  
loquitur. Cicero quoque dixit *in  
equo, in mari vehi.* vide Ind. Vul-  
go abest praepositio. quam praee-  
dens autem facile absorbere potuit.  
Bosius. Solus Vossianus B. *in qua  
nave.* Eodem modo *in Rheda, in  
curru vehi* Veteres dixisse docet e-  
tiā Doct. J. Arntzenius ad Victo-  
rem Epitom. cap. 38. n. 1.

**4 Tali**

que in praelium deducitur.<sup>1</sup> Quarum acie constituta, priusquam<sup>2</sup> signum pugnae daretur, Hannibal, ut palam faceret suis, quo loco Eumenes esset, tabellarium in scapha<sup>3</sup> cum caduceo mittit: qui ubi<sup>2</sup> ad naves adversariorum pervenit, epistolam ostendens, se regem professus est quaerere. Statim ad Eumenem deductus est, quod nemo dubitabat<sup>4</sup> aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata suis, eodem, unde ierat, se recepit. At Eu-<sup>3</sup> menes, soluta epistola,<sup>5</sup> nihil in ea repperit, nisi quod<sup>6</sup> ad irridendum eum pertineret, cuius et si caussam mirabatur,<sup>7</sup> neque reperiebatur, tamen praelium statim<sup>8</sup> committere non dubitavit. Horum in concursu<sup>4</sup>  
<sup>9</sup> Bithyni, Hannibalis praecerto, universi navem

Eu-

<sup>4</sup> Tali Cob J Voss. B. tale cob.

<sup>1</sup> Quarum acie] Navium, quamvis antecessor nomen *classis*, spectatur enim id, quod intelligitur, non quod dicitur. praeterea classis ex multis navibus constat. Lambinus. Leid. m. & Voss. A. querunt. Pro quo loco Voss. C. loco quo, rō ubi eidem abest.

<sup>2</sup> Signum pugnae] Vide Ind. v. *signum*. Bosius.

<sup>3</sup> Cum caduceo] Qui legationis insigne, in primis in pace facienda, fuit, Solebat autem in proa navis defigi, de quo doctiss. Scheffers in addendis ad eruditum opus de *Militia Navalium veterum*, cuius novam auctioremque editionem avide exspectamus. Bosius. Pro epistolam ostendens Voss. A. Epistolamque ostendens. C. ep. hostendens.

<sup>4</sup> Aliquid de pace esse scr.] Msc. Boecl. quin aliquid de pace esset scr. Interpolavit quis, opinor, gnatus Ciceronem ita solere. Altera ratione fere ubique Nepos usus est. mox idem codex: codem, unde

erat regressus. An fuit, unde erat egressus. Bosius. Voss. C. esset scriptum. Pro recepit Voss. A. recipit. pro ierat. C. erat.

<sup>5</sup> Nihil in ea] Praepositio aberrat Msc. Boecl. Et potest abesse. Bosius. Voss. B omittit etiam Praepositionem.

<sup>6</sup> Ad irridendum eum] Licebat dicere, ad se irridendum. Sic supra, non ita longe dixit: Gortyni templum magna cura custodiunt, &c. ne quid ille inscientibus his tolleret. Licebat enim ita loqui, ne quid ille se insc. tolleret Lambinus.

<sup>7</sup> Neque reperiebatur] Mallet Lambinus legi reperiebat, & certe vix aliter potest. Vulgatae occasionem dedit praecedens mirabatur. Bosius.

<sup>8</sup> Committere praelium] De hac phrasib. egit latissime Cl. Burmannus ad Ovidium lib. 12. Metam. v. 68. adde quae diximus ad Themistocl. cap. 2.

<sup>9</sup> Bithyni] Leid. &c Voss. B. Bithynii. pro in concursu Voss. B. in cursu.

Eumenis adoriuntur: quorum vim quum rex sustinere non posset, <sup>1</sup> fuga salutem petuit: quam consecutus non esset, nisi intra sua praesidia se receperisset, <sup>2</sup> quae in proximo littore erant collocata. Reliquae Pergameneae naves quum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, conjici coepit sunt: quae jacta initio <sup>2</sup> risum pugnantibus concitarunt, nec quare id fieret, poterat intelligi. Postquam autem naves completas conspexerunt serpentibus, nova re perterriti, quum, quid potissimum vitarent, non viderent, <sup>3</sup> puppes avertereunt, seque ad sua + castra nautica retulerunt.

Sic

<sup>1</sup> *Fuga sal. petuit]* Saepissime ita loquitur Caesar B. Gall. 1, 53. 3, 15. 4; 14. B. Civil. 2, 32. 42. 3, 97. Gebhardus. Glossema est, quod in suo repperit Ernstius, *Sal. quacrit. Bosius.* Omnes mei petuit praeter Voss. B. petit. Pro Pergameneae Leid. & Voss. C. Pergameae ut & mox Pergameorun. Pro quae Voss. B. qua.

<sup>2</sup> *Risum concitarunt, nec quare id fieret]* Sic lego praeeunte Mf. Boecl in quo erat, concitarunt, inec. quare. nam vulgo legitur: excitarunt, neque quare id f. Concitare risum etiam Cicero dixit. vide Ind. Bosius. Leid. m. & Voss. A. B. C. excita- runt. Pro quae Voss. B. qua.

<sup>3</sup> *Puppes avertereunt]* Sic quoque cod. Boecleri. Lambino videbatur legendum puppes averterunt, vel proras avert. nam qui praelium, inquit, navale committunt, proras ha- bent adversas; qui fugiunt, avertunt proras, & puppes adversariis adver- tunt. Buchnerus malebat converterunt. Sed receptam lectionem tuerit erudi- tius. Gronovius 4. obseruat. 25. vide Indicem. Bosius. Adde Interpr. ad

Thucyd. lib. 1. cap. 50. n. 61. pro aliis Leid. m. alias.

<sup>4</sup> *Castra nautica]* Supra Alcibade. Illud monco juxta hostes castra ha- beant nautica. Caesar lib. 5. Com- ment. de Bello Gallico cap. 22. His imperat, ut coactis omnibus copiis ca- stra navalia de improviso adoriantur. Gebhardus.

<sup>5</sup> *Tum solum]* Voss. B. tamen so- lum.

<sup>6</sup> *Pedestribus copiis]* Hic etiam sumit pro terrestribus copiis. De qua significatione multa collegit Doct. Arntzenius ad Victorem de Viris Illustr. cap. 37. n. 4.

<sup>7</sup> *L. Quintium Flaminium]* Erant illi L. Scipio Asiaticus, & P. Scipio Nasica, qui una cum L. Quin- tio Flaminino, sive ut apud Livium & Scriptorem de Viris Illustr. cap. 51. legitur, T. Quintio Flaminino ad eam rem ad Prusiam missi sunt, uti Antias Valer. scriptit, teste Li- vius lib. 39, extremo. Ernstius Sic legendum, non Flaminianum, ut jam monuit Lambinus: nam id cognomen Quintiorum, ut e Fassis Capi- tolizis, Livio & Mf. codicibus Plu- torchi

Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit: neque <sup>5</sup> tum solum, sed saepe alias <sup>6</sup> pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios.

## C A P . XII.

**Q**uae dum in Asia geruntur, accidit casu, ut legati Prusiae Romae apud <sup>7</sup> L. Quintium Flamininum consularem coenarent, atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, cum in Prusiae regno esse. Id postero die Flamininus <sup>8</sup> senatus detulit. Patres conscripti, <sup>9</sup> qui Hannibale vivo nunquam se sine infidiis futuros existimabant, legatos

in

tarchi cognoscimus; non *Flaminius*, plebeiae gentis nomen. Quanquam & apud alios, Graecos pariter ac Latinos, scriptores paucim *Flaminius pro Flaminino* legitur. Ceterum *Magius* legi vult *T. Quintium*, quod is a *Livio* 31, 51. & scriptore de *viris illustr.* c. 51, legatus ad Prusiam venisse dicitur, de quo mox plura. *Lucius* tamen circa eadem tempora Romae fuit, & a *Catone* anno U. C. 10LXXIX. senatu motus est, ut a *Livio* 39, 42. aliisque constat. Rette vero *M. Boecl.* & quidam editi, quibus & *Lambinus* adsentitur, *consularem* habent, neuter enim *Quintius* hoc tempore consul fuit, sed *Titus* anno U. C. 10LV; *Lucius* 10LXI: ut *Fasti Capitolini* docent. Haec autem circa annum 10LXX. gesta sunt, quo tempore etiam *Livius l. c.* *Lucium consularem* vocat. Et consularu jam defunctum fuisse, cum senatu moveretur, idque ante annos VII, e *Cicerone de Senect.* cap. 12. *Valerio Max.* 2, 9, 1. & 4, 5, 1. ac *Plutarcho in Catone maj.* cognoscimus. *Bosius*. Leid. m. *Flaminium* Voss. A. C. *Fla-*

mineum.

& Voss. C. pro *Consulem* exhibet *consularem*. & pro *eum in Prusia* *Prus. Consule*, quos laudat Cl. Arntzenius ad *Victorem de Viris Illust.* cap. 51. n. 1.

<sup>8</sup> *Senatui detulit*] Aequre probe dictum, ac Lambinianum ad *senatum*. *Justinus* 1, 5, 1. *A parentibus puerorum querela est regi delata*. *Idem* 9, 6, 7. *Hanc rem argo ferens Pausanias, querelam Philippo saepe detulerat*. *Gebhardus*. *Tacitus* 13. A. 43, 1. *Nec deerant, qui haec Senecae deferrent*. *Bosius*.

<sup>9</sup> *Qui Hannibale vivo &c.*] *Romanii Annibalem, et si annis & exilio fractum, pro igni habebant, cui abeslet nihil, nisi qui eum excitaret, ut Plutarchus in Flaminino cap. 37. & Bernegg in Justin. 31, 2, 8. notant. Loccenius. Pro existimabant Voss. B. existimarent.*

<sup>10</sup> *In his Flamininum*] *Titum, si credimus Livio, Scriptori de viris illustr. Plutarcho in Flaminino p. 380. & Eutropio: quem & Lambinus heic designari opinatur: quanquam noster Lucium intellexisse videtur. De causa legationis paullo alter.*

in Bithyniam miserunt, <sup>10</sup> in his Flamininum, qui a rege peterent, ne inimicissimum suum fecum habet <sup>3</sup> ret, <sup>1</sup> sibique dederet. His Prusias negare ausus non est. <sup>2</sup> illud recusavit, ne id a se fieri postularent, <sup>3</sup> quod adversus jus hospitii esset: + ipsi si possent, comprehendenderent: locum, ubi esset, facile inventuros.

Han-

*Livius, Appianus, &c Plutarchus*, qui diserte scribunt: aliis de caussis missum. Ad mentem nostri scriptor de viris illustribus: *Legatus ad Prusiam*, ut *Annibalem repetaveret*, missus. Itemque *Justinus* 32, 4, 8. *Missi a Senatu legati sunt*, qui utrumque regem in pacem cogerent, *Annibalemque deposcerent*. Et *Zonaras*: πέτρος τοῦ Αριστοφάνη οὐ πεπονθεὶς ἐν Παιγνίδι αἴτη τῆς τινα, καὶ ἔπειτα πεπονθεὶς τὸν Διονύσιον τραγῳδῶν ἤρτη. *adde Orosium* 4, 20. *Eutropium sub initio libri 4*. Hujus Quintii effigiem e gemma veteri exhibent *imagines Ursini maner.* 126. cum his litteris *Tib.* quas *Fab. Faber in notis expedit* *Tib. et Ursini*. Memoria vero lapsus est doctiss. *Rutgerius* 1. *Var.* 1. cum Ursinum oscitantiae incusat, ac pro Quintii effigie ait publicasse gemmam cum his litteris: *T. x. Θ* atque *Tib. et Ursini* interpetatum esse: cum tamen eadem gemma, sibi inter cimelia Christianissimi Galliarum regis visa, insculptas habeat litteras I. X. Θ. quas ille exponit: *Intr. χειροῦ θεοῦ*, coque *Servatoris nostri effigiem esse contendit*. Memoria, inquam, lapsus est. nam neque *Fulvius* ita exhibuit ac interpretatus est eam effigiem; neque eadem gemma fuit, quam *Rutgerius* vidit, cum credibile sit, illum *Fulvii*, ut cetera cimelia, e quibus *Imagines* istae desumptae sunt, hodieque in Farnesianis thesauris

Parmae superesse. *Bosius.* Leid m. in his *Flamininus*. Pro a rege omnes mei ab rege.

<sup>1</sup> *Sibique dederet*] Aberat Mss. Boecl. & ed. Col. rō ut, quod vulgo interponitur: eoque expunxi. Sic 25, 10, 4. ne timeret, statimque ad se veniret. Et ita passim alii. *Bosius*. Omnes mei non agnoscunt, forsan a sciolo quodam intrusum. Sic *Livius lib. 3. cap. 46*. Collegisque in cœstra scribit, ne *Virgilio* commixtum dent, atque etiam in custodia habeant. Consule tu Lector Cl. Burmannum ad *Phaedrum lib. 4. fab. 4. vs. 12*. Pro dederet *Voss. B.* debaret. Pro *Prusias Voss. B. C. Prusia*.

<sup>2</sup> *Illud recusavit*] Paullo aliter *Livius*. Cum nostro tamen facit *Plutarchus*, qui deprecatum pro supplice & familiari, sed frustra, scribit: πολλὰ τὰ Προυσία διοπέμψαντα παραπομπὴν τοιῷ διδόσει ικέτη καὶ συνίστας, εἰ παρέπεχεν. *Bosius*.

<sup>3</sup> *Quod adversus jus hospitii esset*] Quod etiam latrones, inter se sanctum inviolatumque servant. *Ammianus* 30, 5. de Para rege Armeniae in convivio occiso: *Hoc figmento nefario decepta crudelitate inter epulas, quae reverendae sunt vel in Euxino ponto, hospitiali numine contuente, peregrinus oruor in ambitiosa toralia sparsus, & spumans satietati superficiis conservarum, horrore maxime dispersorum*. *Tacitus* 15. A. 5, 52. *Conjuratis*

Hannibal enim uno loco se tenebat <sup>5</sup> in castello, quod ei ab rege datum erat muneri; <sup>7</sup> idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii <sup>8</sup> exitum sibi haberet, <sup>9</sup> semper verens, ne usu eveniret, quod accidit. <sup>10</sup> Huc quum legati Romanorum venissent, <sup>11</sup> puer ab

ratis tamen metu proditionis placitum maturare caedem apud Bajas in villa Pisonis; cuius amoenitate captus Caesar, crebro ventitabat, balneaque & epulas inibat, omisis excubitis & fortunae suae mole. Sed abnuit Piso, invidiā praetendens, si sacra mensa Dique hospitales caede qualiscunque Principis cruentarentur. Gebhardus. Id est interpretē Cicerone, amicitiam Quae duo vocabula Ep. 2. lib. 1. ad Q. Fratrem ita connectit. Optimum quemque hospitio amicitiaque conjungi dico oportere. Jus illud hospitiū a Graecis vocatur *oikonomia*, cuius tutores apud Livium 39, 51. credebantur dii vocati *Hospitales*. Vide Budaeum ad L. Postliminii 3. D. De capitīs & de postliminī. Ernſtius.

<sup>4</sup> *Ipsi si possent, comprehendenderent]* Hoc erat *ἀποστολας καὶ ξενοντας*, id est, dictis causa, jus hospitiū servare. Nam si Prusias revera nihil adversus jus hospitiū facere vellet, Hannibalem omnibus modis tueri, & defendere debebat. Nisi quis forte dicat, Prusiam eo nihil contra jus hospitiū commisisse, quod Hannibalem, quantum in ipso fuerit, defendērit: Romanorum autem eum exposcentium opibus obſistere non potuisse. *Lambinus.* Poterat tamen Admetum imitati, de quo supra 2, 8, 5. *Bosius.*

<sup>5</sup> *In castello]* *Libyssam* locum hunc vocant *Appianus*, *Plutarchus*, *seri-*

*pator de viris illustribus*, *Eutropius*, *Zonaras*. *Bosius.*

<sup>6</sup> *Quod ei ab rege]* *Voss. B.* quod ei agere.

<sup>7</sup> *Idque sic aedificarat]* Sic fere & *Livius* loco cit. rem narrat. *Bosius.* *Voss. C.* aedificaret.

<sup>8</sup> *Exitum sibi haberet]* Sic rescripsi e *Mf. Boecl.* jubente *Scheffero.* Vulgata lectio, *exitus haberet*, ex abbreviatione nata est. Scribit *Livius*, *septem exitus fecisse Hannibalem*. *Bosius.* *Voss. B.* etiam *exitum*.

<sup>9</sup> *Semper verens, ne usu eveniret]* *Livius:* *Semper talēm exitum vitae suae Annibal prospexerat animo.* *Causas* apud ipsum vide. *Mf. Boecl.* &c. *edd.* *usu veniret.* An fuit, *usu ei veniret?* *Bosius.* *Leid.* & *Voss. A. C.* *ne usu eveniret.* Mox pro multitudine *Voss. A.* *multitudinem.* Sed vide *Cort. ad Sallust. Jug. cap. 23. n. 1.*

<sup>10</sup> *Huc quum Legati Romanorum venissent]* Inter quos Princeps erat *Q. Flamininus*, qui factum id Roma- na virtute indignum parum senatus & bonis probavit. *Plutarchus Flaminino*, *Appianus Syriaca pag. 92.* Sed *Cornelius* noster supra dixit: *Hannibalem jussu senatus per legatos a Prusia fuisse repetitum.* *Juſtinus lib. 32.* *virtutes quasdam ejus* & hunc exitum pariter refert. *Ernſtius.*

<sup>11</sup> *Puer ab ian. prospiciens]* Vide *Ind. v. janua.* *Bosius.*

ab janua prospiciens Hannibali dixit, plures practer consuetudinem armatos apparere, qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circumiret, ac propere sibi renuntiaret, num eodem modo undique obsideretur.

Puer quum celeriter, quid esset, <sup>1</sup> renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset: sensit id non fortuito factum, <sup>2</sup> sed se peti, neque sibi diutius vitam esse retinendam. quam ne alieno arbitrio <sup>3</sup> dimitteret, memor <sup>4</sup> pristinarum virtutum, <sup>5</sup> venenum, quod

<sup>1</sup> Renuntiasset] Msc. B. nuntiasset.  
Bosius. Sic etiam Voss. B. C.

<sup>2</sup> Sed se peti] Verbum Petere de infidias & dolos neccentibus dici solet Consule Celeb. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 106. Metaphora desumpta a Gladiatoribus. Vide Gebhardum ad Themistocl. cap. 2. n. 6. Quod etiam patet ex Festi loco in Retiario, qui ira in Codice Leidenensi scribitur: *Retiario pugnanti adversus murmillonem canta- tur. Non te peto, piscem peto. Quid me fugis Galle? Quia mur- millonicum genus armaturae gallicum est, ipsique murmillones appellabantur, in quorum galeis pisces effigies inerat. Hoc autem genus pugnae institutum est a Pittaco uno ex septem sapientibus, qui adversus Phrynonem dimicaturus propter controversias finium, quae erant inter Atticos & Mytilenaeos rete occulta lato impedivit Phrynonem.*

<sup>3</sup> Dimitteret] Nihil mutandum. Martial. lib. 1. de Festo Epigramm. 78.

*Sanctam Romana vitam sed morte peregit*

Dimisitque animam nobiliore via. M. Tullius pro Archia. Non cum vitae tempore dimittendam esse commemorationem nominis nostri. Gebhardus.

<sup>4</sup> Pristinarum virtutam] Imperatorum scilicet. Lambinus.

<sup>5</sup> Venenum sumfit] Praeter Livium 39. 51. Appianum: Valerium 9. 2. ext. 2. Plutarchum: Justinum 32. in fine: Varro in fragmentis: Orofius 4. 20. Savaro. De Hannibalis morte diversae sunt historicorum opiniones. Iis quos cl. Bosius citat, adde Jul. Obsequitis lib. Prodig. cap. 3. Sili Italici lib. 13. & de sepulcro ejus Plin. lib. 5. cap. 32. Ernstius. Et quos laudat Cl. Arntzenius ad Viatorem de Viris Illustr. cap. 42. n. ult.

<sup>6</sup> Secum habere consuevit] Sub annuli gemma. Scriptor de viris ill. c. 51. Juvenalis Sat. 10. Bosius.

<sup>7</sup> Anno acquievit septuagesimo] Kar' ἐνεπιτύχει mortuus est. Ita Graeci, Herodian. de Excessu Marci O. μετ' ἄρ, inquit, νυκτὸς τε καὶ οὐ- εξ ἀπολύτας μήτ, ανταύρατε Val. Maxim. lib. 9. cap. 12. Inimicusque genibus compresso spiritu, inter ipsas custodum manus, inque conspectu summi imperii, ex optata securitate acquievit. ita lege. Gebhardus. Si, quod in αὐτῷ εὖ οὐνυμάδων legitur, Hannibal natus fuit Olymp. cxxxiiii. anno 1. si, ut noster cum patre in Hispaniam profectus; si minor annis xxv, ut Noster & Ampelius.

quod semper secum habere consueverat, sumvit. Sic vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquevit septuagesimo.

## C A P. XIII.

**Q**uibus consulibus interierit, non convenit. <sup>1</sup> Nam Atticus Marco <sup>2</sup> Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit. At Polybius <sup>3</sup> L. Aemilio Paullo & Cn. Baebio Tam-

imperator factus: si denique, ut *Livius* 30. 35. & apud eundem ipse 30. 37. sexto ac tricesimo post anno quam puer inde profectus, ac, ut, *Polybius* 15. 19. major annis XLV. Carthaginem rediit; quomodo cumque subducas calculos, haud plures, quam LXV. ad summum anni exibunt, etiam si demum P. Cethego & M. Tamphilo Coss. hoc est, anno u. c. 158. mortuum addimes. Vide igitur, annon scripsit Nepos: anno LXV. quod librarii mutarint in LXX. Neque enim novum, V & X in libris permutari, nam rotundo numero heic usum, quod vir doctus suspicatur, vix crediderim. Certe in jam laudata *draypani*, Olymp. CXLVIII. anno IV. obiisse dicitur; hoc est anno aetatis LXII. vel LXIV. *Bosius*. De verbo *acquiescere* & similibus pro mori consule Munckerum ad Hyginum fab. 254. in fine, & Vorstium ad Valerium Maximum l. 9. c. 12. n. 15. unde & *quietorium* pro sepulcro: videlicet Drakenburg. ad Silium Italic. lib. 5. vs. 529.

<sup>1</sup> Nam Atticus] Sic recte Mss. & edd. vett. nam *Annam* Attici etiam Cicero allegat ad ipsum At-

ticum scribens 12, 23. Ad his *Vossium de Hisp. Lat.* 1, 11. Male igitur Lambinus cum Cl. Puteano Atticum reponi voluit: in q. edd. est: namque Atticus. Bosius. Leid. m. Azicus.

<sup>2</sup> M. Claud. Marcello, Q. Fab. Labeone] Anno ab u. c. 158. Q. edd. addunt copulam, & Q. Fab. Lab. Bosius. Voss. A. & Q. Fabio Lacone. Voss. C. & Fabio Labeone. pro *At Polybius* Voss. A. ac *Polybius*. Non Polybius, sed Valerius Antias haec scripsit. Consule Celeb. Perizonium Animadv. Historic. cap. 9. pag. 369, 370.

<sup>3</sup> L. Aemilio Paullo & Cn. Baebio Tamphilo] Sic legendum e *Fastis Capitolini*, *Livio* 39, 23, 56. *Jul. Obsequente*, *Cassiodoro*, ac *Msc. cod. Gifanii*. In Veneto quoque, Magio viso, fuit: *Bebio Tamphilo*. Ceteri Mss. editique *Pamphilum* vel *Pamphilium* vocant alterum, & M. vel G. praenomen addunt: *Aemilium* absque pronomine exhibent. Utrumque nomen corruptum in *Fastis Siculis*: παμφίλη ή πάμφιλη. Lege: ταμφίλη ή πάμφιλη. Fuere autem consules anno u. c. 158. Bosius. Leid. m. Aemilio Paullo & C. Baebio Tamphilo. Voss. A. Aemilio Paullo

Tamphilo: <sup>1</sup> Sulpitius autem, <sup>2</sup> P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo. <sup>3</sup> Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus, nonnihil temporis tribuit litteris. Namque aliquot ejus libri sunt, Graeco sermone confecti. in his ad Rhodios de <sup>4</sup> Cn. Manlii <sup>2</sup> Vulsonis in Asia rebus gestis. <sup>5</sup> Hujus bella gesta multi

*Paullo & Cn. B. T. Voss. B. Aemilio Panillo & Cn. Baebio Pamphilo C. L. Aemilio Paullo & Cn. B. T.*

<sup>1</sup> *Sulpitius autem] Vossius de Hist. Lat. 1, 18. avum Imperatoris Galbae signari putat, Suetonio Galba cap. 3. memoratum. Msc. Boecler. & quidam editi Sulpitius a. Blito. quod Gebhardus negat se capere. Eg o vix dubito, si non verum, saltem corruptum viri cognomen esse. Bosius. Voss. B. etiam Sulpitius aut. Blito.*

<sup>2</sup> *P. Corn. Cethego, M. Baebio Tampho.] Sic rufus Faſti Capitolini, Livius 40, 18. & cod. Gif. Quare non est, quod cum Magio P. Corn. Lentulo reponamus. In reliquis Mſſ. & plerisque edd. vett. Tamphili cognomen pariter, ut paullo ante, corruptum est: sicut & in Faſtis Siculis. Bosius. Leid. m. Baebio Tamphilo. Voss. B. M. Baebio Pamphilio. C. Baebio Tamphilo.*

<sup>3</sup> *Atque hic tantus vir] Pronomen abest ab Ed. Colon. Bosius. pro temporis Voss. B. temporibus.*

<sup>4</sup> *Cn. Manlii Vulsonis] Sic recte Magius emendavit. Ita enim Faſti Capitolini. Livius, aliique vocant. In Mſſ. corrupte: Enni Manili Volonis. Sicut apud Appianum Syria eis aliquoties Manli legitur pro Manli, etiam in nuperrima editione Amstelodamensi. Fuit autem cum M. Fulvio Nobiliore con-*

ſul A. U. C. IoLXIV, ac provinciam Asiam fortitus, Gallos eam incolentes devicit. Bosius. Pro Cn. Manlii Vulsonis Leid. m. C. Manlii Volonis. Voss. A. C. Cn. Manlii Vulsonis. B. Enni Manili Volonis.

<sup>5</sup> *Hujus bella gesta] Pro bella Mſſ. Boecler. bellī, quod non admittunt, illa cum eo: niſi bellī gesta idem si ac res bello gestae. Buchnerus ḥ̄dīrō bella supervacuum existimabat ac Nepotem scripsisse Hujus gesta. quomodo supra 1, 1, 2. loquutus est, & alii paſſim. An fuit, Hujus bella gesta? Bosius. Leid. & Voss. A. C. H. bella gesta B. H. bellī gesta.*

*6 Silenus] Omnes hucusque edidere, Philenius, vel Philacrius. Ignoratum nomen, nec ulli veterum, quod ſciam, memoratum. Itaque Vossius in De histor. Gr. 1, 17. legit Philinus, auctoritate Polybii 1, & 3. ac Diodori Siculi 23, & 24. in Eclogis. Sed is primi belli Punici historiam scriptit. Boeclerus e Mſſ. suo legit Syllenus. Utrum viri nomen est Silenus. Id docet locus Ciceronis de divin. 1, 24. ab eodem summo viro laudatus; Hoc idem in Sileni graeca hiforia est: is autem diligentissime res Hamibalis persecutus est. De Nova Carthagine a Scipione Africano capta eundem Livius laudat 26, 49. Plura de eo Vossius de hif. Gr. 3. pag. 413. Bosius. Leid. m. &c.*

multi memoriae prodiderunt : sed ex his duo , qui cum eo in castris fuerunt , simulque vixerunt , quamdiu fortuna passa est , <sup>6</sup> Silenus , & <sup>7</sup> Sofilus Lacedaemonius . Atque hoc Sofilo Hannibal litterarum Graecarum usus est doctore . Sed <sup>8</sup> nunc tempus est <sup>4</sup>  
<sup>9</sup> hujus libri facere finem , & Romanorum explicare  
im-

m. & Voss. A. C. *Silenus* B. *Sylle-*  
*nus.*

<sup>7</sup> *Sofilus*] Quanta Lambino sit fides tribuenda vel unicus hic locus , si cetera desint omnia , satis docet . Nam cum non recordaretur sibi alibi nomen hoc occurrisse , statim vitii accusat substituitque *Sofilus* . qui erat Grammaticus Laconicus apud Suidam : vel censet legendum *Sofilus* . Clarissimus & ac-  
micius Vossius mihi ex Diodoro Siculo indicavit verum no-  
men esse *Sofilus* . & alibi laudat ver-  
ba Polybii . Πόλει μηδὲ τὰ τοιάτια  
τῆς συγγεναμέτρων , διαγένεσθαι  
καὶ Σῶον Θεον , εἰδὼν ἀπὸ διου πλεον λέγεται  
εἰδούσας , αὐτῷ μεγαλύτερη τὴν πατερί-  
μων τατιάς , ἐμοῦτος δοκεῖται τοῦτον καὶ  
τὸν διατελεῖν . Idem pro Philenius emendat Philinus auctoritate Polybii  
lib. 1. & 3. nec non Diodori Siculi , apud quem lib. 3. & in Eclogis  
vocatur φίλην . Gebhardus . Diodo-  
rus Siculus ecloga 3. libri 26. Σῶος  
λέγεται δὲ Πόλεος (seu Τάναος) τὰ μετ' Αρ-  
γειαν τὴν εὔηντα πεζοὺς ζ . Meminit  
illius & Polybius 3. 20. sed pro fabulis potius , quam historiis , scri-  
pta ejus habenda censet . Quae loca jam indicavit Vossius de hist. Gr.  
1. 7. Sed pro *βιοτοις* ζ . uti legitur  
apud Diodorum , habet ζ , vertit  
que: *libris sexaginta* ; errore haud  
dubie ex similitudine litterarum  
nato . Ac dubito , an tot libros de-

unius Hannibalis rebus *Sofilus* scri-  
pserit . Perperam igitur Lambinus corrigit : *Sofybita* , vel *Sofilus* . Ce-  
terum Hannibal res gestas etiam recentioribus Afris innotuisse , il-  
lad indicio est , quod *Vincentius Al-*  
*bus* (*le Blanc*) Massiliensis in *Itine-*  
*rario suo* , *parte 2. cap. 17.* scribit ,  
Temesnae in regno Maroccae , fibi  
Maurum quendam anno Christi  
cl̄o IeLXXXVIII. inter alios libros ,  
quibus urebatur , nominasse quen-  
dam *Albuzer* dictum , plenum re-  
rum curiosarum de gestis celeber-  
rissimorum Africae virorum , *Hanni-*  
*balis* , *Masinnissae* , *Septimii Severi* , &  
multorum aliorum Regum , prin-  
cipium & episcoporum , ut *Augu-*  
*stini* &c . Etsi hodie in illis oris ,  
si *Lancellotto Addisono* , nuperimo  
Mauritaniae descriptori credimus ,  
vix ullos libros reperire est . *Bosius* .  
Voss. B. *Sofillus*.

<sup>8</sup> *Nunc tempus*] Ms. Boecl. nos  
*tempus*. Bosius. Leid. & Voss. A.B.  
C. nos *tempus*.

<sup>9</sup> *Hujus libri facere finem*] Di-  
fiserat enim Probus opus suum in  
duos libros , sive duo volumina :  
etsi in *praefationis* calce , *libro* tam  
Graecorum imperatorum , quam  
Romanorum , *vitas* se expositurum  
dixerit . Siquidem eo in loco li-  
brum non pro operis parte , sed pro  
toto opere , accipit . *Magius*.

<sup>10</sup> *Qui viri*] Barilius conjiciebat  
legen-

imperatores: quo facilius collatis utrorumque factis,  
⁹⁹ qui viri praferendi sint, possit judicari.

legendum: *cui utri*, vel *qui utris*,  
aut *quis utri praferendi sint*. Ego  
vihil mutandum censeo. nam sic  
plane Plinius N. H. 18, 3, e Cato- | ne: *Quem virum bonum colonum di-*  
| *xissent, amplissime laudasse existima-*  
| *bantur. Bothus.*

XXIV.

M. PORCIUS CATO.  
EX LIBRO POSTERIORE  
CORNELII NEPOTIS.

C A P . I.

CATO ortus municipio Tusculo, adolescentulus,

DE CATONE *Plutarchus, Cicero* paſſim, *Livius, Valerius, Frontinus, Orosius, &c reliqui Romanae historiae scriptores. Savaro.* adde scriptorem de viris illuſtr. cap. 47. *Ampelium* cap. 19. & e junioribus *Vossium de hisſt. Gr. 1, 5.* Charactrem animi habes apud *Liriuſ 39, 40.* effigiem e gemma annulari inter *Imagines Illuſtrium Urſini:* isque similem in *Corniola* habuit, teste *Jo. Fabro num. 116.* Qui & *Hermae* illi dicati meminit, sed capite truncati, cum inscriptione: M. PORCIUS. M. F. CATO, CENSORIUS: conjicitque eam ipsam

esse, quam *Plutarchus* scribit ei in templo Sanitatis dedicatam fuisse. Est & apud me nummus mediae magnitudinis pulcherrimus, sed recentioris ut arbitror aevi, in quo caput conspicitur Catonis barbatum, his circum litteris: M. PORCIUS. CATO. CENS. In aversa parte ROMA, spoliis insidens, & dextra bilancem, finistra cornu copiae tenens. *Bosius.* In Ms. Codice A. praecedent Attici vita vitae Catonis. In Codice Vossiano B. haec vita videatur alia, & quidem recentiori manu descripta. In Vossiano C. sequitur vitam Miltiadis.



*Apud Fulvium Urinum  
in Geuma*

M. Pgr.

tulus, priusquam<sup>6</sup> honoribus operam daret, versatus est<sup>7</sup> in Sabinis, quod ibi<sup>8</sup> heredium a patre reli-

ctum

**1 M. Porcius]** Ita passim exaratum hoc gentilium Catonis nomen reperitur non modo in libris vett. sed etiam in faxis & nummis plerisque, apud Gruterum, Ursinium, & Pet. Servitum in Miscellaneis cap. 8 In Romano tamen faxo, quod in aedibus Farnesiorum vidit Servius, legitur: M. PORTIUS M. F. CA-  
TO. CENSORIUS. Vix dubito  
quin sit Hermes capite truncatus,  
*Fo. Fabro*, ut modo diximus, lau-  
datus, qui proinde hinc emandan-  
dus fuerit: quemadmodum & ex  
altero juxta Capitolium, eidem Ser-  
vio memorato, in inscriptione Gru-  
teriana 4. pag. 358. (eadem enim  
haud dubie est) pro CENSORINUS  
legi deber CENSORIUS. Sic enim  
Catonem nostrum cognominatum  
fuisse, etiam aliunde constat. Portii  
autem nomen etiam in aliis lapidibus  
sic scriptum est apud Gruterum, vi-  
de Indicem Scaligeri 24. Ut variasse  
in eo veteres videantur. Sic in iis-  
dem lapidibus Fabricius & Fabritius,  
Sulpicius & Sulpitius, promiscue ex-  
aratum est. Bosius. Vide J. Arntze-  
niū ad Victorem de Viris Illustr.  
cap. 47. n. 1.

**2 Cato]** De genere & nominibus  
Catonum ac familiae Porciae, lege  
quae Gellius retulit lib. 13. cap. 19.  
Magius. Noster antea Priscus co-  
gnominatus, teste Plutarcho, post  
a solertia Cato dictus est. Bosius  
Voss. C. Cato.

**3 Ex libro posteriori Corn. Nepotis]**  
Unde haec desumpta sint, & an in  
aliquo Ms. codice inventa, dicere  
non possum, neque enim alibi,  
quam in edit. Gebhardi & po-

strema Boecleriana, & quae hanc  
expressere, eam invenio. Lam-  
binus tamen, & qui eum sequuti  
sunt, similia praefixere: ex libro  
secundo Aemili Probi, seu Cornelii  
Nepotis. Longilius nil aliud, quam,  
Catonis vita; Schottus, M. Porci  
Catonis vita. Pighius, qui hanc vi-  
tam a Carolo Longio acceperam libro  
LX. Annalium Rom. sed pluribus lo-  
cis ab aliis editionibus discrepantem,  
inseruit; alicubi & conjecturas su-  
as adscriptis, hunc ei titulum praec-  
scriptis, Vita Marci Catonis, ex Cor-  
nelio Nepote de viris illustribus. Ut  
cunque sit, verisimilius est, eam  
ex altero Nepotis libro esse, cuius  
23, 13, 4. meminit, quam, quod  
Schotto aliisque visum, fragmen-  
tum esse vel ~~āvñpavaiwv~~ libri  
quem cap. 3, 5. de Catone separa-  
tum fecisse se ait. Nam id ne creda-  
mus, ea ipsa verba faciunt. Quis enim  
in fragmento aut ~~āvñpavaiwv~~  
operis alicuius unquam opus i-  
psum, tanquam diversum, lauda-  
vit? Non repugnabo tamen, si  
quis cum Vossio τὰ πάντα verisimile  
censeat, fragmentum esse ex opere  
de historicis Latinis: cum de histo-  
riis Catonis tam explicate agat.  
Orationum autem & rerum pace  
belloque gestarum solum velut ob-  
iter mentionem faciat. Bosius.

**4 Cato]** Pighius edidit, M. Cato.  
quomodo principio Attici: Titus  
Pomponius Atticus, Bosius.

**5 Ortus m̄nicipi. Tusculo]** Sic  
Plutarchus in M. Catone: Μάρκος Ἰ-  
κάριος πατέρι Τύρος τὸ γένος εί-  
ναι. M. Tullius in Planciana [cap.  
8.] *Nunquando vides Tusculanum*  
ali-

Etum habebat.<sup>1</sup> Hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut<sup>2</sup> M. Perperna

aliquem de M. Catone — gloriari? Lambinus. Porcius Tuscito in senatum accitos, ait Claudio Caesar apud Tacit. 11, 24, 3. M. Porcius Catonem nomen suum Tusculi ignobile Romae nobilissimum reddidisse, Valer. Max. 3, 4, 6. Gebhardus. Unde ignobilis & obscuro genere natus Romae ferebatur. Consule Celeb Perizonium ad Aelianum lib. 12. V. H. cap. 6. & ad lib. 14. cap. 36.

*6 Honorib. operam daret]* Vid. Ind. v. honor. Bosius.

*7 In Sabinis]* Sic & Plutarchus. Bosius.

*8 Heredium*] Heredium a Festo & aliis derivari ab herede notum est. Sed Hotomannus Jctus ab hera, id est, terra, dictum existimat. Unde Varro*heredium* significat agellum, qui heredem sequitur, sive praedium rusticum: pro quo ab A. Gellio lib. 19. N. A. cap. 7. dicitur de Julio Paullo, eum vide licet *herediolum tenue* possedit. De varia vocis hujus scriptura vide Dausqui Orthograph. in voce *heres*. Ernstius. Ms. Venetus *Mangio laudatus*, *praedium*. Sed rectum est *heredium*. vide Ind. & notas Ernstii. Bosius.

*1 Hortatu*] Ms. Schotti: *Inde hortatu*. quomodo & Pighius edidit. Addidit *inde* aliquis, qui non cohaerere haec cum praeced. putabat, ignorans, Nepotem ita solere. Bosius. Voss. A. addit etiam *inde*.

*2 M. Perperna*] Sic legendum esse, jam monuere Lambinus, Pighius ad an. U. C. 608. alii. nam ita apud scriptores Graecos, & in la-

pidibus, ac nummo veteri apud Pighium, hoc sive gentilicium nomen, ut plerique, sive cognomen gentis obsecrare Sabelliae, ut Pighius existimat, exaratum reperitur. In vulgatis libris heic & alibi mendose *Perperna* legitur. Evidem & in vett. lapidibus invenio *Perpernam* quendam inter magistres vicorum urbis Romae, apud Gruterum pag. 251. & septem alias cum cognominibus, *Argyri*, *Charitonis*, *Eutychi*, *Favoris*, *Firmiti*, *Lurconis*, *Philonis*, apud eundem pag. 814. 8. 241, 988, 1. 820, 9 ac *Petronium Perpetuum Magnum Quadratiarium*, Praef. Urbi, pag. 177, 7. itemque in numero Liciniani apud Occenem, *Imp. Caes. M. Auf Perpernam Licinianum*: & apud *Victorem juniores* (nisi locus mutulus est, quod valde vereor) *Hofilianum Perpetuum*. Verum id aut alterius familiae nomen cognomenve, aut e *Perperna* sive posterioris aevi consuetudine, seu scribentium culpa (qui & alibi eas litteras permutarunt) corruptum censeo. Bosius. Omnes mei *Perperna*. Viri docti tamen praeferunt *Perperna*. Vide, quos laudat Cl. Arntzenius ad *Victorem Epitom.* cap. 30.

*3 Censorius*] Schortus e membranis suis eruit *censorinus*, quod sequitur Steph. Vinand. Pighius. Idem paullo post, pro *aestimamus* malebat *aestimavit*. sc. Consul. & loco ei *jure succedere* legendum concidit ei in ea succ. & pro *senatu peracto* mavult rescribi *Consulatu peracto*: quia nullam post secundum Consularum Scipio prorogationem imperii habuit. Denique supplet Qq Vixit

perna<sup>3</sup> Censorius narrare solitus est,<sup>1</sup> Romam demigravit,<sup>2</sup> in foro [que] esse coepit.<sup>2</sup> Primum stipendium

Vixit circiter annos 70 & usque Commentariis in Fastos Capitol. ad annum U. C. IcXLIX. Gebhardus. Pighius edidit *confobrinus*, idque & in suo cod. repperit Schottus, veriusque censet, quam quod in aliis edd. legitur. *Censorinus*. Mihi neutrum quadrare videtur. Cujus enim Perperna *confobrinus*, & cur id non addidit Nepos? Nec ullos alibi Perpernas *Censorinas* invenio: Marciorum id cognomen est. Ergo rectum est *Censorinus*, h. e. qui censuram gesserat. Ac vix dubito, quin designetur M. Perperna, qui anno U. C. IcLXI consul, & anno IcLXVII. cum L. Marcio censor fuit, vixitque annos XCIIIX; defunctus anno U. C. IccclV. coque vel Nepori, vel aliqui familiarium ejus, ea, quae heic referuntur, narrare potuit. Sciolus aliquis, cum cognomen *Perpernae* putaret esse, mutavit in *Censorinus*; pro quo librariorum aliquis scripsit *Confobrinus*. Bosius. Voss. A. & C. *confobrinus*.

<sup>1</sup> Romanum demigravit. &c.] Prolixie haec Plutarchus narrat pag. 337. & ex eo Lambinus. Mox in illis siroque a q. edd. abest copula: Pighius transponit, inque foro. Vix dubito a glossa esse. Beatus. Copulam agnoscunt omnes mei.

<sup>2</sup> Primum stipendium meruit] Romani ideo per juventutem militiae navabant operam, ut deinceps urbanos magistratus capere possent: quo nulli parebat aditus, nisi qui ante decem stipendia fecisset. vid. Lipsius de militia Rom. lib. 1 dialogo 2. Buchnerus.

<sup>3</sup> Annorum decem septemque] Haec enim erat militaris aetas. vide Lipsium loco cit. Buchnerus. Pighius edidit: annorum XVII. Sic & Plutarchus: sed 78 auct. inlangidina 22000 ita riuus neptius secesserat segregari. Sed Lambino videtur ex Fastis natus tum fuisse annos circiter XIX. siquidem natus est anno postquam primum consul fuerat. Q. Fabius Verrucosus Maximus. Carolus quoque Langitus notis in Catonem maiorem Ciceronis ait, militare coepisse an. U. C. 539. natum annos plus minus XIX. quamquam in Nepote & Plutarcho legatur anno aetatis XVIII. militasse sub Fabio; id quid, ipsius judicio, ratio annorum qui inter Fabii I & IV. consulatum sunt, non patiatur. Nempe pro diversa loci Ciceronis lib. de senect. cap. 4. lectione diversos natali Catonis annos adsignant. Lambinus enim, vulgata lectione nixus, anno postquam Fabius primum consul fuerat, i. e. U. C. 521. natum censeret: quae & Schotti ac Pighi sententia est. Langius autem scriptura Mss. codicum multis rationibus a Vincentio Contareno var. lect. esp. 24. confirmata, Fabium anno post primum consulatum fuisse, quam Cato natus est, fretus anno 519. natum vult. Ut autem Nepotem falsi arguerent, illud, opinor, eos induxit, quod Nepos ait, Catonem Fabio & Marcello Coss. (nam haec ad praecedentia referunt) primum stipendium meruisse. Eorum enim consularus cum in an. U. C. 539. inciderit; inde sequi videtur, Catonem, qui illorum sententia tum primum stipendium meruit, si anno ante primum Fabii

dium meruit<sup>3</sup> annorum decem septemque, <sup>4</sup> Q. Fa-  
bio Maximo, M. Claudio Marcello Coss.<sup>5</sup> Tribunus  
mili-

Fabii consulatum natus est, annum XVIII vel XIX; si anno post, XIX vel XX. egisse. Verum id non necessario inde sequitur. Nam si dicamus Catonem toto anno postquam *Fabius primum consul fuerat*, i. e. sub finem anni 521, natum, Fabio & Marcello Coss. annos XVII natus fuerit, ingressus vero annum aeratis XVIII. Praeterea illa, *Fabio & Marcello Coss.* aequae ad sequentia seu ad tribunatum Catonis, quam ad praecedentia seu *primum ejusdem stipendum referri possunt*: quod & ab editoribus quibusdam factum video, qui ea verba interpolata *est* a praecedentibus divellunt. Quamquam ob rationes a *Contarino* adlatas, & tot codicum MSS. consensus verosimilis puto, Catonem ante primum Fabii consulatum fuisse natum. quemadmodum & *Fabio ac Marcello Coss.* Catonem *primum stipendum ineruisse*, quam *tribunum militum fuisse*, probabilius censeo, nam cum anno 544, cum *Fabio adolescentulas miles ad Tarentum prefectus*, teste *Cicerone*, fuerit; *tributus tum nondum*, multoque minus quinquennio ante, esse potuit. nisi dicas, *militem illic non opponi tribuno*, sed, de quo *Cicero* mox subjicit, *magistrati*. Sed neque ratio annorum quae inter annum U. C. 521, vel etiam 519, & consulatum Fabii ac Marcelli interjecti sunt, patitur ut his COSS. hoc est anno 539. tribunus fuerit. neque enim plures sunt quam XX. Jam annorum XVII, *primum stipendum*, ut praeter Nostrum ipse apud *Plutarchum* testatur, meruit.

Neque citius, per aetatem, mere-re potuit. Ergo post tria stipendia statim factus fuisset tribunus, quod illis temporibus, quibus antequam quinque stipendia fecisset, ad tribuni munus nemo evehebatur, neutrquam congruit. Ergo aut Fabio & Marcello COSS. tribunus non fuit: aut diu ante primum Fabii consulatum natus fuit. Sanctum mirum non est, *Nepotem* in purandis Catonis annis a *Cicerone* dissentire: cum & alii scriptores cum ab eodem Cicerone, tum inter se valde hac in re discrepant. Certe *Nepos* si modo sanus est locus, per annis octoginta, ab adolescentia, reip. causa minicatio suscepisse eum scribit. Id vero priusquam in militiam profectus esset, (quod factum est, antequam Romanum migraret, e *Plutarcho* apparet) facere non potuit. *Livius* autem lib. 39. cap. 40. & *Plutarchus* nonagesimo aeratis anno Scruum Galbam ab eo accusatum tradunt. quod (ut narrant *Livius* epistola 48. *Valerius Max.* 5, 6, 2. *Suetonius Galba* cap. 3. *Orosius* 4, 21.) Lusitanos diripiisset, ac eorum aequali licet millia dolo circumventa trucidasset: cuius accusationis & *Cicero in Bruto* cap. 20. ac 1. de oratore cap. 53. itemque *Valerius* 3, 1, 2. & 8, 7, 1. meminere, ajunque orationem illam in *Originibus suis* exposuisse eum: sed *Cicero* tradit, annos quinque & octoginta tum natum fuisse, eodemque anno excepisse e vita. Eam vero Lusitanorum cladem accidisse anno U. C. 102, e *Livio* manifestum est. Accusaverit igitur Galbani Cato itillo

militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est <sup>1</sup> C. Claudii Neronis, magnique ejus opera <sup>2</sup> existimata est <sup>3</sup> in praelio apud Senam, quo cecidit <sup>3</sup> Hasdrubal frater Hannibal. <sup>4</sup> Quaestor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, consuli: cum quo <sup>5</sup> non pro

<sup>6</sup> anno IocIII. Qui si nonagesimus ei vitae fuit, natus fuerit circiter anno U. C. IocXIII. Bosius. Sc. Juvenis vel ens. Vide Cl. Periz. ad Sanctii Min. 4, 4, 4.

<sup>4</sup> Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello] Omisit utrumque cognomen Pigibus: qui & haec verba ad praecedentia refert, in Annalib. Rom. tomo 2. ad ann. U. C. 549 hisque consulibus Catonem tribunum in Sicilia fuisse ait. quod etiam alii ex editoribus Nepotis fecere. Bosius. Maximo abest Leideni, & pro M. Claudio Marcello Leid. M. Claudio, Voss. A. simpliciter Claudio.

<sup>5</sup> Tribunus militum in Sicilia fuit] Anno aetatis XXIV. M. Claudio Marcello V. T. Quintio Crispino COSS. Ita Lambinus: quem & Schottus in chronologia sequitur. Bos.

<sup>1</sup> C. Claudii Neronis] Consulis, anno U. C. IocXLVI. Mf. Bocci. & q-edd. P. Claudi Ner. Sed Caij praeomenum etiam Faſti Capitolini, Livius, Cassiodorus, & Marianus ei tribuunt. Bosius. Leid. & Voss. A. B. C. P. Claudi Ner.

<sup>2</sup> Existimata est] Sic Mf. Rectissime. Fragmentum Petronianum pag. 37. Existimant mortuanum quinquaginta millibus. ubi vide quae narravi. Scheffers. Atque sic & Longinus ac Schottus, fortassis & alii, edidere. Mox ipse Nepos: quod non minoris existimamus. adde Indicem. Lambinus reposuit aexistimata est, nulla ratione addita; quod perpe-

ram lucusque retinuere editores reliqui. Bosius. Omnes mei existimata. Quam lectionem probat Cl. Corrius ad Sallust. Catilin. cap. 2. n. 8.

<sup>3</sup> In praelio apud Senam] Cicero in Bruto praelium hoc Senense vocat. Hasdrubal autem cum novas copias auxiliares in Italianum adduceret, a M. Livio Salinatore, & C. Claudio Neroni Cost. ad Mettaurum flumen vinctus & concisus est. Liv. lib. 27. Flor. lib. 2. cap. 6. Polyb. 11. Silius lib. 15. Eutrop. lib. 3. Sueton. Tiberio. Oros. lib. 4. cap. 18. Meminuit etiam hujus Victoriae Horat. 4 Od 4. Ernflus. De quo Livius 27, 48. & deinceps. Bosius. Pro cecidit Voss. C. decidi.

<sup>4</sup> Quaestor obtigit P. Corn. Scipioni Africano consuli] Catonem Scipioni quaestorem fuisse, praeter Nostrum ac Plutarchum, tradit etiam Livius 29, 25. (ut iam observatum Lambino: ubi Scipione in Africam trajecturo, M. Porcius Catonem quaestorem tuum fuisse ait. Sed ea trajectio facta M. Cornelio Cethego & P. Sempronio Tuditanio COSS. quo anno Catonem quaestorem fuisse etiam Cicero in Bruto cap. 15. &, ex emendatione Pigii ac Langii, in dialogo de senectute cap. 4. testatur. Non igitur consuli Scipioni, sed proconsuli, quaestor obtigit. Lambinus putabat responderi posse, Catonem faciūm esse iterum quaestorem Romae Cethego & Tuditanio COSS. posteaquam quae-

pro fortis necessitudine vixit.<sup>1</sup> Namque ab eo perpetua diffensit vita.<sup>2</sup> Aedilis plebis factus est cum C. Helvio.<sup>3</sup> Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quaestor superiore tempore<sup>4</sup> ex Africa descendens, Q.<sup>5</sup> Ennium poëtam deduxerat: quod non minoris

quaestor Scipioni imperatori obtigisset. Ego malim legi proconsuli, quomodo supra 23, 4, 3. pro praetore rescripsimus propraetorem, nisi Nepos consuli dicat obtigisse praetorem, qui eo consule praetor electus, sequenti demum anno Quaesturam sub eodem proconsule administravit, cui sententiae faveret, quod apud Cicernum Cato ait, se quadriennio post, quam cum Fabio ad Tarentum profectus esset, i. e. anno U. C. 548. quaestorem factum, (sic enim legit Pighius) eum magistratum gessisse consilibus Tuditano & Cethego. h. c. anno 549. sed repugnat, quod cap. 2, 1. dicitur Scipionis in priore consulatu quaestor fuisse. nisi forsitan illic legendum est in proconsulatu. Ceterum a Ms. Boecl. & edd. Colon Schotti ac Pighii absunt illa Cornelio Scipioni, idque consuetudini Nepotis congruentius est. Bosius. Consuli retinendum. Vide ad Hannib. cap. 4. n. 3. Corn. Scipioni absunt Leidensi & Vossiano B.

<sup>5</sup> Non pro fortis necessitudine] Nam Consul aut Praetor quaestori pro patre, hic illi pro filio erat. Cujus necessitudinis & Cicero meminit divinat. in Cael. c. 14. &c. 19, actione 1. in Verrem c. 15. Orat. post reddit. in Sen. c. 14. & pro Cn. Plancio c. 11. Sortes necessitudinem eundem morem vocat 1. in Verr. c. 14. Bosius. Pro necessitudine Voss. C. necessitudinem.

<sup>1</sup> Namque ab eo perpetua diffensit

vita.] A. Gell. lib. 4. N. A. cap. 18. quoque refert, inter Catonem & Scipionem Africanum perpetuas fuisse inimicitiias. Vide Suidam in Karav & diorosy. ubi contrarium affertur. Enstius. Propterea, opinor, quod ad amicitiam Q. Fabii Maximi se adolescens applicat: Q. Fabio autem cum Scipione Africano non bene conveniebat. Licet & ex Plutarcho intelligere, P. Scipionem & M. Catonem gessisse inter se inimicitiias. Quinetiam mortuum Scipionem infectatus est M. Cato. Lambinus. vide Plutarchian pag. 342. C. & 338. A. Livium 38, 54. Porro Schottus edidit, perpetua diff. vita sicuti Pighius, nam ab eo. Bosius.

<sup>2</sup> Aedilis pl. f. e. cum C. Helvio.] Commemorat hos in aedilitate pariter ac praetura collegas & Livius 32, 7. Helvium etiam lib. 38, 14. & 21. et si libro 32, in q. edd. legitur Aelius. quod nomen & hec reponebat Magius. Est autem Helvius, ut ferunt, cognomen gentis Ebutiae. Bosius. Voss. C. aedis plebi.

<sup>3</sup> Praetor prov.] Voss. B. praetor prov.

<sup>4</sup> Ex Africa] Absunt haec ab edit. Pighii: sed abesse non possunt. neque enim in Sardinia, sed in Africa Quaestor fuit. Statim Lambinus, Pighius & Schottus edidere aëstimamus. sed vide not. ad ver. 2. Pighius conjiciebat. aëstimavit. nulla necessitate. Bosius.

614 CORNELII NEPOTIS  
noris existimamus, quam quemlibet amplissimum  
Sardinensem triumphum.

C A P . I I .

**C**onsulatum gessit cum L. Valerio Flacco, <sup>1</sup> forte  
provinciam nactus <sup>2</sup> Hispaniam citeriorem, <sup>3</sup> ex-  
<sup>2</sup> que ea triumphum deportavit. Ibi quum diutius mo-  
raretur, <sup>4</sup> P. Scipio Africanus consul iterum, cuius  
in priore consulatu quaestor fuerat, <sup>5</sup> voluit eum de-  
pro-

<sup>5</sup> *Emium poetam dedux.*] De hoc  
aliisque claris viris vide A. Gelii  
lib. 17. N. A. cap. ult. *Ernftius.*  
Voss. *C. omnium.*

<sup>1</sup> *Sorte provinciam nactus.*] Sorte  
dividebantur provinciae. Vide J.  
Aratzenium ad Victorem de Vir.  
Illustr. cap. 47. n. 1.

<sup>2</sup> *Hispaniam citeriorem.*] Quae in  
ea gesserit, praeter laudatos *Ernftio*,  
narrant *Appianus Ibericis*, &  
scriptor de viris illustr. cap. 47. Mox  
*Pighius, ex eaque;* & statim Schot-  
tus, *reportavit. Bosius. Omnes mei*  
*Codices deportavit.*

<sup>3</sup> *Ex quo ea triumphum deportavit.*] Etiam una cum P. Scipione Nasica  
frequenteribus praeliis Hispanos do-  
muit, ita ut imperata facere coacti  
sint. Liv. lib. 34. & Plutarch. *Ca-*  
*zene. Ernftius.*

<sup>4</sup> *P. Scipio Afric. conf. iter.*] Longius ac Schottus una voce auctio-  
res: quod P. Scip. Af. c. it. sub qua  
neficio annon aliquid lateat. Vide-  
rint ali. deinde *Pighius edidit;* &  
*ipse ei iure succedere: conjicirque,*  
*& ipse ei in ea jure. Sed glossema*  
*puro & jure, e sequentibus natam.*  
*Bosius. Leid. m. Quod Scip. & ita*  
Voss. B.

<sup>5</sup> *Voluit eum de prov. depellere.]*

Pro voluit Voss. B. noluit. Pro de-  
pellere Voss. C. pellere.

<sup>6</sup> *Neque hoc per senatum effic. pot.*] Paullo aliter *Plutarchus*, qui suc-  
cessisse quidem Catoni Scipionem  
magnum, & quod ille etiam post  
adventum suum Lacetanos subegis-  
set, indignatum fuisse scribit: Se-  
natum aurem censuisse, ne quid a-  
ctorum a Catone mutaretur aut  
moveretur. At nihil de successione  
Africani *Livius* habet: sed quo-  
nam in Hispania debellatum esset,  
solummodo praetores illuc missos,  
in ulteriorem quidem P. Cornelium  
Cn. F. Scipionem; in citeriorem,  
Sex. Digitum: ex his Scipionem  
praeturae tempore trans Iberum  
multa secunda praelia fecisse: post  
pro praetore Lusitanos prope Ilipu-  
lam cecidisse. vide eum lib. 34, 43.  
& lib. 35, 1. Perperam *Lambinus*  
de Africano accepit verba *Livii*,  
quae de patruelie illius Nasica de-  
debat. Aut igitur Nepos per erro-  
rem Africano consuli tribuit, quae  
Nasica praetor egerat; aut alios  
auctiores, quam *Livius*, sequutus  
est. Idem de *Plutarcho* dixerim, si  
quidem Africatum intellexit. *Bos.*  
<sup>7</sup> *Quon quidem Scipio.]* Vide Ind.  
v. quidem. *Bosius.*

<sup>1</sup> Non

provincia depellere, & ipse ei succedere. <sup>6</sup> neque hoc per senatum efficere potuit, <sup>7</sup> quum quidem Scipio in civitate principatum obtineret: quod tum <sup>1</sup> non potentia, sed jure respubl. administrabatur. Qua ex re iratus, <sup>2</sup> senatu peracto, <sup>3</sup> privatus in urbe mansit.

<sup>4</sup> At Cato, censor cum eodem Flacco factus, <sup>5</sup> severo <sup>3</sup> praefuit ei potestati. Nam & in complures nobiles animadvertisit, & multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimetur, quae jam tum in-

cipie-

<sup>1</sup> Non potentia, sed jure] Tiberius apud Tacitum A. 3, 69. 3. Minuitur jus, quoties gliscit potestas: nec utendam imperio, ubi legibus agi potest. Loccerius. Rursus autem tempora sua notar Nepos, quibus, ut Vellejus 2, 3. 3. ait, jus vi obrutum, potentiorque habitus prior. Quod praesertim Caesaris & Pompeji disfidiis factum est. Bosius. Pro administrabatur Voss. C. ministrabatur, quae verba saepius confunduntur. Vide Arnzen, ad Victorem de Viris Illustr. c. 7. n. 5. Sed Vulgata lectio proba. Cort. ad Sallust. Jug. cap. 29. n. 4.

<sup>2</sup> Senatu peracto] Pighius vult re scribi *Consulatu peracto*; quia nullam post secundum consulatum Scipio prorogationem imperii habuit. An Nepos scripsit, *iratus senatu, consulatu* (vel *magistratu*) *peracto pri u. m?* An potius vitium latet in voce *peracto*? Non nego, Latine dici *senatu peracto*: sed quomodo Scipio *senatu peracto* *privatus manserit*, non capio. Bosius.

<sup>3</sup> Privatus in urbe mansit] An. Urbis Idexvi. P. Corn. Scipio a Petiliis, impulsore Catone hoc reus factus est. Qui magno animo iudicium illud, vel potius calumniam despiciens, concionem in Ca-

pitolum duxit Postea tamen in voluntarium exilium concessit Litterum Liv. lib. 38. cap 50 cum seq. A. Gellius 4 N. A. cap. 13. Scipionis hanc ex urbe discessum mirifice praedicit Seneca, Epist. 66. Moruum esse A. U. Idexix. Livius scribit 39. 52. Quia in re a Polybico, & Rutilio, tuni Valerio Antiate discedit, qui eodem anno mortuum dicunt, quo Hannibal apud Praesiam & Philopoemen apud Messenios veneno interierunt. Justini illa quoque est opinio lib. 30. 2. fine. Infignis, inquit, hic annus trium toro orbe maximorum Imperatorum mortibus fuit, Hannibalis, & Philopoemenis & Scipionis Africani. Ennius. Nemo veterum, quod sciam, ullius magistratus ab eo post alterum consularum gesti, meminit. Legatus tamen ad Carthaginenses, & postea fratriis consulis aduersus Antiochum profecti fuit. vid. Liv. 34. entr. &c 47. passim. Pro manu Pighius edidit, permanxit. Bosius.

<sup>4</sup> At Cato] Pighius, M. Cat. Bos.

<sup>5</sup> Severe praefuit] Censuram hanc, quam eodem hoc anno, urbis videlicet 569. severitate memorabilem, & inter ipsos discordia gesserunt Caro hic, & L. Valerius Flac-

Qq 4

4 cipiebat <sup>1</sup> pullulare. <sup>2</sup> Circiter annos octoginta usque ad extremam aetatem, ab adolescentia, <sup>3</sup> reip. causa suscipere inimicitias non destitit. <sup>4</sup> A multis tentatus, non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed quoad vixit, virtutum laude crevit.

## C A P.

Flaccus, non sine damno suo expertus est L. Quintius Flamininus, Hannibal's proditor, & improbe in magistratu versatus, qui ea damnatus est. Qua de revidenti sunt Livius lib. cit. M. Tullius Carone majore, Plutarchus in ejusdem & Flaminini vita, item Val. Maxim. lib. 2. cap. 9. de Catone vide plura apud A. Gellium lib. 13. N. A. cap. 18. & Senec. Epist. 80. Ennius. vide eundem Pighius ad an. U. C. 569, & quos ille laudat. Bos.

<sup>1</sup> Pullulare] Leid. m. pullare Voss. B. pululare.

<sup>2</sup> Circiter annos octoginta.] Lambinus exponit: per annos 80. Pighius; Lucas, inquit, murlus, & incorreetus apparet. Malimque iraque sese haberet, vixit circiter annos LXXX. & usque. Haec ille, vix dubito, numerum annorum corruptum esse. Nam etiam si nonagenarium obiisse dicas, per LXXX. tamen annos reipubl. causa inimicitias suscipere non potuit. Immo vereor ne illa, circiter annos LXXX. adscriperit aliquis, qui Catonem octuagenarium accusasse Galbam, legerat alibi. Bosius. Voss. B. octuaginta.

<sup>3</sup> Reipubl. causa suscipere inimicitias non destitit.] Inimicorum Catonis non uno loco Cicero meminit. adde Liv. 39. 40. Bosius.

<sup>4</sup> A multis tentatus.] Plutarchus, ferme quinquages diem ei distam fuisse, retulit. Plinius in libro de viris illustribus (si modo hic operis

auctot est) quadriges quater accusatum, & gloriose absolutum dicit. Praepositus Poncherius Catonem ideo accusatum scribit, quod odiosum Censurae magistratum gesserit. Sed est hallucinatus: nam alia, & quidem probabilior invidiæ causa, quæ in cum frequentes accusatores concitaverit, fuisse videtur: nimis quia ab adolescentia (ut Probus ait) ad extremam usque aetatem, reipublicæ causa, suscipere inimicitias non destitit: multasque, ut Livius testatur 39. 40. vel nimio plures exercuit similitates, ac asperi procul dubio animi, linguaæ acerbæ, & immodice liberæ fuit. Magius. Etsi saepissime in jus vocatus & absolutus est, innocentia tamen ejus non fuit, quod multi somniant, αἰνύσκωτος. Ennius. Ampelius cap. 19. Cato Censorius, qui totiens accusatus est: & quondam vixit, nocentes accusare non destitit. Sic lego. vulgo enim editur: acc. est, quod vixit, &c. Bos.

<sup>5</sup> In omnibus rebus singulari fuit prud. & industria &c.] Similia habes apud Livium 39. 40. Brevius Ampelius: Hic est omnium rerum peritissimus, & ut Sallustio Crispo vixit, Romani generis disertissimus Cato. Porro Pighius edidit, singulari fuit industria: omisso prudentiae nomine. Bosius, Vossiano C. abest etiam vox prudentia.

<sup>6</sup> Nam & agricola solers.] Livius loco citato: Urbanas, inquit, rusticarumque res pariter callebat, &c. I-

dem

## C A P. III.

<sup>5</sup> In omnibus rebus singulare fuit prudentia & industrisia. <sup>6</sup> Nam & agricola solers, & reipubl. peritus, & jurisconsultus, & <sup>1</sup> magnus imperator & <sup>2</sup> probabilis orator, & <sup>3</sup> cupidissimus litterarum fuit. <sup>4</sup> Quaerum

dem de *Rebus rusticis* librum edidit: in quo, teste Plutarcheo in ejusdem *nita*, adeo laudis avidus visus est, ut in singulis rebus propriis, elegans, & copiosus esse voluerit. *Pighius*. vide *Plinium lib. 17*. Exstantque ejus rei rusticae libri, quae ex Gracis fontibus hauisit, quam tamen nationem initio cane pejus & angue oderat, *Schottus*. Apud *Pighium* additur: *frugalis paterfamilias*. Statim idem & *Longolius* edidere & *reip. peritus* *Jurisconsultus*. *Pighius* tamen malleret in repub. Favet *Livius*: *Idem in pace, si jus consuleres, peritissimus*. Ceterum *Catonom* *juris civilis peritissimum* etiam *Ciceron* *1. de orat. 37. & Valerius Max. 8, 7, 1.* vocant. *Bosius*. *Longolii* editionem defendunt *Leid.* & *Voss.* *A.*

<sup>1</sup> *Magnus imperator*] Argumento ei rei sunt res ab eo in imperio gestae, & triumphus ex Hispania deportatus. *Lambinus*. Etiam *Livio summus imperator* est. *Bosius*.

<sup>2</sup> *Probabilis orator*] In *Msc. nostro Codice* conscriptum lego: & *probabilissimus Orator*. Pro qua sententia *Cicero* pugnat, qui eum in *Bruto suo*, cum summo Oratore *Lysia* comparat. Et quantus fuerit Orator, non tantum *M. Tullius lib. c. 6* ostendit, sed probat id *Oratio ejus illa*, qua plurimum caussam Rhodiorum, quibus Romani bellum inferre statuerant, quod in bello

*Macedonicō* proniores visi in partes Persei rei Romanae hostis fuerint, adjuvit, quam *Cato* asper ingenio, lenem tamen mitemque egit, teste *Livio*, qui orationem illam suo quoque aeo scriptam extitisse, *Originum* libro quinto inclusam, auctor est. In qua cum *Ciceronis libertus Tullius Tiro* alia atque alia reprehendisset. *A. Gellius* ei responderet copiose lib. 17. *N. A. cap. 3.* *Plutarchus Tullio Tironi* assentiri videtur & *C. Nepoti*, si is scripsiter *probabilis Orator*. Judicium tamen suum homo *Graecus* prudenter suspendit, quando dicit: *verum tamen haec quidem it, quibus magis convenit Romani sermonis figuræ, id est, perpicere, dijudicabunt*. *Catone* *majore*. *Ernſtius*. *Mf. Ernstii*: *probabilissimus orator*. Verum nihil muto. Vide *Ind. Bosius*.

<sup>3</sup> *Cupidiss. litterarum*] Vide *Cicer. de finib. 3, 2. Bosius. Voss. C. concupidissimus*.

<sup>4</sup> *Quarum studium et si senior*] De *Graecis* fatetur ipse apud *Ciceronem de Senect. c. 8*. In *Msc. Boecl.* erat, *Quar. studium & senior arrip.* tamen tantum progr. fec. *Pighius* edidit: *Quare stud. et si sen. arripuerat, attamen tantum progr. f.* Illa in eis etiam absunt ed. *Col.* Itaque fortean legendum est, *quarum p. et si sen. arr. attamen tantum progr. f.* Statim idem *Pighius*, *reperi possit.* *B.*

rum studium et si senior arripuerat, tamen tantum [in eis] progressum fecit, ut non facile reperire possis, neque de Graccis, neque de Italicis rebus, quod ei 3 fuerit incognitum. Ab adolescentia <sup>1</sup> confecit orationes. <sup>2</sup> Senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet <sup>3</sup> res gestas regum pop. Rom. Secundus & tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica. Ob quam rem <sup>4</sup> omnes Origines

Bosius. Pro *et si* Leid. m. &. In *eis* non agnoscunt Leid. & Voss. B. C. Reperiri possit exhibent Vossiani A. & C. sed aliorum codicum scripturam praefero. Confuse Cortium ad Sallust. Jugurth. cap. 1. n. 2. & Burn. ad Phaedrum lib. 3. fab. 16. vs. 12.

<sup>1</sup> *Confecit orationes*] Quarum, ut & reliquorum operum, fragmenta collegit Ausonius *Popma*, & notis illustravit. Pighius: *fecit orationes*: & mox, *earum sunt* l. f. Bosius. Pighii lectionem probat Cortius ad Sallust. Catilin. cap. 25. n. 5. Omnes tamen codices praferunt *confecit*. Scio quidem *carmina*, *poemata* facere proprie dici, ut apud Ciceron. lib. 1. Academ. cap. 3. *Ipse varium & elegans omni fere numero piemata* fecisti. Adde Passerat. ad Propert. lib. 2. El. 7. vs. 25. — *Kel qualia carmina feci. & sic Terentium in Andriae prologo vs. 3. facere fabulas, & vs. 26. facere comoedias dixisse* constat. Graccis *notis*. ut praeter alios Theocr. Epigramm. 19. vs. Ult. *κατέβησεν Επέρα τις νοτίες, περιέπειρας*. unde ipsi *notarū*. Nec eodem modo *orationes* facere latine dici nego, quo Graece *λόγια* vocantur orationum compitores, seu coascriptores ab Isocrate contra Sophistas pag. m. 450. B.

Sed in textum recipere, reclamantibus omnibus Codd. Mfl. non audeo: praesertim, quia Nepos hoc verbum in simili significatione adhibuit, ut in Hannibale cap. 13. *Namque aliquot ejus libri sunt Graeco sermone confecti*. & in Attico cap. 18. *Est etiam unus liber Graece confactus de consulatu Ciceronis*.

<sup>2</sup> *Senex historias scribere Institutuit.*] Indicat Nosfer, Catonem non solum consilium cepisse Historias scribendi, sed jam scribere coepisse, idque patet ex septem, quos confecit, libris: saepius vero verbum *instituere* non solum captum consilium notat, pro quo alias constituere adhibetur, ut docet Cl. Graevius ad Ciceron. lib. 9. ad Fam. Ep. 23. sed etiam opus inceptum significat, ut ex locis a summo Gronovio ad Livium 28, 46. adductis discere licet: quibus adde, quae Cel. Burmannus adduxit ad Quintilianum lib. 1. Institut. Orator. cap. 5. Hac monui, ne Lector ab Indicis auctore se decipi pateretur, qui *instituit* per *consilium* cepit explicitus, neque hic legeret *institutus*, ut in Hannibale cap. 2. 4. male *instituerat* praefertur *τις institueras*. Vide & infra ad cap. 11. n. 2.

<sup>3</sup> *Res gestas regum P. R.*] Deest apud Pighium vox *Regum*. Et certe

gines videtur appellasse. In quarto autem <sup>s</sup> bellum Poenicum primum: in quinto secundum. Atque <sup>4</sup> haec omnia capitulatim sunt dicta. Reliquaque bella pari modo <sup>1</sup> persecutus est, <sup>2</sup> usque ad praeturam Ser. Galbae, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit, quae in Italia, Hispanisque viderentur admiranda. <sup>3</sup> In quibus multa industria & diligentia comparet, multa doctrina. <sup>4</sup> Hu-

jus

te vix credibile est, omissas a Catone res gestas popu*i* R. usque ad bellum Punicum. *Bosius.*

<sup>4</sup> *Omnes origines vid. appellasse.* Non satis apte, judicio Foffi in *originan.* vide de iis *Vossium de hist. Gr. 1, 5.* Ed. Col. videretur. Pighi videntur. *Bosius.*

<sup>5</sup> *Bell. Poenicum pr.]* Sic rescripsi auctoritate codd. Gif. & Dan. pro *Punicum.* vide ad 23, 1, 1. Apud Pighium editum, *in quarto autem est bellum P. pr. Bosius.* Sic exhibent & Vossiani A. & C.

<sup>1</sup> *Persecutus]* Pigh. *prosecutus.* Statim Ms. Boecl. & ed. Col. *deripuit.* &c., *in iisdem expos.* Schottus, *in eisd. Mox Pighius, multaque doctrina.* & paullo ante, *duces non nominat.* *Bosius.* Omnes mei persecutus. Sed mox pro *persecuti* Leid. m. & Voss. B. *prosecuti,* quae verba saepius permutantur. Sed tam *persequi* quam *proseguiri* dicuntur scriptores ea, quae enarrant & ordine recensent. Consule Tennul. & Oudendorp. ad Frontin. strateg. praef. n. 16. Voss. B. etiam *deripuit.* quae verba centies permutantur. Consule Cl. Oudendorp. ad Lucan. 1, 240. Hic vero *diripuit* legendum. Sic *tubis direptio* Floro lib. 1. cap. 12. item *centies* aliis, Pro *in eisdem* Leid.

*m. hisdem promulta Voss. A.C. nulla.*

<sup>2</sup> *Usque ad praeturam Ser. Galbae]* A. U. 600, quando avaritia aliaque *vitia paullatim gliscere Romae cooperunt.* Obsistebant iis cum aliis civitatis principes, tum Cato noster, Scipio Nasica, & Aemilius Lepidus. Et Cato quidem oratione severa admodum Ser. Sulpicium Galbam, qui, ut heic, dicitur, Lusitanos diripuerat, accusavit. Catoni respondet Q. Fulvius Nobilior, & Galbam defendit. Plura vide in Liv. Epit. lib. 49. ubi corrupte pro Servio legitur *Sergio. Ernstius.*

<sup>3</sup> *In quibus multa industria &c.]* Magius putabat probabilius sic legi: *In quib. multa industria & diligentia, comparat multam doctrinam, invito Nepote. Bosius.*

<sup>4</sup> *Hujus de vita & moribus]* Cato hic senior, qui a Cicerone finitur de senectute disputasse eo libro, qui inscribitur *Cato major vulgo Censarius,* quia promptioris ad vituperandum linguae fuit, dici solet, A. U. 604. postquam bellum Cartaginensibus indictum, & geri coeptum est, ad quod inexplicabili odio adversus Cartaginenses inflammatus, Romanos incitavit, & Masanissa rex Numidiae mortuis scribuntur: quorum uterque in sum-

jus de vita & moribus plura in eo<sup>1</sup> libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu Titi Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen<sup>2</sup> delegamus.

summa senectute magnas corporis animique vires & vigorem mentis obtinuit. De Carone & Plutarchus &c. Ciceronis liber ejus nomini inscriptus praeter alios videatur. Plinius luculento eum encomio quoque ornat lib. 14. cap. 4. De Massissa Epit. Livii lib. 50. Sed multo splendidiora de eo sunt Valerii Maximi verba lib. 8. cap. 13. in extern. & Plinii de utroque lib. 7. cap. 14. & 48. Quae brevitatis studio, uti &c. multa alia ad Adnotaciones has omnino referenda, praetermitto, ne in crimen id incidam, de quo Lambinus arguitur a Doctissimis suis adversariis Mureto & Gifanio. Vide hujus literas libro Epistolarum Mureti 1. Ep. 74. & 76. & Illius Ep. 67. Ernstius.

<sup>1</sup> Libro quem separatim de eo fecimus] Cujus fragmentum elegans vide ex Gellio 11. 8. in fragmentis. [c. 4.] Savaro. Hic autem temporis injuria non exstat: ejus vero jacturam Plutarchi scriptis solari pos-

sumus, quibus Catonis vitam late memoriae prodidit. Magius.

<sup>2</sup> Delegamus] Sic Ms. & vulgati omnes recte. Seneca de benefic. 4. 11. *Debitores nobis Deos delegat, precaturque, ut illi pro se gratiam referant.* facit ad conjecturam Lambini [qui corrigit relegamus. quod etiam Schottus in textum admisit] Plinius 7. 1. *potiusque ad auctores relegabo.* Savaro. Receptam lectionem tueretur & Bucknerus in accession. ad Thesaur. Fabri. Quae vir doctus in addit. ad Indicem Nepotis pro Lambiniana lectione adducit, tanti non sunt, ut idcirco a recepta omnium librorum lectione discedendum censeamus. Diversa sunt, fateor, delegare debitorem creditoris. & delegare aliquem ad volumen: sed solummodo structura sermonis, non significacione. nam utrobique delegare idem est ac remittere. Bosius. Pro rogatu Leid. m. rogati. Omnes relegamus praeter Voss. A.

XXV.

<sup>1</sup>VITA T. POMPONII  
ATTICI,  
<sup>2</sup>EX CORNELIO NEPOTE.

C A P. I.

<sup>3</sup>T. POMPONIUS <sup>4</sup> ATTICUS, <sup>5</sup> ab origi-  
ne

LECTORI BENEVOLO S.

Attici vita in libris editis, quos ego vidi, omnibus sequitur, & mea quidem opinione, recte: cum nullum sit dubium, C. Nepotem eius verum esse auctorem. Quam cum peculiari libello comprehensam olim ediderim, brevibusque notis illustraverim, heic, non repetam. Id enim supervacaneum est. Sed Annotations meas nunc emendas & auctas ad contextum Boecelianae editionis, quam omnium exitimo esse optimam, accommodabo, & ad Mss. aliquot libros examinabo. Cetera tamen quae in libro meo ultimae editionis fuerunt, retinebo & in ipsis annotationibus, uti in superiorum imperatorum vita feci, scriptores cujusque historiae, illustriores praesertim ad pleraque loca, quoad licebit, & opus erit, indicabo; ut facultas sit historiarum studiosis plenius omnia ex ipsis fontibus, cum volent, hauriendi, eruſſus.

<sup>1</sup>Vita T. Pomp. Attici,] Vitam Pomponii Attici a Plutarcho etiam

scriptam, vel potius ex hoc Nepotis libello conversam, videri vult Darius Tibertius, qui cum *Epitoma Vitarum Plutarchi* & hanc edidit, non prorsus Nepotis verbis; at sensu prorsus gemino & ordine. *Heidmannus.*

<sup>2</sup>Ex Corn. Nepote] In antiquissimo codice manuscripto, anno cō cccc. L. qui fuit olim *Franciscā Mendozā*, Cardin. Burgenis, viri Graecis literis, & omni disciplinarum genere praestantissimi, qui & *Aemiliū Probum*, seu potius *Cornelium Nepotem*, de *Excellentibus ducibus exterarum gentium*, continebat; hanc inscriptionem repperit *Historiarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici*. Hanc excipiebat vitae Caronis fragmentum. Non dissimilis autem ēπιγρ̄φη, quam in Oberti Gifanii lib. repperit *Paulus Mānūtius*: *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis h̄istoricis*. Schottus. Atque haec posterior inscriptio placebat & summo viro, *Aug. Bucknero*, quod inter Attici opera, de quibus cap. 25 & 26. videatur historiarum & antiquitatis cura praeeminuisse, coque

ne ultima <sup>6</sup> stirpis Romanae generatus, perpetuo a majoribus acceptam <sup>7</sup> equestrem obtinuit dignitatem.

¶ Pa-

que non incommode hic libellus ad illam partem Corneliani operis, in qua de historicis legit, referri posse. Vide integrum illius locum inter testimonia in fronte operis hujus congesta. Possit tamen & legere, *de historiis Latinis*. Nec proorsus inepte ad praegressam Catonis vitam reculeris. vide quae diximus ad 24, 1, 1. *Bosius*, in Codice Vossiano B. Attici vita deest. Sed in Vossiano C. ordine est prima.

3. *T. Pompon. Atticus*] Mſ. Cod. quem una cum alio utendum mihi dedit Serenissimus & Humanissimus Etruriae Dux Ferdinandus III. & in refertissima ejus Bibliotheca Florentiae reservantur, legit. *Titus Pomponius Atticus*. Manutius putat, cum inde cognomen Attici adeptum esse; *quia sic Graece loquebatur* (verba sunt Nepotis nostri) *ut Athenis natus videbetur*. Id quod verisimile omnino est, priusquam enim Athenas profectus est, cognomen hoc non habuit. Verum hujus rei amplissimum habemus testimoniū M. Tullium, qui Atticum, initio libelli de Senectute, ita allocuitur: *Novi moderationem animi tui, & aequitatem; teque non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem, & prudentiam, intelligo*. Ernſtius, Atticus modestiae prudentiae reliquarumque virtutum atque optimi civis exemplum esse queat, etiam eruditissimorum suffragio. Lipsius 6. Polit. 6, 20. *Ipsa modestiae & prudentiae proles Pomponius Atticus*. Jo. Papirius Maſſonius in elogio Pomponii Belleuri, regni

Franciae Cancellarii: *Vitam Attici a Corn. Nepote litteris mandatam qui legerit, optimi civis, virtutumque omnium amanissimi memoriam perpetuo colet*. Loccenius. Eam commen-tatione politica, paucis abhinc annis heic Jenae recusa, illustravit Jo. Jacobus Beuerius: *Exstat & commentarius Ang. Buchneri*; cuius editio cum ab heredibus illius exspectetur, nos non nisi paucissima ex iis quae in manus nostras per-venerunt, (neque enim integrum vidimus) huc transferemus. *Titi praenomen reposuimus auctoritate Mſ. Gifan. & Medicaei*. Idque ei Noſter & extrema *Catvris vita tribuit*. Varro de re rustica 2, 2. *Atticus, qui tunc T. Pomponius, nunc Q. Caecilius, cognomine eodem. Boſius*.

4. *Atticus*] Hoc cognomen sortitus fuit, quod diu vixit Athenis, & Graece peritus fuit. *Attici cuiusdam*, qui & ipſe Graecarum litterarum doctissimus, *Martialis meminit lib. 7. epigr. 31. Buchnerus*. Ait Martialis cum facundiae nomina gentis renovare. Quod interpres ita accipiunt, ac si velit, eum doctissimi ac disertissimi viri T. Pomponii mores & doctrinam exprimere. Raderus etiam stirpe nostra natum, idque Poëtam ostendere censet. Fors tamen haud male facundam gentem de Atheniensibus, eloquentiae studio claris, interpres. Plures alios, hoc cognomine usos habes apud *Senecam suaſor 2. Suetonium Nervone, Columellan. Pliniūm in epistolis, Dionem Cassium ad ann. U. 821. Galenūm 8. de composit. medic.*

¶ Patre usus est diligente, indulgente, & ut tum erant tempora, diti, in primisque studioso litterarum.

Hic

*medic. f. l. cap. 5. Philostratum in Sophistis; Eusebium 14. praepar. Euang. Suidam: Symmachum 7. epistolaram: Ausonium in Professorib. Burdigalens. Lege 7. C. de adopt. & l. 2. C. de divers. prud. urb. &c passim in lapidibus antiquis: quos accurate digesti in Onomastico nondum edito Tho. Reinesius o. adiv. Memorat & Tacitus Quintum Atticum hist. 3, 73. & seqq. Curtium Atticum 4, 58. & 6, 10. Julianum Atticum b. 1, 35. A. Atticum, Agr. 37. Bofius.*

5 *Ab origine ultima]* Pro, prima. Extremorum enim quea, duo a principio ordine, ultima sunt, si retro commees, prima sunt. Ennius lib. 5. Ann. Pyrrhus, uti memorant, binomes, a stirpe supremo. Mascul. genere, pro, suprema: hoc est, prima. & Virg. Aen. 7.

— *Rex ipse, Jovis a gente supra-*

*Ultimum hic primum significat: quod incredibile videretur, nisi ita veteres saepe usurpassent, teste Nono, & Virgiliius 7. Aen.*

— *Tu sanguinis ultimus auctor.* Sic & Cicero 3. de finibus, & 1. offic. quem locum libentius adscribam, quod in vulgatis quibusdam aliter legatur: efficiaturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus. nam libri quidam edunt: quod Pythagoras vult in amicitia, ut, &c. Livius in hanc sere sententiam lib. 1, 47. *Ibi Tarquinius maledicta ab ultima stirpe orsus.* Schottus. Hoc est, Prima, & in ipsa Urbe antiquissima. Ita etiam Catullus: *Ultima*

*ex origine Tuo stetisse dicit in cacumine.* Ad quem locum videbis Muretum. Liv. lib. 1. *Ibi Tarquinius maledicta ab stirpe ultima orsus.* Apud Isidorum lib. viii. orig. cap. iv. ejusmodi homines, qui genus suum ad vetustissimum quandam auctorem referunt, vocantur, *Genitae* (ita enim legendum esse, pro *Genitae* docet Scaliger Elench. trihaerel. cap. 111.) id est γενίται. Qui Atheniensibus erant γενίται, & Hebreis ΙΑΝΟΙ. Qui per longam seriem maiores suos numerare poslunt. Ernstius. Addit Ind. Bofius. Eadem ferre, quae hic Schottus, etiam notavit Langius ad Cic. 1. de Off. cap. 17. Vide & Vorstium ad Justinum lib. 2. cap. 1. n. 20. Alibi vero *ultima* stirpis fortis homo dicitur de vilissimo & contemptissimo. Consule Cl. Dukerum ad Florum lib. 2. cap. 14. n. 2.

6 *Stirpis Romanae generatus]* Certant in eluendo hoc loco Docti: quorum Princeps Manutius corrigebat, e stirpe Romana generatus. Lambinus vero τὸ generatus expungendum, reponendumque censet generosus. Bofius divisim legit, generatus. Casp. Barthius Adver. 42, 29. legit ab origine ultima stirpis R. generatus, illudque R. putat significare Regiae. Verum hos omnes interpunctione deceptos esse affirmat Schottus, caue omissa vulgatam tuerat lectionem: q. d. Ne- pos, genitus seu oriundus a prima nobilitate Romana. Haec Schottus, qui tamen non persuasit Cl. Rutgers, ut opinioni ejus accederet, quin mallet ab origine ultima stirpis Romane

Hic prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas impertiri debet, filium eruditivit. Erat autem in puerō, praeter docilitatem ingenii, summa suavitas oris ac vocis, ut non solum celeriter acciperet, quae tradebantur, sed etiam excellenter

*Romae generatus; vel Romano genere natus, ut referat ad Numam variar.* Lect. 2, 8. Sallustius l. 1. Hist. Cato Romani generis *dilectissimus multa pars absolvit.* Nuperi editores conjecturam *Bosii* non tam facile in codices a se propagatos admisisse debebant. Gebhardus. Alii: *Stirpis Romaniae genere natus.* Per placet i. Rutgersii lectio: *Ab origine ultima Stirpis Romano genere natus.* Var. lect. lib. 11. cap. VIII. Sic quoque apud Sallustium Catilin. legimus: *Lucius Catilina nobili genere natus.* Et apud Plaut. Poen. 5, 4, 70. *Sunmo genere natus.* Item Mostell. 5, 2, 20. *Nisi quod faciunt summis nati generibus.* Adi C. Barth. Advers. lib. 42. c. 29. *Ernſtius.* Credebat autem gens Pomponia originemducere a Pompeio Numa regis filio, ut e Plutarcho extremo Numa observatum Guid. Pancirolo var. lectio 2, 158. Non tamen magnam Attici nobilitatem fuisse, colligas ex illo Taciti annal. 2, 37, 9. *Druſo proavus eques Rom. Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur.* Bosius. Pro Romanae Leid. Romano.

7 *Equestrem obtin. dignitatem]* Equestrem ordinem suum vocat lib. 7. epif. 1. apud Ciceronem. Hoc honore contentus, senatorium non affectavit. Vide infra, Schottus. Non quidem quod equestris ordo in primordiis ac fundamentis suis dignitatem attulerit; verum quod

primi equites ex clarissimis familiis a Romulo primo suo conditore selecti fuerint. De duobus equitatibus Romanorum generibus, quaeque eorum fuerit distinctio, antiquitatem Romanarum scriptores audeundi sunt. Joseph. Antiquit. Judaic. lib. 19. cap. 1. scribit, equites illo tempore, de quo refert, dignitate & opibus Senatoribus fuisse proximos, utpote ex quorum ordine senatorum habeatur delectus *Ernſtius.*

8 *Patre usus est diligente, indulgente]* Vocabulum *indulgente* semper mihi fuit suspectum. Quam meam suspicionem non parum auget Ms. Cod. Medicaceus, in quo dicitur. Et totus locus hic ita existat. *Patre usus diligente, & ut tum erant tempora, diti.* *Ernſtius.* Injuria posterius vocabulum suspectum habebat *Ernſtius.* In Medicaco autem codice, haud dubio ob similitudinem praecedentis omissionem est. Mox q. edd. *impartiri,* & versu proximo, *oris atque vocis,* *Bosius.* *Impartiri* etiam Voss. A. & Leid. m.

9 *Ut tum erant tempora]* De hac phrasι consule Cortium ad Sallust. Catil. cap. 59. n. 2. citantem Et tum, ut erant tempora diti.

10 *Celeriter acciperet quae tradebantur]* Ms. Schotti aberat *celeriter.* Itaque cum Manutio malebat arripere reponi, quod in textum recepit Lambinus, & post eum plerique ceteri, quomodo Noster supra

ter pronuntiarer. Qua ex re<sup>1</sup> in pueritia nobilis inter aequales ferebatur, clarusque exsplendescebat,<sup>2</sup> quam generosi condiscipuli<sup>3</sup> animo aequo ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo: quo in<sup>4</sup> nu-

24. 3. 2. Cicero Cat. maj. aliique colloqui sunt. Sed recte Gebhardus nil mutandum existimat, firma batque receptionem lectionem illo Ciceronis codem Cat. maj. *Puer res eas tuum primum accipere videntur.* Non admodum dissimile est illud 23. 2. 4. *Id cum libenter accepissim.* Bosius. Leid. m. & Voss. A. C. acciperet Nob N. Hænslas ad Ovid. 8. M. 243. & Th. Johnst. ad Sophoclis Ajacem vñ. 2. videntur prætulisse arriperet, dicentes arripere h. l. poni pro celeriter intelligere, quomodo Ovidio ingenium rapax & Sophocl. ap̄rator̄ pro p̄dēis di seere. Nihilominus tamen codicum meorum scripturam hic præfero. P. Mela in Prooemii fine: *Id quo facilius scribi possit atque accipi. i. e. intelligi: ubi recte Il. Vosius contra Pintianum & Schottum Auctorem suum defendit. Nam eodem modo Liviis parentes & conditores urbium. Florus matrem ac parentem (vide Duk. ad Flor. 3. 18. 5.) & accipere & cognoscere conjunxit Cicero. Plura hujus, ut videtur, tautologiae exempla collegit Tib. Wopkens lib. 2. Lect. Tull. cap. 4. p. 141, 142. & 143. ubi hunc Melae locum ad partes vocavit. Accipere vero proprie dici de iis, quae nobis a magistro traduntur, notum est.*

*1 In pueritia nobilis.]* Olim in editis nonnullis libris erat: *Qua ex re a pueritia.* Pro quo in ML Cod. Mediceao est: *Qua ex re pueritia no-*

*bilis vitæ.* Sed credam, *vitas corrupte ibidem esse scriptum pro m̄ter,* quod in utroque Ms. lib. Mediceao deest. Flexibilem hunc locum interpretes hue & illucto rquent. Liceat mihi tentare, num ne coimmodius legi possit: *qua ex re puer ita nobilis inter aequales ferebatur, clarusque exsplendescebat, quam ut generosi &c.* Sic locus erit planus & perspicuus Ernstius. Sic Ms. Gif fan. & Schotti, probante Manutio. Nam vulgo deest præpositio, etiam in Ms. Mediceo. Fulv. Ursinus & ML legebat, *Qua ex re nobilis.* Alius coniiciebat, *Qua ex re puer ita nobilis:* Ernstius, *puer ita nobilis.* Mihi Gifaniana optima videtur. Bosius. Leid. m. *qua re.* &c pro aequales, aequalis.

*2 Quam generosi c.]* Voss. C. *quā generosi c.* Generosi dicuntur, qui ex optimo genere descendunt, unde *generis pecus dixit Virgilus 3. Georg. vñ. 75.* Ubi Servium confitit, hinc generosi uti h. l. feruntur ii, qui genere tuo & orru digni sunt. Vide Schefferum ad Paedr. lib. 1. fab. 29. vñ. 10.

*3 Animo aequo.]* In aliis libris est *animo aequo ferre.* Quod a genio Nepotis alienum non est. Ernstius. Ap̄age illud *aequus*, quod in quibusd. edd. haberur, omnino alienum a genio Nepotis, quicquid viro docto videatur. Bosius.

*1 L. Torquatus]* Hic L. Manlius Torquatus appellatur, quia Manilia gentis. Consul fuit cum L. Aurelio Rr

numero fuerunt <sup>1</sup> L. Torquatus, <sup>2</sup> C. Marius filius, M. Cicero: quos <sup>3</sup> consuetudine sua sic sibi devinxit, <sup>4</sup> ut nemo iis perpetuo fuerit carior.

## C A P. II.

**I**Pater <sup>5</sup> mature decessit. ipse adolescentulus propter

Cotta, biennio ante consulatum Ciceronis, anno ab urbe condita **I**oclxxxvii. Ciceronis vero **xlii**. Familia ejus unde cognomen *Torquati* invenerit, docebit te A. Gellius lib. ix. *Noet.* Attic. cap. xiii. Ernst.

**2** C. Marius F.] Ceteri libri editi & M<sup>r</sup> legunt C. Marius filius. Est antiquus modus loquendi. Manutio cur magis placeat legere: *Caius Marii filius* non video. Meminuit ejus praeter alios scriptores S. A. Victor de Vir. Ill. ubi etiam vocatur *Cajus Marius filius*. cap. 68. Ernstius. Sic pariter M<sup>r</sup> meliores, agnoscitur antiquum loquendi modum Schottus. Ipse tamen legit, C. Marius *Caii F.* nulla necessitate. Vulgo erat, C. Marii, vel C. Mari. quod non dubito ab ignoratione antiquitatis prosectorum. Mox vocabulum sibi aberat M<sup>r</sup> Gif. credo absorpum a praecedente sic. Boſius. Leid. m. C. S. lus. Voss. A. C. Marii filius. Voss. C. G. Marius C. filius R.

**3** *Consuetudine*] Hoc est familiaritate ac morum similitudine, qui modus loquendi Ciceroni familiariſſimus; qui Attico praeclarum dat humanitatis testimonium, quando ita de eo scribit, *T. Pomponius homo omnium meorum in te studiorum & officiorum, maxime conscientis, tui cupidus, nostri amantissimus.* lib. 5. Ep. 5. ad Fam. Ernstius.

**4** Ut nemo iis perpetuo fuerit ea-

rior] Sic quoque Sallustius de Jurgurtha scribit: *Cum omnibus gloria anteiret, omnibus tamen carus erat.* Ernstius. Vide infra ad c. 5. 3. Boſius. Voss. A. C. perpetua.

**5** *Mature decessit*] Pro cito & ante tempus. legitur etiam apud Ciceronem & Terentium. Sed hec est ellipsis, ut subaudiatur de vita. Ita etiam Cic. ad Attic. lib. 1. Ep. 5. ut Manutius numerat. *Pater nobis decessit.* Ernst. De voce *matura* consule Nob. Heinſium ad Ovid. Ep. 2. Heroid. v. 143. & quae diximus ad cap. ult. Cimonis. Alias vero *mors matura* est, opportuna. vide Freins ad Flor. 3. 17. 9.

**6** *Tribunus pl. interf est*] Vellejus 2. 18. 5. 2. 19. 1. rei fontem recludit: *P. Sulpitus, tribunus pl. difteris, &c.* Loccenius. Non frustra addit, qui *Tribunus p. e. b.* Quo causam occidionis ejus indicat. Nam cum C. Mario patri, iam seni, & corpore parum valido bellum Italicum, quod vocabatur, committi vellet Sulpicius tribunus Plebis: alii autem ad Sullam id, vegetum aerare ac viribus anni illius consulem (erat Urbis **I**oclxv. & Ciceronis **xix**. lib. Corn. Sulla, & Q. Pomp. Rufo Coss.) deferrent, ad vim conversus tribunus Sulpicius, homo violens, & audax, Sullam fore & urbe expellebat, & Q. Pompeji filium, Sullae generum, interficiebat. Itaque Sulla Consul aegre ad exercitum

pter affinitatem P. Sulpicii, qui <sup>6</sup> Tribunus pleb. interfectus est, non expers fuit illius periculi. <sup>7</sup> Namque Anicia Pomponii consobrina <sup>8</sup> nupserat M. Servio, fratri P. Sulpicii. Itaque interfecto P. Sulpicio, <sup>2</sup> post-

exercitum elapsus, cumque contra Marium incitans ad urbem duxit. qua potitus Marium & Sulpicium peilit, & mox proscriptis. Sulpicius a servo proditus peribat. Accedebat huic caussae etiam, quod Sulpicius autore Mario perniciose leges (quas per vim latas Sulla dicebat, uti est Philipp. viii.) promulgaverat. Epit. Liv. lib. 77. Cic. in Catilin. 3. Et lib. 3. De Orat. Ernflus.

<sup>7</sup> Namque *Anicia*] In utroque M<sup>c</sup>. Cod. Medicaco legitur *Antia*. Et paullo post pro *Servio* habent M. *Servio*. Quomodo etiam est in aliis libris. *Ernflus*. Voss. C. *Antea* pro *Anicia*, &c omnes mei M. *Servio*.

<sup>8</sup> Nupserat M. *Servio* fratri *Sulpicii*] Dion. *Lambinus* duobus unius praenominibus offensus, sic commutavit: *Nupserat Servio Sulpicio fratri P. Sulpicii*. Itaque interfecto P. *Sulpicio*, posteaquam &c. Sed non viderat ille, gentem *Sulpiciam* privilegio quadam duobus simul praenominibus usam: ita ut praeter *Servii* praenomen, quod erat omnibus *Sulpiciis* commune, aliud etiam adsciscerent: quod nuper docuit vir Graecae linguae, & Romanae antiquitatis peritus, *Fabius Ursinus*, in eo opere, quod in civium Rom. gratiam elaboravit, *de Familia Romarum*, ex auctoritate veterum nomismatum, & antiquorum scriptorum testimonii. In *Ciceronis enim lib. de Oratore 1. Q. Serv. Galbam*, ubi vulgati codd. idemque

*Serv. Galbam*, edunt: Et in nummis L. SERVIUS RUFUS legitur. Rursus qui a Livio [lib. 3, 31.] P. *Sulpicius*, unus ex tribus legatis, qui Athenas profecti, leges XII. Tabb. ex Solonis translatas condiderunt, unusque ex XV viiris fuit, a Dionysio *Servius Sulpicius* appellatur. Nihil itaque hic murrandum contra libros veteres. *Schottus*. Tuentur hanc omnium scriptorum & ante Lambinum vulgaritorum lectionem praeferat *Ursinus* ac *Schottum*, ac praenomen *Servii*, quod nimis multi eo uterentur, superinducto ei alio, pro genitilio usurpatum denique, contendunt etiam *Savilius* ad 1. hist. Taciti, & *Ruperius* ad *Pomponium de O. F. cap. 3.* qui posterior idem & in praenominibus *Cossi* ac *Paulli* obtinuisse docet. *Lambino* tamen adspicendum, & M. *Servium* ac L. *Servium* *Sulpicios* rem monstri similem, omninoque contra morem Romanum esse, ut vir idem duplex praenomen haberet, censebat vir summas in nos. ad *Livii 9. 36. editione priori*: nam in posteriori hanc disputationem in alium locum conjicit, diffisi, ut videtur, iis, quae olim adversus *Schottum* adduxerat. Mihi indubium est, *Servios* posterioribus Reip. Rom. temporibus, quibusdam pro familiae nomine fuisse. Id enim evincunt, εἰς τὸν πατέρα, apud *Plutarchum in vita Galbae*, ac *Serviorum* familia apud *Tacitum hist. 2. 48.* pro *Sulpicia*.

posteaquam vidit, <sup>1</sup> Cinnano tumultu civitatem esse perturbatam, neque sibi dari <sup>2</sup> facultatem pro dignitate vivendi, quin <sup>3</sup> alterutram partem offenderet,

ex qua ille oriundus. Cumque in nummis vett. cum cognomine *Rufi*, quod Sulpiorum est, legatur *L. Servius*; potius est, ut eos ad Sulpiciam, quam (ut *Schottus in Elegis* fecit) ad nescio quam *Servejam* aut *Serviam* gentem, nusquam praeterea, ut arbitror, commoratae, referamus. Habemus igitur *Servium* Sulpicium cum praenomine alio. quod ad tuendum *M. Servium* nostrum sufficit. Sed & credibile est, Servios fratres fuisse praenominibus aliis distinctos. Verum de eo fortassis amplius dispiciemus in *Libro de numismatis familiarum Rom.* in quem congeremus, Deo dante, quidquid nummorum consularium in notitiam nostram pervenit, sive jam publicati sint, sive adhuc lateant, notisque brevibus illustrabimus. In *M. Leid.* erat, *M. Servilio*, fratri *Sulpicii*. Videri possit, eum adoptio ne in nomen & familiam *Servilium* transisse. Sed novum non est, haec duo nomina a librariis permutari. Ut apud *Appianum* 2. *Civilium*, ubi inter eos, qui in necem Caesaris conspirarunt, editiones nominant *Serpius* Σερπίας. Debebant Σερπίου. Fuit enim nepos Ser. Galbae consularis, ut appareat e *Suetonio Galba cap. 2*. Et apud *Livium extr. 25*, pro *P. Sulpicio Ser. F. Galba*, quomodo nunc eo loco & in *Festis Capitolinis ad annum U. C. 553*. legitur, olim legebatur *P. Sulpicius Servilius Q. F. Galba*. Bosius. Ognes mei Codices fratri *Sulpicii*.

<sup>4</sup> *Cinnano tumultu*] De tumultu

bellico a Cinna excitato, fuse *Velleius* 2. 20, 2 & seqq. *Loccenius*. *Cn. Octavius* cos. armis ex urbe collegam suum *L. Cornelium Cinnam* A. U. 686. & *Ciceronis* 20. expulit. *Cic. Catil.* 3. Cinna tamen anno sequente, praelio sub iphis moenibus commissio, & *Cn. Octavio* victo, in urbem & ipse, & paullo post *Marius*, qui *Cinnae Consuli* sese ininxerat etiam intravit. Caedibus tum & fragitiis nefaris omnia foedata sunt. Nec mitiorem se civibus mox praestitit, vindicta illius crudelitatis *Sulla*: immo vero adversarios saevitis etiam superavit. Uterque tamen & *Cinna* & *Marius* non gratis in cives suos neque sine mercede saevierunt. Siquidem quod alii fecerunt, experti sunt. Vide *Flor. lib. 3. cap. 21*. *Eutrop. 1. 5*. Meminit hujus rei etiam *Cicero lib. 3. de Orat.* & alibi. *Val. Maxim. lib. 9. cap. 2. Ernius*.

<sup>2</sup> *Facultatem*] Hac voce Cic. in partitionibus multum comprehendit, niimirum *wires*, *animum*, *opus*, *tempus*, *locum*. Heic autem pro *commoditate* & *occasione* accipitur. *Ernius*. Pro *civ.* esse pert. *Voss.C. civ.* pert. pro *dari*, *clarum*. pro *quin* *Leid.* m. *cum*.

<sup>3</sup> *Alterutram partem*] Hoc discri men in urbe manens effugere nulla ratione poterat. Duo enim genera hominum Romae erant. Unum eorum, qui vel ipsi Remp. administrabant, vel administranti bus eam, re, opera, atque consilio praefecto erant. arque hi ambitio nibus

dissociatis animis civium, <sup>1</sup> quum alii Syllanis, <sup>2</sup> alii Cinnanis faverent partibus: idoneum tempus ratus studiis <sup>3</sup> obsequendi suis, Athenas se contulit. neque eo secius <sup>4</sup> adolescentem Marium, hostem judicatum,

ju-

nibus inserviebant, sive munera prensabant, & honores capiebant, & in seditionibus civilibus alterutri parti se adjungebant. Alterum eorum, qui Remp. non attingebant, nec sibi attingendam eam putabant, nec magistratus capere, nec seditionibus civilibus, quibus tum in urbe nihil erat miserius se immiscere volebant: sed quiete ac libere degabant, qualis hic noster fuit Atticus, aut qui post gestos honores & imperia Rep. se abdicabant, ut de Lucullo scribit Plutarchus, Utrosque impius Sylla adoriebatur item in eos, qui se sponte dediderant, tum animadversum est. Hoc enim omnium scelerum ipsius erat maximum, quod non solum iis non pepercit, qui contra se olim steterant, quum Remp. tractarent, sed ne iis quidem, qui unquam partem fecuti erant. Flagitosum hunc omnibusque bonis invisum hominem suis coloribus depingit Lepidus gravissima oratione, quam Sallustius posteritati reservavit lib. 3. cap. 25. Ernstius.

<sup>1</sup> Quum alii Syllanis]. De Orthographia hujus vocabuli vide quae notavi ad Val. Probi cap. 18. cui heic addo in duobus Miss. Codd. Medicæis legi, Sillanis. Ernstius.

<sup>2</sup> Alii Cinnanis faverent partibus] Cinn. iv. Cos. A. U. 569. adversus Sullam missus a suis militibus cùdem occisus est. Epit. Liv. 83. sed reliquit sautores Fimbriam ultimæ audacieæ hominem & alios

non paucos. Plut. Silla. De Fimbriae crudelitate vide Flori lib. 3. cap. 21. ubi locum corruptum MG. Cod. ope ita restituo. *Cæst a Fimbria in penitibus domorum suarum trucidantur, Crassi pater & filius in multo alter alterius aspectu maclantur.* Ernstius.

<sup>3</sup> Obsequendi] Id est, serviendi. Ita enim Cic. de Orat. *Etsi in his asperitationibus rerum obsequar studiis nostris.* Ernstius.

<sup>4</sup> Adolescentem] Varro quinque gradus aetatis facit, Adolescentemque in secundo, hoc est, ab anno 15. in 30. usque collocat. Verum Oratores & Historici promiscue nominant adolescentes & juvenes intra annum aetatis 20. 40. ut infra patet, ubi Atticus quadragenarius praeturam gerens & C. Marius Coss. paullo post, & a Vellejo lib. 2. cap. 27. adolescentes vocantur. Ex Dionysii tamen Halic. lib. 4. 20. probare possumus, quod illud aetatis spatium ex instituto Servii extensem fuerit ad annum 65. ultra seniores vocati. In jure civili infans dicitur ad annum usque septimum. lib. 1. §. 2. D. De administrat. tut. sic quoque ab Hippocrate *παιδίον* de primo viræ appetitio dicitur, *παιδίον* autem de secundo. In vet. tamen inscript. apud Gruter. p. 682. infans nominatur novem annorum. Adolescentiae igitur anni prius, quam Varro aliisque voluerunt, in jure incipiunt. Vide Dempsteri Not. ad In-

Rr 3

fir.

<sup>1</sup> juvit opibus suis: <sup>2</sup> cujus fugam pecunia sublevavit.  
<sup>3</sup> At ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret  
 rei familiari, <sup>3</sup> eodem magnam partem fortunarum  
 trajecit suarum. <sup>4</sup> Hic ita vixit, ut universis Athene-  
 niensibus merito esset carissimus. Nam, praeter gratiam,  
 quae jam in adolescentulo magna erat, <sup>5</sup> fac-  
 pius suis opibus inopiam eorum publicam levavit.  
 Quum enim <sup>6</sup> versuram facere publice necesse esset,

ne-

st. pag. 89. &c Schneid. Comm.  
 ad § Minorem Instit. de Adoption.  
 Et ad § De Auctorit. tut. p. 115.  
 n. 11. cum seqq. Ernstius.

<sup>1</sup> *Juvit opibus suis*] V. C. *opibus juvit suis*, & mox, pecuni's sublevavit, numero multitudinis. Schottus. Utrumque eleganter. Medicaeus 2. habebat, *opibus*. Sublevavit, quod sine dubio glossa est. Bosius. Voss. C. *juvit operibus suis Athenas*.

<sup>2</sup> *Cujus fugam pecunia*] Mf. Cod. Medicaeus I. habet *cuius fugam opibus*. &c paullo post: *rei familiaris* se-  
 cundo casu. Ernstius. Voss. A. C. *pecunias*. quod & codicem suum exhibere supra testatur Schottus. Sic ut in Cimone cap. 1. *Qui magas pecunias ex metallis fecerat*. & saepius apud alios. Pro afferret rei f. Voss. C. ferret rei f. Recte Voss. A. C. *quae jam in adolescentulo m. e.* Pro praeter Voss. C. propter.

<sup>3</sup> *Eodem magnam partem fort. traj.*] Bona enim proscriptorum & absen-  
 tium aliorum insolentum vendebantur. exclusique paternis bonis liberi,  
 etiam petendorum honorum jure prohibebantur. Vell. Patrc. lib. 2.  
 cap. 28. Epit. Liv. lib. 89. & alii. Ernstius.

<sup>4</sup> *Hic ita vixit*] Mf. lib. Med.  
 11. sic itaque vixit. Ernstius.

<sup>5</sup> *Saepe suis opibus*] Haud sprevi-  
 verim, quod in Medic. 1. fuit,  
*saepius suis op.* Bosius.

<sup>6</sup> *Versuram facere*] Sic restituit hunc locum Cujacius noster JCTorum nostrae & majorum nostrorum aetatis doctissimus. *Versuram facere* autem, est mutare creditorum, id est a novo creditore pecuniam mutuam sumere, quam antiquiori & modeste flagitanti dissolvias. Lambinus. Sic Mf. Infra c. 9.  
<sup>5</sup> neque post calamitatem versuram facere posset. Quid sit autem *versuram facere*, vide apud Donatum. Savaro. Male vulgari & scriptus, usuram [quomodo & Leid. habuit.] Ex compendiis natum mendum, an ex vocis ignoratione? quam nostri aevi Jurisconsultorum princeps Jacobus Cujacius egregie explicavit in Observat. [lib. 5, 33.] Et Simeon Bosius in 5. lib. ad Atticum epist. 21. Infra: Neque post calamitatem versuram facere potuisse. Ubi in iisdem libris idem error. Vide Festum, vel potius Paullum Diaconum. Hanc legibus Romanis magis, quam *usuram* vetitam auctor Tacitus Ann. 5. [immo 6, 16, 3.] Cicero pro M. Coelio: *Versuram nunquam omnino fecit ullam*. Schottus. Aes alienum alieno aere dispu-  
 gare, quod faciunt, qui muraro cre-

neque ejus conditionem <sup>1</sup> aequam haberent: semper se interposuit, atque ita, ut neque usuram unquam ab iis acceperit, neque longius, quam dictum esset, <sup>2</sup> eos debere passus fit. Quod utrumque erat iis salvare. Nam neque indulgendo <sup>3</sup> inveterascere eorum aes alienum patiebatur, neque <sup>4</sup> multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque libe- <sup>5</sup>  
rali-

creditore satisficiunt ea pecunia  
antiquiori creditori, quam a novo  
mutuati sunt. Videatur Festus,  
Donatus exponit, *versuram facere*,  
*cum quis minore faenore acceptam pe-  
cuniā maiore occupat*. Eo sensu,  
quo Nepos, Cicero ad Atticum.  
*Non modo magno, sed iniquissimo fo-  
nere versuram facere* Aurelius coactus  
est. Ad Eundem Vereor, ne illud,  
quod tecum permutavi *versura mihi  
solvendum sit*. Gchardus. Hoc est.  
ut Donatus explicit *aes alienum  
aere alieno solvere*. Id quod siebat,  
quando a creditoribus debitores ap-  
pellabantur, neque de suo iis satis  
facere poterant, tunc per argenta-  
rios illis solvebant. Nam verba sunt  
doctissimi Bosii *quod argentarius cre-  
ditori debitoris numerabat, id expen-  
sum ferebat ipsi debitori, atque id pro-  
prie erat versuram facere*, quod Paul-  
lus vocat *debitorem vertere*. Vide  
de hoc verbo, si lubet, Observation-  
mear. lib. 1. c. 11. p. 52. & quac-  
notavilis <sup>3</sup> Obs. ad Terent. Phorm.  
A. 5. sc. 2. 15. Ernstius. Adde Ind.  
Gifoniūs in observat. in Lat L. laudat  
e suo codice: *versuram fac. publ.*  
*essit necesse*. Bosius. Voss. A. C. usu-  
ram. Quomodo differant *versura*  
*solvere* & *versuram facere* docebit J.  
Fr. Gronovius de Centesimis &  
Unc. Usuris p. 535, 536. & seqq.  
Quem jam citatum vidi ad Cicero-  
vir doctus Ernstius. Nam multipli-  
cando

nis I. I.

<sup>1</sup> *Aequam hab.*] Hoc, est, aequo foenore. Centesimas enim, quae usurarum omnium gravissimae, poscere foeneratores solebant. Quia de re videlicet Manut. comm. in Epist. Cic. 10. lib. 1. ad Att. Ernstius. Mss. Schotti, & Medic. 2. aequae. Mox unquam aberat iisdem: omisum, ut arbitror, ob praecedens *usuram*. Bosius. Leid. m. <sup>2</sup> que ante Voss. A. C. aequae. Vocem conditionem illustravit Cortius ad Sallust. Histor. Fragment. lib. 3. p. 971.

<sup>2</sup> *Eos debere*] Sic rescripsere Schottus ac Rutgerius. quod in Mss. inveniunt, *aes debere*. nam vulgo eos absit: fortasse non male. Supplevit aliquis *aes*; alius, ut in Medic. 2. legitur, *debitum*. male uterque. Bosius.

<sup>3</sup> *In veterascere*] Id est *extingui* five malum nomen fieri: secundum proverbiale illud apud Columellam lib. 1. cap. 7. *Vel optima nomina non appellando fieri mala*. Verbum hoc valde confirmat antiquam lectio-  
nem Cic. lib. 5. Tusc. quae est, ubi cum *in veterascere* etiam *extingui* conjungitur. Alii legere malunt *inarescere*. Ernstius.

<sup>4</sup> *Multiplicandis usuris*] Frustra heic negligentiae Nepotem arguit  
Rr 4

ralitate. Nam universos<sup>1</sup> frumento donavit, ita ut singulis<sup>2</sup> septem modii tritici darentur: qui modus mensurae, medimus Athenis appellatur.

## CAP.

*candis usuris*, idem est ac *si usuras multiplicarentur*: ut paulo ante *indulgendo*, i. e. si indulgeret. Neutrūnūm enim Atticus fecit. Sic cap. 9. 2. in eo *laedendo*, h. e. si eum laederent. Et supra 1. 3. 2. *se oppresso*. ubi vide notata Cl. Razio. Bosius.

<sup>1</sup> *Frumento donavit*] Largitio ista Attici non in cives, sed hospites facta est; & comparandae benevolentiae, ut commodo agere posset Athenis, non ut favore populi fretus ceteros opprimeret. Ita non ex ambitione, sed a liberalitate erat, que omnino laudanda. quo nomine & Cicero hanc Attici largitionem probat 6. ad Att. ep. 6. Buchnerus.

<sup>2</sup> *Sex modii*] Ita Faernus hunc locum restituist. Alii legunt *septem*. quomodo etiam in Ms. Medic. II. inveni: sed male, idque propterea, quod auctor paullo post ipse dicat, eum modum mensuræ medium Athenis appellari. Jam vero Suidas docet medium esse mensuram aridorum discretorum, modios sex continentem. Error autem hic inde natus, quia in nonnullis libris editis & Ms. pro *modus* corrupte legitur *modius*. quod etiam in Ms. Medic. 11. reperi. Suidas adstipulantur Fanios de *amphora scriheus*, item Budaeus de *Aff.* lib. 5. Et Georg. Agricola lib. 2. De *mensur. Graecor.* Sed Casp. Waserus lib. 2. Antiquar. Mensur. cap. 7. §. 3. ea non de medium Attico, quem vult, praeter sex modios completos capere 13. libras & tri-

entem librae amplius. Sed siculo majori accipit. Ernflus. Sic edd. vett. & Ms. Manutii, Gif. Schotti, Leid. & Medic. 2. Sed quoniam e Cicerone *Verrin.* 3. 45. 46. & 49. *Famio*, *Ausonio*, *Suidā*, aliisque veterum constat, mediumnum continuisse sex modios, idcirco totidem & hec rescripsere cum Geor. *Agricola lib. 2. de mensur. & ponder. Graec.* ac Rom. *Manutius*, *Faenus*, *Ursinus*; eamque lectionem pro vera receperit *Lambinus*, & quotquot post eum Nepotem edidere, ceteri. Verum non idem mediumnum omnium modus, sicut nec mediumnum, fuit. Auctori veteri de mensuris inter auctores finium regunditorum a *Rigaltio*, edito, p. 335. media quinque mediumnum faciunt. *Ibidem* quoque *Orig.* 16. 25. mediumna est mensura modiorum quinque. Quae *Jac. Capellus lib. de mensuris cubicis*, definit. 53. de mediumno & modiis Hebraeorum: *Salmasius epistola 67.* de Paphio sive Cyprio accipit. Errant & Siculi maiores Atticis. De illis haud dubie *Cicero* loquitur. Quos ceteri designant, non aequo in aperto est. At nosfer sine dubio de Atticis loquitur. Quibus plerique quidem recentiorum sex modios dant, etiam *Salmasius*, testem advocans *Africanum*, qui hoc accuratissime perfecutus fit: sed intelligunt Italicos sive Romanos; Nosfer autem fortassis Atticos. At mediumnum Atticum disserre septem modiorum facit, *Varinus Phizorinus* in *commentario Graecas linguae: Ms. digeroy*, p. modios 6. metroy Atticis.

## C A P. III.

**H**ic autem<sup>1</sup> sic se gerebat, ut<sup>2</sup> communis infi-  
mis, par principibus videretur. Quo factum est,  
ut huic omnes honores, quos possent, publice<sup>3</sup> ha-  
berent, + civemque facere studerent.<sup>4</sup> quo beneficio  
ille

*πολὺς μέδιοι ἔτει, προ ταναγκών-  
τα οὐτα γόνικες. Ubi Capillus mo-  
dios de Romanis accipit; addit ta-  
men, id praeceps verum non esse. Wa-  
ferus de mensur. Hebr. 2, 7, 3, scri-  
bit, medimum Atticum praeter se-  
mulus completos capere libras 13. en-  
triente. Atqui modius Rom. pen-  
debat, ut volunt, libras (tritici  
scil.) xx. Non male ergo medimno  
septem modii tribuentur. Sed o-  
mnis istarum mensurarum ratio  
nondum facis expedita est. Quia  
cum ita sint, revocandam censui  
priscam lectionem, praelestum in  
tanto librorum consensu. Possis &  
modum mensuræ de singulis modiis  
accipere, non de septenis, nam a-  
liquando *τρισυμμένοι modios & me-  
dimnos*: et si id hoc ipso loco fretus  
negat Gonsalius ad Petronium p. 148.  
& Salmasius l. c. Diserte Hesychius:  
*μεδίουντος μέρην μεδίαν*. Mediunum,  
pericor opus, non opus cum Guye-  
to addere modio. Et alibi: *Διμήδια-  
νη, μέρην χαράς δύο μεδίας*. Idem  
e Ciceroe conatur elicere Capillus l.  
c. defini 41. Qui & defini 62, vexa-  
tissimum Iosephi locum sine lib. 3.  
Antiquit. sic accipit, ut *μεδίουν* vox  
pro modio sumatur. De quo nos  
plura ad eum locum, adde Ind. v.  
modius. Bosius. Voss. A. etiam se-  
pem. Pro medimus. Lied m. medamus.  
Consule & Celeb. Perizon. ad  
Aelianum lib. 6. V. H. cap. 12.*

<sup>1</sup> Sic se gerebat] Placet scriptura

Med. 2. sic se gerebat. Bosius.

<sup>2</sup> Communis infimis] Id est, blandus & affabilis, comis & obvius infimae conditionis hominibus. Dositheus Magister l. 3. M. ex bibliotheca Cl. Puteani V. C. omnibus communem esse, πάντα νοιών εἶναι. Probus hujus libri exscriptor potius quam auctor, in carmine ad librum de Theodosio Imp. loquens:

*Communis cunctis hominem se re-  
gna teneve*

*Sed meninat, vincit hinc magis ille  
homines.*

Sidonius in Concione l. 7. vide notas.  
Savar. Ant. Augustinus emenda-  
vit & legit *comis*. Verum non vi-  
deo quare. Ciceroni enim & aliis  
Augustaei aevi scriptoribus non novum  
est dicere *communis amicus &*  
*communis meus pro familiari*. Ern-  
stius. Adde quae prolike diximus  
ad 1, 8, 4. Bosius. Adisis J. Arnt-  
zenium ad S. A. Victorem Epitom.  
cap. 48. n. 9. & Drakenburgium  
ad Livium lib. 4. cap. 10.

<sup>3</sup> Haberent] Quid. libri, Schotta  
teste, mandarent. Bosius.

<sup>4</sup> Civemque facere studerent] Qui  
singularis honor fuit, & solum iis,  
qui de rep. praeclare meriti es-  
sent, exhibitus. vide Meursium For-  
tun. Att. c. 5. Bosius.

<sup>5</sup> Quo beneficio] Civem tamen  
Atticum Cicero vocat, respiciens  
credo ad cognomen, non ad jus  
civitatis, lib. 1. epist. 16. & lib. 2.  
epist.

ille uti noluit. Quod nonnulli ita interpretantur,  
2<sup>o</sup> amitti civitatem Romanam alia adscita. Quamdui  
adfuit,

epist. 1. In eis orationibus, quae Philippicae nominantur, evituerat civis ille tuus Demosthenes. Schottus. Recusarunt hoc beneficium & Zeno ac Cleanthes, ne patriae suae injuriā facere viderentur. Auctor Plutarchus de Stoicorum repugnantibus p. 1034. a. Bosius. Male in Edit. Oxon. legitur. *Eo ben.*

1 Amitti civitatem Romanam] Neque enim jure Quiritium idem duarum civitatum civis esse poterat. Cicero pro Caecina, & pro Corn. Balbo: Duarum civitatum civis esse nostro iure civili nemo potest: non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit, potest. Vide Ant. Goveanum I. C. Varior. lett. Juris Civilis cap. 6. Schottus. Duorum tamen municipiorum uni capitil subiectorum posse aliquem civem esse volunt: item honorarium, conferderatum & incolam: de quibus praeter Ciceronem in orat. pro. Cae. & Balbo, Scipio Gentilis in Apuleji apolog. n. 709. Arnise de Rep. 1, §. 7. & alii. Loccenius. Nempe jus civitatis Romanae. Nam civitatem non tantum pro loco & oppido & multitudine hominum dici, sed etiam pro iure civium Verrini Flaccus docet apud A. Gell. 18. N. A. c. 7. Recte autem existimat T. Pomponius, amitti civitatem alteram, altera adscita. Et quidem secundum ea quae M. Tullius Orat. pro C. Corn. Balbo protulit. Cujus verba video esse citata post Schottum a Dn. Boeclero. De Jure Justinianae & veterum Jutorum Labconis, Pauli, & Ulpiani sententia vide lib. 5. & lib. 6. §. 2.

D. Ad municipalem & de incol. qui distinxisse videntur inter civitatem & dominicitum. Ernstius. Sub Imperatoribus etiam Romano civi licet bat alterius civitatem adsciscere. vide Salmas. observ. ad ius Att. & Rom. c. 26. Bosius. Adde & J. Arntzenium de Civitate Pauli cap. 2. §. 4. & 5.

2 Restitit.] Mc. Cod. Medic. 1. legit respuit. Quod duri sensus verbum est, & ab humanitate Attici alienum. Ernstius. Ponere statuan propriam esse locutionem docent Interpretes ad Phaedrum lib. 2. in Epilogo vs. 1.

3 Absens proh. n. potuit] De ingenti humanitate Atheniensium erga hospites & peregrinos, deque aera Misericordiae eorum vide Theophilii Graeci Jcti πατέρων in §. Αλεξανδρείας 3 Institut. De jure nat. gent. & civ. & illos scriptores, quos ibidem citavit Cl. Fabrotus, amicus noster singularis. Ernstius.

4 Ipsi & Phidiae] Ita Libri. Alii, Pilae. Sane non fuit uxor Attici, Pil'a, honore supervacuo & immerito oneranda. Nam ad Phidiam (sive aliud, sed viri nomen fuit) referenda puto cum Mantuio, que sequuntur: *Hunc enim in omni procurat. Lipsium* adi de hujus loci lectione disputantem lib. 1. Eleitor. cap. 14. cui tamen, dum ipsi & filii reponit, non sine causa disserit assentiri Schottus, & Rutgersius s. var. c. 1. qui pro ipsi & Phidiae, legit, pnyce & poecile, locis sanctiss. explicatque, qualis locus πνύζ fuerit. quo remitto lectorem. Boeclerus. Uxorem Atticus pridie Id Febr. duxerat.

adfuīt, ne qua sibi statua poneretur, <sup>2</sup> restitit: <sup>3</sup> absens prohibere non potuit. Itaque aliquot <sup>4</sup> ipsi, & Phil.

rat, aliquanto post, [tredecim annis, si Rutgerſio credimus] quam Romanam remigravit. Ergo non reētē Piliae legatur. Legendus Cicero epist. 3. lib. 2. ad Q. Fratrem: meminitque lib. 4. ad Atticū epist. 4. & lib. 14. epist. 15. & lib. 16. epist. 7. tentari morbo, quem *παγώνιον* appellant. In antiquo nostro Phidiae scriptum erat, probatque Manutius, ut & in Fulvii lib. qui tamen filiae legebant. Quidam Philiæ; id est, amicitiae; quod amicitiae cultor esset constantissimus: Quam ego Deam non agnosco, quamvis *Jovis* Philiū mentio. Schottus. Ursinus & Schoppius 3. verisimil. 8. filiae emendant; num reētē, illi viderint adolescentulus enim Athenas se contulit, hicque complures annos moratus est, filiam autem Agrippae nuptum dedit: infra [c. 19. 4.] Savaro. In hac voce, ejusque interpretatione viri docti valde desudant. Bosius enim Schottus, Beurerus, & alii, quos J. Meursius lib. 3. Asten. Attic. cap. 2. coecos duces sequitur, volunt Pilian Attici conjugem esse. Cujus Cic. lib. 4. ad Attic. Ep. 4. lib. 14. Ep. 20. fine & lib. 16. Ep. 6. Extrema parte, nuptiarum autem ejus lib. 2. ad Q. Frat. Ep. 3. meminit. Favet his Barthius lib. 39. Adv. c. 12. Ubi pro Phidias, qua auctoritate nescio, scriptis ipsi & uxori. Qui tamen lib. 43. c. 2. melius sentit. Ursinus autem & Schoppius lib. 3. Verisimil. c. 8. emendant filiae pro Fidias. Rutgerius ab iis abit & legit *Pnycae* & *Pocile* lib. 2. Var. Lect. c. 8. p. 448. Lepidius autem

lib. 1. Elec. c. 14. ipsi & fidei. Ceterum cum Ms. libri omnes, quos ego vidi, unum si excipio vetustissimum meum, & editum, multi constanter legant Phidiae, recte fecit Barthius, quod antiquam lectionem propugnaverit: cum Phidiam confit caefis tyrannis magnum decus Athenis suo nomini peperisse. Pro ipsi & Phidiae tamen scribi mavult ipse ut Phidiae. Miror sane, scribarum ignorantiam tantis viris inponere potuisse. Quid enim facilius, quam ex voce ab hac quarta *hunc* videre, neque Piliae, neque filiae neque *Pnycae* neque *Pocile* nec fidei legendum esse: de nulla enim harum dici potest: *Hunc in omni procuratione Reip. auctorem auctorenque habebat.* Neque Attico tum uxor erat, ut docet probat Manutius Comment. in Epist. 3. lib. 2. ad Q. Frat. Multo minus filia ut Schoppius putavit. In eo tamen cum Manutio non facio, quod legat, habebat. Eam enim emendationem antecedentia haec verba non ferunt *in omni procuratione Reip.* Sed antequam ab hac re discedam, monebo lectorem. in Ms. meo Cod. clare legi *Pilio*, quem M. Coelius Epist. 8. lib. 8. ad Fan. Attici necessarium vocat. De hoc, & an scribi possit: *ipsi in Phidiae locis sanctissimis posuerunt*, Critici judicent. Ego nihil muto. Tantum addo, errare eos, qui Phidiam, cui statua una cum Attico est posita, statuarium illum celebrem esse opinantur, cuius ars a variis scriptoribus laudatur. Is enim, ut Plinius testatur lib. 34. cap. 8. floruit Olympiade 83. circiter 300 Urbis anno

Phidiae, <sup>1</sup> locis sanctissimis posuerunt. Hunc enim <sup>2</sup> in omni procuratione reipub. <sup>3</sup> actorem auctoremque habebant. Igitur primum illud munus fortunae,

quod

anno. Vide ejusdem lib. 35. Hist. Nat. c. 8. De Phidia plura scire qui vult, adeat Pausan. in Eliacis prioribus, aliasque in suis libris. Val. Maxim. lib. 3. c. 7. in Ext. ceterosque Historiarum conditores. Ernstius. *Pilia* placuit etiam *Salmaio* in epistola, quae inter Saravianas habetur, pag. 93; sicuti *pnyx* & *poeile*, *Scriverio* ac *Gebhardo*, qui & in textum recepit. de quibus locis, praeter Rutgersium, videndus Meursius Athen. Att. 2, 9. & 1, 5. de posteriore etiam Attic. lect. 6, 18. sicuti de priore, *Petitus ad Leges Atticas* 3, 2. ac *Petavius ad Themistium* pag. 701. Sed viri nomen clare contextus postulat: *Piliae*, nec tempus, nec mos Atheniensium admittit. Interim recte queritur Rutgersius: *Quis Phidias ille, cui aliquot ab Atheniensibus statuae posita sunt?* nam tyrannicidam heic locum non habere, facile ei largior. Cur enim nunc demum posita, aut, si jam olim, cur heic commemorantur? Verum quis dubitet, tam celebre & auspiciatum nomen frequens Athenis fuisse, etiam Attici aeo? Et quis ille fuerit, Nepos statim exponit. Non tamen plane displacebit, quod Ernstius e suo codice produxit, *Pilio*: praesertim si *Pilia* Lambini ex antiquis libris, ut Rutgersius opinatur, reposita sit. de quo tam mihi non constat. *Bosius*. Quia omnia repetuntur, quae Gebhardtus observavit, ejus notam hic omisi. Leid. m. *Phydiae Voss. A. C. Phidiae.*

<sup>4</sup> *Loci sanctissimi*] Barthius l. c. fuit Syndicus lib. 1. §. 1. D. Quod sic

dicit, nescio, an porticus illae universae plebi Atticae, quotidie perviae sanctissima loca dici possint. Quibus verbis Rutgers emendationem, cuius ante meminimus, refellere conatur: sed Doctiss. viro non venit in mentem: locum sanctum non semper sacrum aut religiosum significare, sed venerabilem, incorruptum, & inviolatum, ut Trebatius loquitur apud Macrob. 3. Saturn 13. Sanctum enim & sanctissimum heic dicitur, quod ab injurya hominum defensum atque munitum est. lib. 8. D. De rer. divis. Sic portae civitatis quotidie perviae non definunt esse sanctae, licet imperite id neget Plut. in Romulo, & in Quaest. Rom. ubi sine dubio jus pontificium ex libris ritualibus cum jure civili confundit. Nam illo jure portae non erant sanctae, quia per eas cadavera efferebantur, non vero hoc, jure videlicet civili. Id quod probant lib. 2. D. Ne quid in loco sacr. & §. Sanctae 10. Institut. Rer. Divis. statuae autem in locis sanctis ponebantur, ut essent in tuto. Ernstius.

<sup>2</sup> *In omni procurat. reip. actorem]* Non dissimulanda est quorundam libb. lectio: *in omni procurat. reip. publicum actorem*. possit repetitum videri ex proxima voce. Boeclerus. Pro hinc enim Voss. C. nunc est.

<sup>3</sup> *Actorem auctoremque]* Recte vocat *actorem*, is enim communimandato caussas & lites universitatis persecutatur. Atheniensibus appellabatur *Iudex*, qui Gajo Jcto

quod in ea potissimum urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, ut eandem & patriam haberet & domum. Hoc specimen prud-

*cujuscunque universi nom. agatur. Sub Auctoremque sub audi secundum; atque sic optime cum praecedenti voce convenit. Auctores autem secundi fidejussores erant ob evictionem dati. Quae vox deinde transflata est ad omne genus procreationis. Adi Ulpian. in lib. 4. D. de Eviāt. Ernſtius. Mf. Schotti inverso ordine audorem actoremque. Atque sic & Bucknerus legi volebat. De modo loquendi vide Ind. v. agere. Mox q. edd. habebat. quod de Attico capiendum esset. sed recte id rejecit Ernstius. Bosius. Vide Torrent. ad Sueron. Caef. cap. 12. Nec mirari debes. si in Mf. Schotti verborum ordinem vides inversum. cum centies haec voces inter se confundi soleant; Vide Cl. J. Arntzenius ad Victorem de Caesarib. cap. 20. n. 3.*

*1 In qua dominium orbis terrarum] Infra: cum se uterque principem, non solum urbis Romae, sed orbis terrarum esse credere. Martialis 11. Epigr. 8.*

*Terrarum dea gentinque Roma, Cui pars est nihil, & nihil secundum. Ad quos respexit Sex. Julius Frontinus lib. 2. de aquaeductib. urbis Romae: Sentit, inquit, hanc curam Imperatoris piissimi Nervae principis sui Regina & domina orbis indus; (lego indiges) Quae terrarum Dea consistit, cui pars est nihil, & nihil secundum. Et magis sentiet salubritas ejusdem aeternae Urbis, &c. Et J. C. Romanum, communem patriam appellant. l. Roma. 33. D. ad legem municip. l. in orbe Romano 17. D. De statu hominum. & l. 1. C. de Eunetis. l. 4. D. De excusat. Tutor. Vide*

*Senebam consolat. ad Albin. cap. 6 S. don. Appollinarem lib. 8. ep. 6. & Claud. Ruilius in Itinerario:*

*Fecisti patriam diversis gentibus u-  
nam.*

*Virgilii 1. Aen. Romanos rerum domino gentemque togatam: quem Augustus saepe usurpabat. Sueton. cap. 40. lib. 2. M. Tullius post redit. in Senatu: Roma axe omnium terrarum. Et in Catilina. Lux orbis terrarum & arx omnium gentium. Philipp. 6. Quis unquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi Romani victoris, dominique omnium gentium patrum dicere auderet? Horat. Oda 4. lib. 44. O tutela praesens Italiae, dominaque Romae. Schottus. Adde Lindenabrogium ad Censcrinum de Die Natali cap. 16 in fine.*

*2 Et dominus] Amplius Mf. & dominum voluit, non necessario. Patria latius pater, quod sit regio in qua quis natus, vel educatus, Cicero de leg. b. Dominus vero angustiori significatione. Hinc illud: unde domo? quo de libro 3. Observatio-  
nem per saturam egimus: ut, Teren-  
tius, patria Afer, domo Carthaginensis. Dism Lambinus sollempne illud-  
suum, repugnantibus libris omnibus,  
servans, legit, ut eandem & patriam  
haberet & dominum: respiciens forte  
versus Martialis. Non probbo.  
Nec enim, quamvis terrarum domi-  
na, non tamen Attici Roma domi-  
na est appellanda Schottus. Subtiliter haec quidem a Lambino ex-  
cogitata lectio, in textrum tamen  
recipi non debuit. In libb. enim:  
ut eandem & patriam hab. & dominum*

dentiae, quod quum in eam civitatem se contulisset, quae antiquitate, humanitate, doctrina praestaret omnes, unus ei ante alios fuerit carissimus.

## C A P . I V .

I<sup>z</sup> **H**uc ex Asia Sulla decedens quum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, capit

*volut.* Haec ultima vox, si retinenda sit, admonet nos de virtutio totius loci, mutilati aut corrupti. Planissima igitur lectio illa fuerit: *ut eandem & patriam haberet & domum.* Potuisse enim Romanam patriam habere extra Romanam natus educatusque: igitur & domum ei contingisse ait. An aptius legerem: *Igit p. i. m. f. q. in e. p. urbe natus, in qua domicil. o. t. e. imperii, eandem & patr. h. & domum.* Quanquam, ut coepi dicere, virtutum gravius subesse credo. Vide omnino Schottum observat. lib. 3, 8. Bocclerus. Non assentior heic Lambino, qui repugnantibus libris omnibus, legit *domnam.* Nihil enim elegansius a Cornelio nostro dici potuit, quam quod illam urbem Atticus haberit *domum*, quae imperii orbis terrarum erat *domus* sive *domicilium*; eandemque & patriam. Nam & *patria* & *domo* erat Romanus, sicut ille *patria Afer, domo Carthaginensis.* Mc. uterque Medic. haberet & *domum voluit.* Ernstius. Expungunt *voluit*, ut ineptum. Ego totum locum ita lego: *in qua domicil. orbis terr. esse imperii, ut eandem & patr. haberet & domum, voluit.* Ordo est, *voluit* (fortuna scilicet, de qua praecedit) esse *domicilium imperii* orbis terr. in &c. Schefferus, *et voluit etiam in utroque Medicaco*

legitur: eoque temere expungendum non est. Legam igitur, jugulata unica voce, *quod in ea urbe natus, in qua d. o. t. e. imperii, ut eandem & patriam haberet & domum, voluit.* Ut hic sit ordo: *Voluit* (*fortuna*) *ut natus in ea urbe, &c.* *eandem non solum patriam haberet, tanquam illic natus: sed etiam domum, tanquam civis Rom.* *quod jus adscita alia civitate amittere noluit.* Sic plana, nisi plane fallor, omnia. Illud est autem intrusum ab aliquo, qui non animadverterat, *et natus sustineri a verbo voluit: eoque aliud substituendum censuit.* Bofius. Leid. m. & Voss. A. C. (qui & *voluit* addunt) *domum exhibent.*

*i Antiqu. humanit. doctrina praestaret]* Cicero Catone majore, quem Attico misit: *Novi moderationem animi & aequitatem: teque non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem, & prudentiam intelligo.* Et in I. ad famili. Pomponius Atticus omni liberali doctrina politissimus. De Athenis Lucret. lib. 6. & Atticus ipse apud Cicер. 1. & 2. de legib. Idem pro Flacco, & I. de Oratore. Διοκλητίων se appellabant. Aristides in Panegyrico: Οὐκέν τέλος γε προστινίν, εἰ δύοτε τινί τινί, εἴδος τοῦτον τάχατον τῆς, εἰ μάτιον γε τοῦ πατέρος τηνί. Proinde ταῖς νομίσεις, Athenienses, hoc

ptus adolescentis & humanitate, & doctrina. <sup>1</sup> Sic enim Graece loquebatur, <sup>2</sup> ut Athenis natus videtur. Tanta autem <sup>3</sup> suavitas erat sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem esse, non adscitum. Idem <sup>4</sup> poëmata pronuntiabat & <sup>5</sup> graece & latine, <sup>6</sup> sic ut supra nihil possit addi. Quibus <sup>2</sup> rebus

*hoc contigit, ut jure nemo ipsis intendere judicium unde vi possit, non magis quam cuiquam ob id quod in possessione matris suae sit.* Schottus. vide Metr. Fortun. Att. cap. 2. & 8. Alii edidere doctrinaque, mox, unus fui. cariss. Sed copula aberat etiam Mf. Schotti; idemque & Gif. insertum habebant ei, Gebhardina editio, & unus fu. cariss. mendose, pro ei unus, ut arbitror. Bosius.

<sup>2</sup> *Huc ex Asia Sulla decedens]* Sulla Mithridate provinciis, Asia, Bithynia, Cappadocia, decedente, cum exercitu victore, multorum precibus sollicitatus in Italiam rediit A. U. 670. Epit. Livii 83. Plut. Sulla. Ernstius. Pro huc Voss. A. hunc pro cum venisset Leid. m. convenisset. Pro humanitate & doctrina Idem & hum & doctr. & ita Voss. A. C.

<sup>1</sup> *Sic enim Graece loquebatur]* Unde Attici cognomentum. Cicero <sup>5</sup>. de finibus, initio. Schottus.

<sup>2</sup> *Ut Athenis natus videretur]* Eodem modo Plinius lib. 4. Ep. 5. de Antonio. Chr. Heidmannus praceptor olim meus de me optime meritus in Notis ad h. l. dicit: *Hinc, opinor, nomen ei Attici haest.* Non falso opinatur: affirmat id enim Cicero initio Catonis maj. siue Libri de senectute. *Tequ,* ait, *non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem, & prudentiam intelligo.* Ernstius. Natus abest ab ed Gothofredi. Et possis subaudire

*logui: Sed incuria librarii potius omissum puto. Bosius.*

<sup>3</sup> *Suavitas erat]* Sic Mf. Schotti. & Gif. Vulgo transponunt. Bosius. Pro autem Leid. m. enim.

<sup>3</sup> *Suavitas serm. Lat.]* Hoc de Catalis praedicat Cicero <sup>1</sup>. de offic. Heidmannus.

<sup>4</sup> *Poëmata pronuntiabat]* Suane an aliorum? Hoc potius cum optimo doctore meo, Aug. Buchner, existimaverim; quod infra cap. 18. <sup>5</sup> diserte indicat solum leviter eum poeticon attigisse. Non igitur ita caluit, ut supra nihil possit addi, quomodo mox subjicit Nostr. Fuisse autem aliam pronunciationem carminum a recitatione orationum, ne quidem dubitari debet. Bosius.

<sup>5</sup> *Graece & Latine]* Scripterat Graece de consulatu Ciceronis Commentarium: qui tamen horridulus, & incompris Ciceroni visus est. lib. 2. epist. 1. & infra c. 18. 6. Schottus. Voss. C. & Graeceque Latine.

<sup>6</sup> *Sic ut supra nihil possit addi]* T. addi omisit Lambinus, sed quia in V. C. repperi, religio fuit & Gaius. Schottus. Pro nihil amplius sine nihil ultra. Elegans locutio & a Terentio in Eun. Act. 3. sc. 1. usurpata. Cicero, sat scio, dixit: *Ut nihil potuisset ultra addi.* Semel tamen si recte numeravi, dixit: *ut nihil possit supra.* Epist. 19. ad Attic. lib. 13. Ernstius. Erat etiam in Mf. Gif. & utroque Medicaceo &

fec

rebus factum est, ut Sulla <sup>1</sup> nusquam [eum] ab se dimitteret, cuperetque secum deducere. <sup>2</sup> cui quum persuadere tentaret, noli, oro te, inquit Pompeius, adversum eos me <sup>3</sup> velle ducere, + cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sulla, adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quae Athenis acceperat, proficisciens jussit <sup>5</sup> deferri. <sup>3</sup> Hic complures annos moratus, quum & rei familiari tantum operaे daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut litteris

sic Cicero ad Atticum: *ut nihil posset ultra cogitari.* Et observatur animo nescio cuius eiusmodi locus: *nihil addi ut hinc posset.* <sup>6</sup> *Eadem* tamen idem Cicero ad Atticum 13, 19. *Ita accurate, ut nihil posset supra.* Et 15, 1. oratio scripta elegantissime sententiis, verbis, *ut nihil posset ultra.* Bosius. Leid. m. & Voss. A. adscribunt *addi*, quod Voss. C. non agnoscit. Terent. Adelph. 2, 4, 11. *Nihil potest supra:* ubi Donatus; *Elli-  
psis per admirationem est:* subaudiendan est enim vel esse vel dici.

<sup>1</sup> *Nusquam eum ab se]* Tò eum non agnoscunt libri: a Manilio est. *Nusquam* autem ex Mfl. Gifan. & Schotti, ex hoc etiam, *ab se*, repouere nam vulgo edebatur, *nunquam a se.* Bosius. Pro *nunquam* Leid. m. *nusquam.* tò eum omittunt Leid. & Voss. C. *Ab se* exhibent omnes mei. Pro *cuperetque secum deducere* Voss. C. *cuperet quia secum deduceret.*

<sup>2</sup> *Cui quum persuad. tentaret]* Edd. vett. & Gorhoſr. ac Grut. *Qui cum, quod nescio cur mutarint.* Sic enim solet Nepos. Codex Ernstii: *cui cum dissuaderet.* A manu sciolii est, opinor: qui haec ad Atticum referebat, *cum ad Sullam deberet.*

Nisi malis, *Qui eum id suaderet, sed magis placet recepta.* Bosius. Pro cui Leid. & Voss. A. C. qui.

<sup>3</sup> *Velle ducere]* Sic & scriptus codex, melius quam *deducere*: quod praecedenti versu positum, rectius ibi quadrat. Schottus.

<sup>4</sup> *Cum quibus ne arma contra te]* Attici per bella civilia quiescentis exemplum in hoc genere sine exemplo, laudat Boeclerus ad *Vellejan* 2, 86, 3. Plura infra ad 6, 1. Locennius. Alter hunc locum distinguit Ernstius, & illa, *cum quibus, ad postrema, Italiam reliqui, referit:* nec videt alias, quo haec respiciant. Atqui nec necesse est, ut aliquo respiciant: sola sensum absolvunt. *Cum quibus ne arma contra te ferrem,* dictum, ut *cum Aegyptiis bellum gerere adversus regem* 1, 3, 1. vide Ind. v. *bellum.* Et quinam illi sunt, *cum quibus* Italiam reliquit? Bosius.

<sup>5</sup> *Deferri]* Suspectum hoc Buchnero erat: sine causa. Dictum, ut *delati honores, potestates, praefecturæ, & delatum accipere.* adi Indicem Bosius.

<sup>6</sup> *Urbana officia]* v. Ind. offic. & not. ad 1, 2, 3. Bosius.

<sup>7</sup> *Ad comititia eorum]* Denuo Ind. adi.

ris aut Atheniensium reipub. tribueret, nihilominus amicis <sup>6</sup> urbana officia praestitit. Nam & <sup>7</sup> ad comitia eorum ventitavit, & si qua res major acta est, non defuit. <sup>1</sup> sicut Ciceroni in omnibus (ejus) periculis singularem fidem praebuit: cui ex patria fugienti <sup>2</sup> LLS. ducenta & quinquaginta millia donavit. Trat-<sup>5</sup> quillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, <sup>3</sup> L. Cotta & L. Torquato Coss. <sup>4</sup> quem diem

adi. *Bosius.* Praepositio *ad* non reperitur in Voss. A. C.

<sup>1</sup> Sicut Ciceroni in omn. ejus periculis] Ad comitia tamen sua Praetoria Cicero eum non vocavit; immo, ne quid rebus ejus incommodearet, venire prohibuit. Att. 20 Ad consularia eum vocat, 1. epist. 2. Heidmannus. Pro ejus peritus V. V. C. Schotti, *suis per.* Vulgo utrumque abest. Quare a glossa esse vix dubito. *Bosius.* Leid. m. etiam *suis periculis.*

<sup>2</sup> LLS. CC. & quinquaginta milia] Scriptus cod. *sestertia ducenta & quadraginta millia.* Schottus. De sestertiis quae olim ad locum hunc adolescens notavi, nunc rescindo, & antiquitatis studiosos ad Cl. Viri Dn. Gronovii Comm. de Sestertiis relego. cui Salmasiana, si edita sunt, quae Cl. Dn. Vinnius expectat in Comment. ad §. Postea 2. Institut. De Succession. libertor. recte addentur. Ceteri enim, quos ego quidem vidi, rem nummariam tractantes, haut sibi satis constare videntur. *Ern-  
sius.* Pro LL. S. Leid. m. & Voss. A. C. *sestertia & pro quinquaginta iidem quadraginta.*

<sup>3</sup> L. Cotta, L. Torquato, Coss.] Anno U. C. DCCLXXXVIII. Quorum consulatum meminit & *Catin-*  
*teria,* & *Agraria* 2. in *Rullum.*

Schottus.

<sup>4</sup> Quem diem] *Td* diem delendum censem Ant. Augustinus, Archiepiscopus Tarraconensis, vir omnis antiquitatis peritiss. *Ursinus* vero ab euentu pro quem diem leg. conjicbat. Schottus. Cum Augustino faciebat & Gebhardus. Manatio videbatur sententia poscere, quem discedentem. atque sic & Rutgerius legebat var. leet. 2. 8. mendumque ex ignorantia compendii ratione ortum putabat, cum dissem pro discedentem scriptum foret. Schoppitus re-  
risimil. 3. 8. mallet quem quidem: quam suo codice confirmari ait Ern-  
sius. qui tamen tentabat, quem diem, quo abiit, quod in Medicaco invenisset, quem diem quolibet. Ac ita quidem primitus scriptum fuisse, haud negaverim: sed ab alio, non Nepote. Apud quem nihil mutandum est. Diem dixit pro re die illo facta, (quomodo & alii lo-  
quuti, ut docent Gronovius obs. 1. 2. & Buchnerus in Thesauro Fabri) id est pro discessu Attici. *Bosius.* Hu-  
jusmodi locutiones passim apud Au-  
tores occurunt. Consule praeter Indicem, in voce dies. Cl. Grae-  
vium Epist. 493. ad N. Heinr. Du-  
ker. ad Florum 2. 6. 58. Cortium  
ad Sallust. Catil. cap. 18. n. 8.  
& ad Cicer. 2. Fam. Ep. 12. n. 1. 1-  
82 103

642 C O R N E L I I N E P O T I S  
diem sic universa civitas Atheniensium <sup>1</sup> prosecuta  
est, ut <sup>2</sup> lacrimis desiderii futuri dolorem indicaret.

C A P . V .

**H**abebat avunculum Q. Caecilium, equitem Rom.  
familiarem L. Luculli, divitem, difficillima na-  
tura. cuius sic asperitatem veritus est, ut, <sup>3</sup> quem ne-  
mo

tem Schol. Sophocl. Trachin. vſ.  
30. ubi nox ipsa dicitur facere,  
quae nocte fiunt.

<sup>1</sup> *Prosequi*] V. Ind. *prosequi*. Bo-  
ſius. Voff. A. *prosequuta*.

<sup>2</sup> *Lacrimi*] Ut in ejusmodi se-  
parationibus fieri amat. v. *Pricaetum*  
*ad Aet. 20, 37. & 38.* Bosius.

<sup>3</sup> *Quem nemo ferre posset*] L. Lu-  
cullus tamen ferre portuit, cuius fa-  
miliarem jam fecit. De Lucullo  
viro praefantissimo vide Plut. *in*  
*vita ejus*. Epit. Liv. 94. lib. 2. *A-*  
*cad. quaest.* qui ei inscribitur, ut a-  
lia quam plurima loca apud hunc  
& alios scriptores taceam. *Ermstius*.  
Pro *hujus* Voff. C. *hic*.

<sup>4</sup> *Pietatis*] Recte sanctissima &  
gravissima hac voce utitur h. I.  
*Pietas* enim non solum in Deum  
est, verum etiam in parentes, co-  
gnatos, & eos, quos parentum lo-  
co & numero ducimus. *graviusque*  
nomen est, quam officium ipsum,  
ut patet ex initio Epist. 1. lib. 1.  
Cic. *ad Lent.* & quidem ex his ver-  
bis: *Ego omni officio, ac potius pietate*.  
Adde Epist. 9. ejusd. libri. Et  
Epist. 6. lib. 2. *Ermstius*. Vox *pietas*  
late patet, primo notat iustum &  
sequum amorem in Deos, consule  
Cort. ad Sallust. *Carilin.* cap. 12.  
n. 4. Deinde affectum erga paren-  
tes necessariosque & omnes eos,  
qui beneficia in nos contulere. Vide

Manutium ad l. l. Ciceronis. Prae-  
terea curam, qua Dii res humanas  
respicunt, Parentesque liberorum,  
ac principes magistratusve civium  
suum salutem quaerunt. Virgil.  
5. Aen. vſ. 688. *Si quid pietas an-*  
*tiqua labores Respicit humanas*. Ubi  
Servius fluctuat. Cetera dabit Cl.  
Arntzenius ad *Victorem de Vir.*  
III. cap. 2. n. 11.

<sup>5</sup> *Caecilius enim moriens*] Memi-  
nit ejus Cicero epif. 1. lib. 1. Hic  
praeterito L. Lucullo, quem sem-  
per vivus prae se tulerat sibi haere-  
dem esse velle, cuique moriens  
annulos suos dederat, Pomponium  
Atticum testamento adoptatum o-  
mnium bonorum suorum heredem  
fecit. Sic & M. Popilius Oppium  
Gallum familiarissimum suum tra-  
ditis annulis delusit. *Valer. Max.* 7,  
9. Schottus.

<sup>6</sup> *Adoptavit eum*] Quod ei gra-  
tulatur M. *Tullius*, lib. 3. epif. 20.  
cujus inscriptio: *Cicero S. D. Q.*  
*Caecilio Q. F. Pomponiano Attico*: ex  
usitata Adoptionum formula, ut  
nomen in *anus* definat. M. Varro  
de re rustica 2. 2. *Atticus*, qui nunc  
T. Pomponius, nunc Q. Caecilius, co-  
gnomine eodem. Tu vide, & de li-  
bertorum, & adoptatorum cogno-  
minibus Aug. *Politianum Miscell.* cap.  
31. & Ant. *Augustinum Emendat.*  
*Juris* 3, 8. Schottus. Atque hinc  
Ti-

mo ferre posset, hujus sine offensione ad summam  
senectutem retinuerit benevolentiam. quo facto, tulit  
et pietatis fructum. <sup>5</sup> Caecilius enim moriens, testa-  
mento <sup>6</sup> adoptavit eum, heredemque fecit <sup>7</sup> ex do-  
drante. ex qua hereditate accepit circiter <sup>8</sup> centies  
LLS. Erat nupta <sup>9</sup> soror Attici Q. Tullio Cicero-  
ni: easque nuptias M. Cicero conciliarat; cum  
quo

Titus noster a M. T. Cicerone post  
avunculi testamentum hoc Q. Ca-  
ecilius Q. F. Pomponianus Atticus, &  
a Suetonio Caecilius Atticus eques  
Romanus vocatur, uti ex inscriptio-  
ne Epist. 20 libri 3, ad Att. & Ti-  
berii vita cap. 7. appetat. ad Cic.  
loc. videsis Manut. &, quem ille  
citat, Varronem. Meminit hujus  
per testamentum adoptionis Vale-  
rius Maximus lib. 7. cap. 2. §. 5.  
& Suetonus dicit. *Testamento ad-*  
*optatus, hereditate adita, mox nomine*  
*absumuit.* Notent Juris prudentiae  
studiofi, tertium hunc adoptandi  
modum nunquam fuisse satis fir-  
mum: quae causa est, cur Imp.  
Justinianus ex Cajo duorum tan-  
tum adoptandi morum memine-  
rit: *principalis videlicet rescripti &*  
*imperii magistratus §. Adoptio 1. In-*  
*situit De adopt. lib. 2. D. Eod.*  
Hinc Octavius, tametsi testamen-  
to a Julio Caesare adoptatus, lege  
tamen curista postea apud populum  
adoptatus fuit, sive confirmatus.  
Non enim satis firmam testamen-  
tariam adoptionem putavit. Ern-  
stus.

<sup>7</sup> Ex doctrina] Id est tribus quar-  
tis partibus bonorum <sup>4</sup> sive ut JCTi  
loquuntur. novem uncias. Heredi-  
tas quomodo in 12. uncias, quae  
affis appellatione continentur, &  
quae harum partium propria sint

nomina, docetur in §. *Hereditas*: 7.  
*Institut. De heredib. Institut. L. Servum*  
5. §. ult. D. Eod. Et apud Varro-  
nem, Volusium, Probum, Celsum,  
Largum, &c qui post hos scrip-  
runt; Agricolam lib. 8. de Ponderib.  
Roman. sub fin. & lib. 5. extrem.  
Rob. Senulem, Budaeum lib. 2 de  
Aff. & part. Arn. Vinnium JCrum  
Doctiss. Comment. ad §. citatum;  
& quem ibi laudat, Cl. Salmasium.  
Ernftius.

<sup>8</sup> Centies LLS.] *Centies sefertium,*  
integre liber calamo exaratus: ef-  
ficiuntque trecenta millia aureorum  
scutariorum. Schottus. Immo ccc.  
millia. Philippeorum. sed de hac  
formula vide Ind. V. *Sefertium Bo-*  
*sius. Leid. m. Sefertium Voss. A. C.*  
*Sextertium.*

<sup>9</sup> Soror Attici] Pomponia dicta;  
ex qua Quintum filium paullo ante  
M. Ciceronis Consulatum suscep-  
pit: Nam Q. Cicero F. Marco Ci-  
cerone filio major natu fuit, ut in  
epistolis ad Q. fratrem legimus, & togae  
purae, suis temporibus utrique datae,  
demonstrant. Cum ea non bene con-  
veniebat Quinto lib. 1. epist. 15. & lib.  
5. epist. 1. A qua & divorxit lib. 14.  
epist. 15. Schottus. Pro Q. Tullio Ci-  
cer. Voss. C. Tullio Cicer.

<sup>1</sup> A condiscipulatu] Ms. 2. Medic:  
legit & discipulatu. Meus autem  
membranac. Cod. cum Schoppie  
Ss 2 tere:

quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime, multo etiam familiarius, <sup>1</sup> quam cum Quinto: ut judicari possit, plus in amicitia valere similitudinem morum, <sup>4</sup> quam affinitatem. Utebatur autem intime <sup>3</sup> Q. Hortensio, qui iis temporibus <sup>4</sup> principatum eloquentiae tenebat: ut intelligi non posset, <sup>5</sup> uter eum plus diligeret, <sup>6</sup> Cicero an Hortensius: & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter <sup>7</sup> quos tantae laudis esset aemulatio, nulla intercederet obtrectatio, <sup>8</sup> es-  
setque talium virorum copula.

## C A P.

tere: *a condisciplina*. Verisimil. 3,  
8. Ernstius.

<sup>2</sup> *Quam cum Quinto*] De Cicerone vicissim infra [c. 16, 2.] Atticum praecipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit: & lib. 13. ad Famil. Pomponium Atticum sic anno, ut alterum fratrem: nihil est illo mihi nec carius. nec jucundius. homo minime ambitiosus, minime in rogitando molestus. Schottus.

<sup>3</sup> *Q. Hortensio*] Hic est, quem Cicero lib. 4. Ep. 4. ad Att. familiarem Attici appellat. &c de Eod. Epist. ult. lib. 2. ita scibit. *Tutus familiaris Hortensius quam plena manu nostras laudes in astra susluit.* Ernstius.

<sup>4</sup> *Principatum eloquentiae tenebat*] Cicero in Bruto. Schottus. De eodem Quincilianus Inst. Or. 11, 3. diu princeps Oratorum, aliquando aemulus Ciceronis existimatius est; novissime, quad virxit, secundus. Gellius 1, 7. Hortensius. omnibus ferme oratoribus aetatis suae, nisi M. Tullio, clarior. Bosius.

<sup>5</sup> *Uter eum plus diligeret*] Uterum plus diligeretur, membranae praefrerunt. Schottus. Voss. C. uter eorum pro uter eum.

<sup>6</sup> *Cicero, an Hortensius*] Inter quos

etiam in amando aemulatio fuit. Hortensium enim levitatis & inconstantiae saepe arguit M. Tullius: Epist. 1. lib. 3. Et 3. lib. 4. & 3. lib. 1. ad Quintum fratrem. Rursus lib. 5. epist. 20 & lib. 6. epist. 1. actionem ejus οὐ γέγονε, id est argutam obscure perstringens. *Momum Ligurinum tece vocat*. Schottus.

<sup>7</sup> *Quos tantae laudis esset aemulatio*] Senarium versum esse, observabat Bucknerus. Bosius. Leid. m. tanta pro tanta.

<sup>8</sup> *Essetque talium copula*] Conjunctio. Nazarius Panegyrico in Constantium cap. 10. Sed profecto nulla vi possunt coire, quas naturali diuertio dissident. nec illa tam fidelis est copula, quae in diversum tendentia nexo suo teneat. Gebhardus.

<sup>1</sup> *Ut semper optimarum part.*] Ursinus legit optimatum, approbante Schotto. Nescio tamen, an id dicat Nepos, quod in epistolis saepe Cicero, cum de civilibus discordiis loquitur, se a bonis nunquam dissentire, cum bonis facere, ceteris bonis viris jungi velle &c. Boeclerus.

<sup>2</sup> *Civ. fluent. comm.*] Voss. A. civibus fratribus comm.

<sup>3</sup> *Qui se iis dedissent*] Hoc est ad Remp. se accommodassent. Sic enim

## C A P. VI.

In repub. ita versatus est, <sup>1</sup> ut semper optimarum partium & esset, & existimaretur, neque tamen se <sup>2</sup> civilibus fluctibus committeret, quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, <sup>3</sup> qui se iis de-dissent, <sup>4</sup> quam qui maritimis jaectarentur. Hono-<sup>2</sup> res non petuit, quum ei paterent, propter vel gra-tiam vel dignitatem: quod neque peti <sup>5</sup> more majo-rum,

nim exponunt Donatus & Manu-tius. Et hic quidem Comm. in Epist. 8. Libri 2. ad Fam. Ille ve-ro in Adelph. Terentii. Ernstius. Sed non recte inspexit Ernstius Manutii locum, neque etiam Do-nati. Neuter enim hunc Nepotis locum tangit. Agunt de phrasi dare se alioi, explicantes per se ad ali-eius voluntatem accommodare. Et Manutius sententiae suae exemplo quopiam adstruendae causa adducit Nepotis locum ex cap. 9. hujus virae, Qui adversarii ejus se dabant. Cuius locutionis plura exempla de-dit Heinßius ad Ovid. Ep. 16. He-roid. vſ. 161. Quae quidem loca non inepte ad hunc locum illu-strandum adduci possunt, nihilominus tamen male ab Ernstio exponitur, nam dare se iis sc. fluctibus civilibus, non est, nisi me omnia fallunt, se ad Remp. accommo-dare, sed se fluctibus civilibus in-miscere. Persistit Auctor in eadem metaphora. statim enim dixit com-mittere, pro quo nunc dare posuit, quod etiam proprie dicitur de iis, qui vel in navi, vel absque navi se per-mittunt arbitrio undarum. sic cum aurea puppe se in altum dare dixit Florus 4, 8. item alii dare se fluvio,

se fluctibus dare. Vide Eund. Heinß. ad Ovid. 11. Metam. vſ. 783.

<sup>4</sup> Quam qui maritimis jaectarentur] Credidi aliquando, mari leg. vel marinis, ut fluctibus ~~et~~ <sup>et</sup> navi re-pe-tatur. Remp. navi, & maris tem-pestibus bella intestina comparari, auctor Fabius 6. ex Horat. 1. Carmin. 14. Infra Nepos: Si gubernator praecipua laude fertur, qui navem ex hieme marique Scopuloſo ser-vat; &c. Cicero quoque in Muraeniana, Comitia freto, & Euripo comparat: &c 2. Philipp. Oceano bella civilia. Schottus. Adde Ernstiam ad h. l. Quod Medic. addit, fluctibus, haud dubie glossema est. Bosius. Verbum jactari proprium in hac re est. Vi-de Servium ad Virgil. 1. Aen. vſ. 7. & Passerat. ad Propert. 2, 9, 7. Sil. Italie. 4, 246. — Navita-vaſto Jaectatur sparsus, lacerata clasſe, profundo. Vellejus Paternulus lib. 1. cap. 2. in fine. Exclusi ab Heraclidis Orestis liberi, jactatique cum variis casibus, tunc saeritiae maris.

<sup>5</sup> More majorum] Vid. Ind. mor. Statim Mi. Gif. in tam effusis ambi-tus. Denuo Ind. vide in ambi-tus & largitiones. De hac corruptela istorum temporum Cicer. 4. ad Att. 6. Bosius.

rum, neque capi possent conservatis legibus,<sup>1</sup> in tam effusis ambitus largitionibus,<sup>2</sup> neque<sup>\*</sup> geri e re-<sup>3</sup> publ. fine periculo, corruptis civitatis moribus.<sup>3</sup> Ad hastam publicam nunquam accessit. Nullius rei<sup>4</sup> neque praes,<sup>5</sup> neque manceps factus est. Neminem

(ne-

<sup>1</sup> In tam effusis ambitus largitionibus] Flor. 3, 12, 10. Unde gladiatori adversus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis favorem effusa largitio. ubi Cl. Dukeri notavide, & de voce *ambitus* Cortii ad Sallust. Catilin. cap. 18. n. 2.

<sup>2</sup> Negue geri e rep.] Sic edendum curavi, cum libri vulgati habeant partim, neque reip. sine periculo, &c. partim, neque e republica sine periculo, &c. Quae scripturae sine dubio sunt mendozae, & lacerae: quod jam ante viderat Gujaci, restitueratque (obseruat. 5, 33) hoc modo, neque geri sine periculo, &c. plane ingeniose, & docte. Sed ut verbum geri divinitus restitutum arbitror; ita, hoc quod est in nonnullis libris vulgatis, e rep. censeo retinendum. poterant enim geri magistratus sine periculo, sed non poterunt e rep. geri sine periculo. *Lambinus*. Gab. Faernus de ingenio leg. censuit, neque regi sine periculo. Sed honores regi alibi non legitur. Membranaceus cod. neque e Repub. sine periculo; ut esse exaudiatur: vel (Δηνων) repeatatur. Schottus. Pasteratus in Orat. & Praefat. pag. 123. dicit se geri pro rei emendasse, quod mendoza legebaratur, & mendozae rep. conjecturamque suam adjuvare ordinem verborum & sententiae peti, capi, geri. Faernus ma-vult geri. Schotti membranaceus codex legit, neque e repub. sine periculo. Ms. Lib. Medic. 2. codem

modo legit. Alius ejusdem Bibliothecae habet: neque res geri sine periculo. Lectionem puro esse sanam, modo verbum possint e superioribus lineis revocetur. Ernftius. Rutgersius Var. leet. 2, 8. legit: neque retineri sine periculo, quae conjectura non displiceret Gebhardo: immo in textum editionis ejus recepta est. adde not. Ernftii. Mihi planissima videtur scriptura Medicaci codicis: neque res geri sine periculo. nisi quis malit neque geri resp. s. p. Pro Lambino tamen facit, quod in Gif. fuit, neque rep. Facile enim excidere potuere illa geri, ob similitudinem vocum e rep. Bosius. Leid. republi- ca. Voss. A. ere. p. C. e rep.

<sup>3</sup> Ad hastam publicam] Vide Leonard. Coquaei Comm. ad lib. 3. Augnftin. de Civit. Dei cap. 28. Ernftius. Per hastam publicam intelligitur *hasta censoria*, ad quam in foro positam vectigalium locatio siebat. Vide Cl. Burm. de Vectigal. Pop. Rom. cap. 8. & Duker. ad Florum lib. 2. cap. 6. n 47.

<sup>4</sup> Neque praes, neque manceps fa-  
ctus est] Publicanus etiam fuit, Cie. 2. epift. 15. & vectigalia apud Si-  
cyonios exercebat. lib. 1. epift. 19. vide Car. Sigonium lib. 2. de antiqui-  
tate circuitorum Rom. cap. 4. Schottus.  
De voce praes vide scal. ad Festum  
in verb. praes & ad Varron. 5. de  
L. L. item Ascon. Paedian. Verr. 3.  
A vade quomodo differat, infra  
cap. 9. 4. dicetur. Ernftius. Haec

VOX

<sup>1</sup> (neque) suo nomine, <sup>2</sup> neque subscribens, accusavit. In jus de sua re nunquam iit: judicium nullum habuit. Multorum consulum praetorumque <sup>3</sup> pfecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despicerit fructum. Qui ne cum Q. quidem Cicerone <sup>4</sup> voluerit ire in Asiam, quum apud eum

vox abest Leidenſi meo.

<sup>5</sup> *Neque manceps factus est]* V.  
C. fuit. Unde conjicit Schottus omitti posse rō factus. Est autem manceps, qui a populo aliquid redimebat & conducebat. An ita explicet Manutius, ignoro; quia ejus commentarios in epistolas heic ruri habere non possum. Symmachus l. 5. Epist. Quaeſo igitur, ut humanitatem nostri ordinis editoribus impertias & uoroum transvectionem cupiditati mancipiū subtrahas. Plini, credo, dictum est: manceps praevalens flagellat amorem. Festus: Manceps dicitur, qui quid a populo emit conducebat; quia manu sublata se significet auctorem. M. Tulius in Verrem: Mancipes precio cum civitatibus decidisse. In cundem: Quid ageret, coepit cogitare: si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuſſeret, sibi nullam prædam esse. Gebhardus. Consule de vocibus præs & manceps Celeb. Burmanni Dissertationem de Vectigal. Pop. Rom. cap. 9. ubi inter alia adnotat, Atticum nostrum fuisse ex isto genere Equitum Romanorum, qui neque conducebant, neque fide jubebant, sed simpliciter societatem cum Mancipibus inibant, & solum opes & pecuniam suppeditabant. Pro mancipes Leid. m. mancipes.

<sup>1</sup> *Neque suo nomine]* Sic Gif. &

Lambinus. Aliis neque abest. Bosius, Soli Vossiano C. abest.

<sup>2</sup> *Neque subscribens]* Subscribere in crimen, J. C. Formula est, quum accusator libellis, quos dabat, testabatur se nomine professum esse. l. 3. §. Item scribere. D. De accusat. & saepe alias. Schottus. Immo aliud heic vocis sensus est. vide Ind. Bosius. Subscribere dicitur de accusatore quasi secundo, qui &c ipse hac subscriptione testatum facit, se accusatoris primarii factum probare. Consule Cl. Graevium ad Ciceron. 2. ad Attic. cap. 24. pag. 280. Mox ut abest Vossiano C.

<sup>3</sup> *Praefecturas delatas]* Nihil mutandum. Delatas praefecturas dixit, ut alibi delatas honores, ac potestates. & deferre summarum rerum & Imperii, ac similia: quae Index exhibebit. Medicaci codicis deditas, & Ernstiani oblatas sine dubio a librariis sunt. Bosius. Paullo post pro fuerit Voss. C. fuit, pro despicerit Leid. m. & Voss. C. despexit. pro quim apud Voss. C. quem apud. & pro obtinere posset, possit obtinere.

<sup>4</sup> *Voluerit ire in Asiam]* Sic M. f. rectius. vide extremam epif. 16. lib. 1. ad Atticum, cuius initium, Quaeris ea me. (quia varie epistolas distinctas circumferri video) Quod ad me scribis te in Asiam statuisse non ire; Evidenter velle ut iras: ac vereor ne quid in ista re minus.

legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, quum praeturam gerere noluisset, <sup>1</sup> affectam esse praetoris. Quia in re non solum dignitati serviebat, sed etiam tranquillitati, quum suspiciones quoque vitaret criminum. Quo fiebat, ut <sup>2</sup> ejus obser-

commodo fiat. Sed tamen non possum reprehendere consilium tuum, praesertim, cum egomet in provinciam non sum profectus. Schottus. Antea legebatur, Quin, & voluit. Bosius.

<sup>1</sup> *Affectam esse praetoris]* Praetor fuit Q. Tullius, anno DCXCIII. M. Valerio Messalla, M. Pusio Pisone Cost., ante Idus Martias Asiam provinciam sortitus: & ante Nonas Decemb. profectus L. Flacco successit. Cicero. ad Atticum, & in Oration. Suetonius ergo male in Augusto cap. 3. Proconsulatum Asiae administrasse ait, quae Praetoria est, Cicerone, & Nepote testibus locupletibus, & omni exceptione majoribus. Falso quoque idem, parum secunda fama administrasse: cum M. frater in Orat. & epistolis ad eum scriptis tantopere laudet, tantisque honoribus ornatum fuisse testetur. Schottus. Vide tamen, quae de consulari Praetorum potestate observant Torrentius ad Sueton. l. c. & Salmasius ad Spartiani Hadriannum cap. 22. Quamquam memoria lapsum Suetonium, etiam Turnebus censet. Adversar. 24, 15. Bosius.

<sup>2</sup> *Ejus observantia omnibus esset carior]* Hinc factum est, ut eum libentius omnes observarent, colerent, atque in oculis ferrent. Manut. *observantia*, qua ipse aliquem observabat. Nam & *adversarii* dicitur: ut *utilitas* apud Terent. Eunuchus, & ad Tironem Cicero: *Invidia mea Catilin.* 2. & *Tuscul.*

Schottus. *Manutianam sententiam*, quae melior est, Ciceronis illud potest illustrare, pro Corn. Balbo c. 28. *consilium hominis probavit, fidem est complexus: officia observantiamque diluxit.* Paraphrasis, ista: *Hinc adeo factum, ut viri clari magnique amicitiam Attici observantiamque* (quae amicorum officii frequenter apud Ciceronem tribuitur) *magni aestimarent, eaque hoc magis delectarentur, quod scirent videlicet judicio eum uti in illa re, virtutisque studio: quippe quem nec spes nulla, nec metus consiliis cuiusquam associaret, aut abstinaret.* Itaque certos temporis ac affectibus suis: hunc officio & prudentiae servare. Ita vocem officii usurpavit supra c. 4. 2. At *Sulla adolescentis officio collaudato, &c.* Huc etiam pertinet locus cap. 9. 7. *Ille autem sui indicii, potius quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent.* Est, qui *observantiam de cautione & circumspectione circa honorum partiumque studium accipi posse, non absurdum putat.* Judicet lector. Boeclerus. Est etiam qui pro more, consuetudine, solenni accipit, ut sit fere idem atque observatum, aut observandi studium: illustratque loco Suetonii Aug. 76. ubi *observantiam eadem norione vult accipi.* Ac apud Suetonium quidem rectius Berroaldus, Ursinus, Gifanius, Torrentius, & Mſ. suis legunt *inobservantia*, repperitur sic & in Turonenii Cajanbonus, nec repudiare ausus est: haud

servantia omnibus esset carior, quum eam officio, non timori neque spei, tribui viderent.

## C A P. VII.

**I**ncidit Caesarianum civile bellum, quum haberet <sup>1</sup> annos circiter sexaginta. <sup>2</sup> Usus est aetatis vaca-

tione,

haud negaverim tamen & simplex significatu consuetudinis aliquando adhiberi immo vel ex hoc ipso Suetonii loco colligam. Sed apud Nepotem sic accipi vix finit contextus. Dixisset potius, haec ejus observantia. <sup>1</sup> Enzyntinus autem ea voce & alibi Cicero usus est, ut docent Gifanius in observat. Lat. L. pag. 156. & Pareus in Lexico Critico. Quocirca non dubito, quin & Noster hoc sensu ea heic sit usus. Bosius.

<sup>1</sup> Annos circiter sexaginta] Scriptus, circiter annos sexaginta. Schottus. In antiquissimo codice Mediaeo claris literis legitur & cum haberet circiter annos septuaginta: Quae scriptura mihi olim quidem probabatur, neque hodie plane displicet, cum propter fidem antiquissimi codicis, tum vero propter lib. 1. §. 3. D. de vacat. & Excusat. muner. quae ita habet: *Quamvis sexaginta quinque annorum aliquis sit & tres liberos incolumes habeat, a muneribus tamen civilibus propter has causas non liberatur.* Quum tamen eodem Ulpiano teste in lib. 2. de Jure immunitatis. *Majores septuaginta annis a suetis & muneribus personalibus vacarent, sed vereor, ne historia repugnet.* Ernflius. Medicaeus antiquissimus. *Septuaginta.* quod non admittit aetas Attici, infra c. 21, 1. Itaque recte rejicit Ernflius. Bosius.

<sup>2</sup> Usus est aetatis vacacione] Quod

scilicet haberet annos circiter sexaginta. Quintilianus declam. 306. Est praecipuum jus senectutis, quoniam non una subit omnis aetas, non perpetuo senatorem citat consul; est sua legationibus requies; cum hos haberitis annos, jam non militabis. supra 13. 3. 1. Hic cum esset magno natus, & magistratus gerere desisset. vide notar. in Sidonii epist. 6, l. 1. Savaro. Vide J. C. lib. 50. Tit 6. Pand. de Immunitate. Vacaciones autem sunt excusationes a muneribus militaribus, & aliis, quae praefecti obire conuerunt. Schottus. Aetatis vacacione, i. e. aetatis beneficio, quae vacationem a militia dabat, (erat enim hoc seniorum privilegium) quippe ad quam aetatis vitio inepti essent. Id autem videtur post hebdomada septimam legitimo incepisse. Macrobius lib. 1. in Somnium Scip. cap. 6. Nonnullarum rerum publ. hic mos est, ut post sextam hebdomadam ad militiam nemo cogatur. In pluribus datur remissio justa post septimam. Ea propter vacatio ns, qui quinquaginta annis maiores erant, sanatus consulto conceditur. quod Livius 42, 33. commemorat. Quo respiciens Spurius Ligustinus capite seq. millionem flagitans, ait: *Viginti duo stipendia annua in exercitu emerita habeo, & major annis sum quinquaginta.* Quod si miki nec stipendia omnia emerita essent, nequoniam aetas va-

tione, <sup>1</sup> neque (se) quoquam movit ex urbe. Quae amicis suis opus fuerant ad Pompejum proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit. <sup>2</sup> Ipsum Pompejum

cationem daret; tamen cum quattuor milites pro me uno vobis dare possem, aequum erat me dimitti. Quia itaque Atticus major & ipse L. annis, & circiter LX. habebat, idcirco a militia erat immunis. Tum enim vires maxime decrescunt, & vergit aetas in praecipps, incrementis consumit. Inde exactam aetatem, sive ad finem aetam, de tot annorum aetate Tacitus Agricola dixit: eaque de causa Romanos veteres sexagenarios senes tanquam inutiles Reipub. de ponte in Tiberim praecipitasse, Varro in sat. & Ovidius Fafis tradiderunt. Quod Scythes quoque fecisse ait Sextus Empiricus lib. 6. Pyrrhon. hypotypos. Buchnerus.

<sup>1</sup> Neque se quoquam movit] Schoppius lib. 3. Verisimil. cap. 8. putat, melius omnino Ms. lib. neque quoquam movit ex urbe. Quae phrasis ut elegans, ita protrita in vulgus non est. Vide apud eum exempla allata & Jani Melleri Palmerii spicilegium, ibidem citatum. Dicit etiam apud Terentium. *Movere oculis mea nutrix, movere idem esse ac a-movere se.* Potest etiam ellipsis esse, quam Latini scriptores ita supplere solent: neque quoquam movit ex urbe pedem. Sed Ms. Cod. Medic. 1. babet neque quidquam movit ex urbe. Sensu sane optimo Ernilius. Placet, quod e V. C. producit Schoppius, neque quoquam movit: praeferit cum in q. edd. legatur, transposito provocabulo, neque quoquam se movit. quod indubium mihi indicium est, id ab aliena manu esse. Favetque & Medic. I. in quo

erat: neque quidquam movit. quod miror probare se potuisse Ernilio; cum manifeste repugnat, quae proxime subjiciuntur: nec de bonis Attici heic, sed de ipso, sermo sit. Profectum igitur censeo ab aliquo, qui elegantem loquendi modum ignorabat. Bosius. Omnes mei agnoscent se. Ut in Agefiao cap. 3. Eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se movebat.

<sup>2</sup> Ipsum Pompejum conjunctum] Locus mihi suspectus. nam quid sibi velit hoc, conjunctum, non video. Quid si legamus, nondum viatum? vix placet, quid si, quod eum non secutus esset? nimis longe a scriptura recepta remotum est. Quid si, Ipse Pompejum non fecitus non offendit? Hunc locum igitur consideret lector eruditus, sagax, & acutus. Lambinus. Pompejum conjunctum (sc. sibi amicitia) habet scriptus cod. cum editis. Urtinus vero: Ipse Pompejum conniventem non offendit. Ego vett. librorum auctoritatem libenter facio, ut sequar, dum certiora adserantur. Schottus. Hanc Ms. Codd. lectionem Schottus ac Rutgersius uterque Belg. (sed heu civili dissidio nimium distracti) olim lumen defendunt. ita ut ille intelligat conjunctum amicitia: hic cognatum ex Justino lib. 8. vel denique legat agnatione junctum. Fulv. Urtinus. leg. conniventem. Lambini tanti non sunt ut producantur. Gebhardus. Calamo exaratus codex Bibliothecae Laurentianae non habet, Pompejum, alias vero una litura omnes

pejum conjunctum non offendit. Nullum enim ab eo habebat <sup>3</sup> ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: + quorum partim

III-

tot doctissimorum interpretum suspiciones, quas ad hunc locum olim accumulavi, tollit, qui ita legit: *ipsum Pompejum sibi junctum non offendit.* Quam ellipsis Livius lib. 6. ita explet: *junctus illi cognatione.* Vulgariter lectionem tamen refinui, propter J. Rutgersii explanationem Var. Le&t. lib. 2. cap. 8. En eius verba, *Pompejum conjunctum*, id est, cognatum, vel Pompejum cognitione junctum. Erat enim gens Cæcilia, e qua maternum genus ducebat Atticus, Corneliae, e qua uxorem habebat Pompejus, affinitate juncta. Cui omnino accedit, quod ipse auctor infra scribit M. Vipsanius Agrippa intima familiaritate conjunctus adolescenti Caesaris. Schoppius cum Boëlio scribi vult *ipsum Pompejum non junctus offendit.* Id est, quod Pompejo se non adjunxit, nec castra eius fecerit esset, eo Pompejum non offendit: nullum enim tale ab eo beneficium accepere, ut eius recordatione illi se adjungere cogeretur. *Verisimil. l. l.* Ita quoque legit vetustissimus Ms. meus Codex. Aliorum opiniones de loco hoc emendando vide apud Boelerum. *Ernſtius.* Schottus tamen observ. 3, 2. conjicit leg. jam victim: vel, *seipsum Pompejo conjunctum non offendit.* Alii: non junctum. Quam expressissimus in textu lectionem, post Rutgersum etiam Cl. Berneggerus probat not. ad *Justin.* 8, 3, 6. Nec video cur murari debet. vide *Ernſtian.* Et sic alibi quoque noster *conjugandi* verbo usus: quemadmodum & Cicerio, a-

llique. de quo v. Indicem. Non repugnabo tamen, si quis, quem in Med. 1. erat, *sibi junctum,* legi malit *sibi conjunctum.* quomodo Cicero pro Plancio c. 20. *hominem sibi maxime conjunctum.* Potest & ipsum Pompeji nomen, quod in Med. 1. deerat, omitti, & e proximo subaudiri. *Id non junctus.* *Sim. Boëlio* ac *Schoppi.* quod & Gratero, *Gebhardo* ac *Bartlio* placebat, mihi diuis videtur, quam ut a Nepote possit esse. *Nos offendit* autem quod scil. in urbe maneret. *Boëlio.* Leid. m. & Voss. A. C. *conjunctum.*

<sup>3</sup> *Ornamentum*] Mallet cum Rutgersio Schoppius verisimil. 3, 8 *ornamentum:* eamque conjecturam mirifice confirmare librum suum vetustissimum, ait *Ernſtius.* Non repugnem, si diserte in eo sic scriptum sit. Et potuere primae litterae aut absorberi ab ultimis vocis proximac habebat. Alias nulla mutatione opus. Nam *ornamentum* idem ac honor, ac magistratus, quo tanquam beneficio ab aliis ornamur. Cicero in *Verr.* 5, 68. *Quod te liberatum jam exercitacionis metu, difunction honoribus, designatum COS.* cogites: *mibi credo, ORNAMENTA ista.* & *beneficia populi Rom.* non minore negotio retinentur, quam comparantur. *Justinus* 6, 9, 8. de Eparminonda: *Honores ita gessit, ut ORNAMENTUM non accipere, sed dari ipsi dignitati videtur.* Vetus inscriptio Ferrariae in aedibus Fr. Guicciardini: *ORNAMENTIS DE CURIONATUS ILLUSTRATUS. Boëlio.* Id enim absit Leiden-

fi 35

3 invitissimi castra sunt secuti, partim summa cum ejus  
offensione domi remanserunt. <sup>1</sup> Attici autem quies  
tantopere Caelari fuit grata, ut victor, quum privatis  
pecunias per epistolas imperaret, huic non solum  
molestus non fuerit, sed etiam <sup>2</sup> fororis filium & Q.  
Ciceronem ex Pompeji castris concesserit. Sic vetere  
instituto vitae effugit nova pericula.

## C A P. VIII.

<sup>1</sup> <sup>3</sup> **S**ecutum est illud, occiso Caesare, quum respubl.  
pe-

si & Vossiano C. sed ornamentum  
recte exhibent omnes mei. Consule Cl. Dukerum ad Florum lib.

2. cap. 7. n. 11. Pro eteri Voss. C.  
experi. Pro cuperant Leid. m. cuperunt.

<sup>4</sup> Quorum partim] Nihil heic de-  
est: partim enim Adverbium Gram-  
maticis est. Ernstius.

<sup>1</sup> Attici autem quies] Elegantissi-  
me quies dicitur, qua quis neutri-  
se parti applicat. Et sic uritur τὸς  
quies pro eo, qui est neutrarum  
partium, in Pelopida. Sallust. epist.  
1. de ordinanda Rep. Et aperte quie-  
tis mortem, rapinas, postrema cruxia,  
quae corruptus animus jubebat, mini-  
tari. Hinc quiescere, neutras sequi  
partes Curtius 10, 8, 17. Nihil, in-  
quit, seditione est opus: nam inter se  
certantium praemia, qui quieverint,  
occupabunt. Eodem pene modo Graeci  
τούχιας ἄγγει, & ἔχει, & ιδεῖ,  
Diocorus 1. 16. ubi Philomeli &  
Phocensium legati a Graeciae civi-  
tatis ἀγέται τὸν ἄρτιον δι τὴν θεραπείαν  
τολμηῖ φανεῖσθαι, μάντισα μὲν συμμα-  
χεῖν, εἰ τὸ μῆτρα, τὴν τούχιας ἄγγει.  
Et paulo post de Onomarcho: τὸ  
τὸν τὸν Σερλαῖον μήτισον ἔχειται τὸ  
συμμάχειν αὐτῶμα διαφοράτας ἐπει-  
τὴν τούχιας ἄγγει. lib. 18. τὸν τὸν

ιδεῖν τὸν τὸν Μακεδόνας αἴματαν,  
οἱ τὸν τὸν τούχιας ἄγγει. Gebhardus. Pro  
quies Voss. C. quos.

<sup>2</sup> Sororis filium & Q. Ciceronem]  
Sic Mss. Manutii, Gif. Schott. Leid.  
& antiquiss. ed. Rom. Unde Schot-  
tus legi volebat, ei Q. Ciceronem,  
(quomodo & Ursinus conjecterat;) vel de utroque Quintio, filio & pa-  
tre, intelligi. Ego prius malim.  
Quidam libri, fororis & Q. Ciceronis  
filium. Alii, omissa copula, ediderunt, fororis filium, Q. Ciceronem.  
Bofius Pro imperaret Voss. C. male  
impetraret. pro huic non solum Leid.  
m. Huic non solum non. Pro fororis fil-  
ium & Q. Ciceronem Leid. m. for. fil.  
Q. que Ciceronem. Voss. C. fororis Q.  
& filium Ciceronem. Pro vita effugit.  
Leid. m. regit.

<sup>3</sup> Sequitur est illud] Schoppii ve-  
tus liber & Mf. meus dictione au-  
ctiores legunt: fecutum est illud tem-  
pus occiso Caesare. Ernstius. Tempus  
addunt e libris suis Schoppius 1. c. &  
Ernstius. Faver illud Velleji 2. 62.  
Hoc est illud tempus, quo Cicero Pompejum  
laudandum & tollendum cen-  
sebat. Sed vix dubito, quin glossa  
sit, Ceterum totum hunc lo-  
cum ita distinguendum censeo. Se-  
cundum

<sup>1</sup> penes Brutos videretur esse, & Cassium, ac <sup>2</sup> tota civitas se ad eos convertisset. Sic M. Bruto usus est, <sup>2</sup> ut nullo ille adolescens aequali familiarius, quam hoc sene: neque solum eum principem consilii haberet, <sup>3</sup> sed etiam in convictu. Excogitatum est a quibus- <sup>3</sup> dam, ut privatum aerarium Caesaris intersectoribus <sup>4</sup> ab equitibus Rom. constitueretur. Id facile essi posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est <sup>5</sup> a C. Flavio Bruti familiarzi Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet.

*centum est illud. Occiso Caesare, cum res pub. p. B v. e. & C. ac t. c. se ad eos convertisset, sic M. Bruto usus est, ut nullo &c. Sic infra c. 13, 6.*

*Nec huc praeteribo, quamvis nonnullis leve visum iri putem. Cum imprimis laetus est &c. Varro 2, 3, de re rustica. De quibus (capris) admirandum illud, quod etiam Archelatus scribit. Non ut reliqua animalia naribus, sed auribus spiritum ducere solere, Passores curiosiores aliquist dicunt. Ita distinguo hunc locum, qui vulgo falsa interpretatione laborat in omnibus, quas vidi, editionibus. Bosius. Tempus abest Leidensi meo, Vossianisque A. C.*

<sup>1</sup> *Penes Brutos] Non Multitudinis, sed singulorum numero Brutum liber ille calamo exaratus. Schottus. Sed magis placet vulgariter: ut de M. & D. Brutis sermo sit, Bosius.*

<sup>2</sup> *Tot a civitas se ad eos convertisset] Eundem ad modum loquitur Seneca lib. 1. de Clementia cap. 4. Nam si sanis hominibus publica privatissima potiora sunt: sequitur, ut is queque carior sit, in quem se Resp. convertit. Gebhardus. Sic Msi. Gif. & Leid. Melius quam alii, ad eum se convertisse videretur, voce ultima e*

proximo repetita. Bosius. Omnes mei se ad eum convertisse videretur. paullo post pro haberet Leid. habebat.

<sup>3</sup> *Sed etiam in convictu] Mf. Medic. 1. cod. legit in conjunctis. Ernstius.*

<sup>4</sup> *Ab Equitibus Romanis] Ab a- fuit a ver. cod. & statim, ejus ordi- nis, pro illius ordinis. Deinceps hoc modo legitur, amicis officia praefan- da Schottus. Praepolitio ab abest etiam Vossiano C. pro illius ord. Leid. & Voss. C. ejus ord.*

<sup>5</sup> *A C. Flavio Bruti familiarzi] Meminit hujus Plutarchus in Bruto, ut ejus familiaris: & Cicero in fragm. epist. ad Brutum apud Quintil. lib. 9. cap. 3. & in Bruti numis LEG. PROPR. designatur; hoc est, Legatus Pro-prætoris Schottus. Q. edd. habent C. Flavo. Non no- vum est, nomen istud cum co- gnomine hoc permutari, quomodo apud Senecam controv. 10, 14. Al- phius Flavius est pro Flavo; sive & apud Plinium indice libri 9. Bi- sius. Voss. A. G. Flavio. Praep. A abest Vossiano C.*

<sup>6</sup> *Qui officia amicis praefanda] Mf. Medic 1. habet qui amoris of- ficia praefenda. Ernstius.*

<sup>7</sup> *Sed*

<sup>4</sup> let. At ille, <sup>6</sup> qui officia amicis praestanda sine fa-  
ctione existimaret, semperque a talibus se consiliis  
removisset, respondit: si quid Brutus de suis facul-  
tatis uti voluisset, usurum quantum eae paterentur:  
<sup>7</sup> sed neque cum quoquam de ea re collocuturum,  
ne-

<sup>1</sup> Sed neque cum quoquam] Lamb.  
Se neque cum quoquam. Scriptus,  
sed neque cum quo de ea re collocu-  
rum: Colloqui autem privatim; Coi-  
re vero hic concilium habere. unde  
Comitia. Mox: in provincias, pro  
provinciarum, legit Aut. Augustinus  
V. C. Alter Manutius, provinciarum  
desperatis rebus. Schottus. Au-  
gustini lectio non displicet Gebhar-  
do. Inepte ad rō provinciarum vir-  
doctus supplet praesides. Quis ita  
loquitur? Manutiana interpretatio  
planissima est. Bosius. Pro eae pa-  
terentur Volt. C. Se hacc paterentur.  
Pro se neque cum quoquam. Leid. m.  
Se neque cum quoquam. Pro collocu-  
rum Voss. C. collocuturum. Coire  
solet honesto sensu sumi a Nostro  
auctore, ut satis in Indice monstra-  
tur. Nihil autem aliud notat pro-  
prie hoc verbum quam couenire,  
venire in unum locum. coire in fo-  
rum dixit Florus 1, 13, 9. Plautus  
Mostell. 1, 14, 4.

Cave modo, ne prius invia accum-  
bas.

Quam illuc, ubi lectus est stratus,  
coimus.

ubi vide Summi Gronovii notas, nec  
non illustrium virorum N. Heinssi  
& P. Burmanni ad Ovid. Ep. 7.  
Heroid. vs. 123. & ut hic coire cum  
aliquo sic Justinus lib. 5. cap. 1 di-  
xit cum Graecis coire sc. societatis  
ineundae caussa. Nam & hic si-  
gnificat venire in unum cundemque  
locum cum quoquam consiliis clan-

destini iuendi caussa. Unde &  
coitiones coetus illi clandestini vo-  
cantur, quam vocem J. Fr. Grono-  
vius Livio suo restituit lib. 4. cap.  
13. Pro disiectus est Voss. C. dis-  
iectus.

<sup>2</sup> Neque multo post superior esse coe-  
pit] Qui ante, quod Octavium in-  
dibrio habuerat, Remp. non una  
re labefactaverit. Vide Dio. 46.  
Vellej. 2, 64. & Flor. 4, 4. qui lo-  
cus ita Mf. meo Cod. legitur. se  
plane ex committitio Caesaris dignitatis,  
furtis hereditatum lacerare, ipsum inse-  
stari probris & cunctis artibus cum ad-  
optionem Fuliane gentis inhibere non  
desinere. Ernstius.

<sup>3</sup> Ita ut Brutus & Cassius] Mf.  
meus magis emendate legit ita ut  
Brutus & Cassius Provinciarum. Nem-  
pe praesides. Ursinus legit in pro-  
vinciarum. Anton. autem Augustus  
in provincias. Ernstius,

<sup>4</sup> Quae iis dicis caussa] Olim e-  
dicti, & scripti, quae iis necis caussa:  
quae ferri lectio non potest, cor-  
rupta a librarius, ex ignoratione,  
ut solet, priscae vocis, & ritus:  
haec quoque emendatio Cnacio ac-  
cepta refertur lib. Observ. Est au-  
tem Dicis caussa aliquid facere, id  
est perfuntorie, non ex animo,  
religioni cuidam satisfaciendi gra-  
tia. Lamb. quasi, verbi caussa, per  
speciem, per simulationem. Sed hanc  
antiquam formulam plurimi expli-  
carunt ex Varrone viro undecunque  
doctissimo, & P. Sosipatro. Sic lib.  
1. epist.

neque coitum. Sic ille consensionis globus, hujus unius dissensione disjectus est.<sup>2</sup> Neque multo post superior esse coepit Antonius:<sup>3</sup> ita ut Brutus & Cas-  
sius provinciarum,<sup>4</sup> quae iis necis caussa datae erant

a

1. epist. 18. ad Atticum Cicero: Metellus est consul egregius, & nos amat; sed immixuit auctoritatem suam, quod habet dicas caussa promulgatum illud idem de Clodia. Utitur & pro Muraena, & lib. 4. Accusationem in Verrem. De qua formula, Laelius Tarellus, Anton. Argentinus, Pet. Veturinus, Adr. Turnebus, Cujacius, Pet. Pythoens, Did. Covarruvias, lb. 4. Variar. Resolut. & quis non eorum, qui Varias scriperunt? Reponuerunt exsulantes, & in pristinam sedem restituerunt, ex Varro, ut dixi, & Sofipato, in Arnebio, Plinio, Appulejo lib. de Degmate Platonis, Cicerone, Nepote, Cereris Graecis istas tunc, & apotropaicas κέεναι, ταρπίδοις tunc, apud Dionysium Halicarnass. Ilaeum, & Euripidem Iphigenia Tauris, & Harpoecrationem & alios. Schottus. Necis causa constanter MSS. & vulgati omnes; quae lectio temere immutanda non est, cum ex ea mens auctoris appareat. necis causa datae erant provinciae a consulibus, Bruto & Cassio Caesaris intersectoribus, propter caedem illatam Julio Caesari. Conjecturae Cujacii V. Doctissi. qui dicas causa legit, plurimum tribuo, libro 5. capite 33. observat. Sed a libris sto adversus eam. Savaro. In coelum Cujacii emendationem tollunt Lambinus ac Schottus. Savaro contra pertendit Necis causa retinendum MS omnibus pro eo statibus. Florus lib. 4. cap. 7. Ne tamen publici doloris oculus ferrent,

in provincias ab illo ipso, quem occiderant, Caesare datas. Syriam & Macedonia concesserunt. Vide Paterculum lib. 2. cap. 62. qui adjuvat opinionem Savaronis. Gebhardus. Ita quidem hunc locum emendavit Cujacius, sed reclamantibus libris omnibus, quos vidit Savaro MS. & editos: in quibus fuit necis causa. Cui uterque MS. Cod. Medic. consentit, & verutissimus meus. Mutinus & Lambinus, aliquique eam scripturam rejiciunt & Cujacii correcturam comprobant. De phra dicis causa vide Turnebi Advers. lib. 11. cap. 20. Hotomann. Comm. ad Orat. Cic. 6. in C. Verren. Via torii lib. 8. Var. Lett. cap. 24. Cujac. 10. Obs. cap. 37. Bachovii Animaadvers. ad Trenti. p. 1. Disp. 24. th. 1. G. & ipsum Treutlerum, qui varios laudat auctores. Hunc locum quod attinet, videtur rectius legi dicas causa. quia necis causa provinciae ipsis dari non poterant, cum senatus tum maxima pars steterit in eorum partibus. Qui utique dicas causa eis decrevit provincias, quo plebis furorem evitantes honeste ex urbe discederent. Vide tamen quae J. Gebhardus ad h. l. notavit. Ernstius. Tò necis malit & Bucknerus servare: censebatque Gebhardus id adjuvare Vellejum Paterculum 2. 62. Sed is de Macedonia ac Syria loquitur, Bruto Cassioque, vieto jam ad Mutinam M. Antonio, & cum jam ipsi sine ullo SCG eae occupassent, decretis. At noster

8.2.45

<sup>1</sup> a consulibus, desperatis rebus, in exilium profici-scerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, <sup>2</sup> abjecto Bruto Italiaque cedenti LLS. centum millia <sup>3</sup> muneri misit. eidem in Epiro absens <sup>4</sup> trecenta jussit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.

## C A P.

datas ait *a consulibus*, antequam in exilium profici-scerentur, & ante bellicum ad Mutinam gestum. Non igitur Macedoniam ac Syriam intelligit, quippe non *a consulibus*, sed a Julio Caesare, paullo ante mortem, cum magistratus in quinquennium designaret; a Senatu autem demum Antonio hoste judicato illis decretas, sed quas, ademta ipsis & Dolabellae atque Antonio Coss. data Syria ac Macedonia, earum loco Senatus iis a consulibus illis impre-traverat: Bruto scilicet, ut Plutar-chus habet, Cretam, Cassio Libyam; sive, ut Appianus, Bruto Cre-tam, Cassio Cyrenen; vel, ut alii, has ambas Cassio, Bruto autem Bi-thyniam. Quas tamen illi, ut pa-rum sibi turas utilesque, contem-serunt, Macedoniam & Syriam vi-occupantes. Videndi Appianus Ci-vil. 3. pag. 527, 530, 531, 533, 536, 538, 541, 550, 567. Dio Cas-sius lib. 47. Plutarchus Bruto, Cicero Philipic. 2, 3. & 11. 12. Ene an di-cis *causa* datae dici queant, vide-rint, qui eam lectionem tuentur. Necis *causa* datas, non dubito recte dici. Nam sic & Octavius id in-terpretatur apud Appianum pag. 536. Tò οὐδὲ αἰματιαὶ δέσπαι, τὸ διωνεῖας δὲ ιενεῖος χαρεῖσθαι μόνον. Tò ἢ ιη-γορίας αἵτις φύλαξθει (loquitur de Creta & Cyrene Bruto Cassioque

datis) νῆ TEPA, οὐχιζόντων καταρά. Neque negat haec objectanti respon-dens Antonius, pag. 538. datas po-scentibus repenitum pro meritis; εἰς αὐτίδεσμον τῶνδες, τῷ ἔχοντι. Et in responso ad tribunos militum. pag. 548. diserte ait, Senatum interfe-ctoribus Caesaris, ut tyrannicidis praemia decrevisse. Ή βέλη γένεα τοῖς αὐτάκοις αἱ τυραννοκτόνοις εἴπειστε. Denique Cicero Phil. 2. ex ipsis An-tonii verbis ostendit, datas provin-cias ut liberatoribus. Haec cum ita sint, in summo librorum omnium consensu non ausim recedere a lec-tione scripta. *Bosius*. Omnes mei necis *causa*.

<sup>1</sup> *A consulibus*] M. Antonio, & Dolabella: quibus & Oestavius id objicit apud Appianum pag. 436. In Mss. tamen Schotti, & utroque Medicaeo fuit, *a consule*; quod es-set, ab Antonio. Et sane ab An-tonio senatum petuisse alias provincias τοις αὐτοῖς Κατοῖς, idem Appianus scri-bit, pag. 531. Magis tamen placet vulgata. Si a solo Antonio datas dicere *Nepos* voluisset, nomen illius addidisset. Varietas lectionis ex ab-breviatione nata est. *Bosius*. Leid. & Voss. A. *a consule*.

<sup>2</sup> *Abjecto Bruto*] Fortuna adver-sa prostrato. Petron. In loco peregrina deslituit abjectum. Propius Val. Max. 5, 1, 8. Nam si egregitum est hostem abji-

## C A P. I X.

**S**ecutum est <sup>1</sup> bellum gestum apud Mutinam. In <sup>1</sup>  
**Q**uo si tantum eum prudentem dicam, minus, quam  
 debeam, praedicem, quum ille potius divinus fuerit;  
<sup>2</sup> si divinatio appellanda est perpetua naturalis boni-  
 tas, quae <sup>3</sup> nullis casibus neque agitur, neque minui-  
 tur.

abdicere, non minus tamen laudabile,  
 infelicit scire misereri. Gebhard. Ade-  
 de Vorstium & Torrenium. ad Valer.  
 Maxim. lib. 1. cap. 5. n. 12.  
 Pro Epyro Leid. m. Epyre. <sup>4</sup> jussit  
 abest a Vossiano A.

<sup>3</sup> Muneri misit] Mf. Cod. Med.  
 1. numerari. Ernfius.

<sup>4</sup> Trecenta jussit dari] Cicero epif.  
 17. lib. 15. ad Attic. a Servilia nu-  
 meratam ab Attico, Bruto Italia  
 cedenti significat, de qua infra [c.  
 11, 4.] Schottus.

<sup>1</sup> Bellum gestum apud Mutinam] Inter Antonium, Brutum & O-  
 etavium. Florus 4, 4. & alii histo-  
 rici ad eum a Freinsheimio laudati.  
 Loccenius: Corrupte in Mf. libris  
 Mediceais legitur Numidiam. De  
 illa vide, si liber, Ptolom. & alios.  
 Operose enim nihil heic agere con-  
 stitui. Ernfius. Quod in q. Mf. fu-  
 it, Numidiam, hanc dubie corrup-  
 tum est: Bosius. Voss. A. Numi-  
 diam. C. Mundiam.

<sup>2</sup> Si divinatio appellanda est] Cre-  
 didi aliquando hic divinitatem de-  
 scribi, *η θεων* potius, quam  
 Divinationem, de qua infra. [c. 16.]  
 Schottus. Divinatio nihil aliud est,  
 quam quedam præsenſio atque  
 scientia rerum futurarum, ut Cice-  
 ro explicat. Cui quis locus hic sit,  
 nullus profecto video. Itaque di-  
 vinitas potius hic legendum. Di-

nitatis enim five divinae naturae  
 est, constanti bonitate & uno eo-  
 demque tenore perpetuo esse, ac  
 nec impelli ac augeri casibus, nec  
 inhiberi ac minui. Hoc enim sola  
 divinitas privilegium habet, ut vi-  
 ces non capiat. Cetera universa  
 natura mutationi exposita est. Buch-  
 nerus. Pro quoniam divinus Voss. C.  
 quamquam div.

<sup>3</sup> Nullis casibus agitur] Agitur,  
 si vera scriptura est, interpretor,  
 impellitur, quidam legi volunt,  
 frangitur; nonnulli, augetur, ut op-  
 ponatur verbo, quod sequitur,  
 minuitur. Lambinus. Tibullus: Nam  
 que agor, & per plana catus sola ver-  
 bore turbor. Buchnerus. Mf. meus  
 lib. haber neque agitur. Melius,  
 quam illi apud Lambinum. Retineo  
 tamen agitur, quod probum verbitur  
 est, a Cicero hac significatione  
 sacpe usurpatum, nempe pro peri-  
 citiatur, five indiscremen deductur  
 passive. Ernfius. A quibusd edd.  
 prius neque abest; etiam a vetustiss.  
 Romana. Bosius. Leid. m. & Voss.  
 C. agitur. Voss. tamen A. augetur. <sup>5</sup> neque  
 ante agitur abest omnibus meis.  
 Agi autem quis etiam potest dici  
 casibus. Ut Adonitae monſtris ætae-  
 que furore. Virgilio 5. Aen. vi.  
 659. aut ut Livio lib. 2. cap. 47. Ro-  
 manos terror per tota caſtra trepidos agit.  
 Consule Cœlēb. Burm. ad Valer.

Tc

Flac-

2 tur. Hostis Antonius judicatus Italia cesserat; <sup>1</sup> spes restituendi nulla erat. <sup>2</sup> Non solum ejus inimici, <sup>3</sup> qui tum erant potentissimi & plurimi, <sup>4</sup> sed etiam qui adversariis ejus se dabant, & in eo laedendo se aliquam consecuturos sperabant <sup>5</sup> commendationem, <sup>6</sup> Antonii familiares insequebantur; uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant; <sup>7</sup> liberos etiam <sup>3</sup> extinguere parabant. Atticus quum Ciceronis intima fami-

Flaccum lib. 3. Argonaut. vſ. 393.  
& ad Phaedr. lib. 4. fab. 12. vſ. 3.  
sed nihil definio.

<sup>1</sup> Spes restituendi nulla erat] Leid. m. spes restituenda nulla erat. male. Gerundium. hic passive usurpatatur, more Latinis usitato. Confule Cl. Munkerum ad Lectantium lib. 8. Narrat. Fabiū cap. 1. & Cortium ad Sallustium B. Jugurth. cap. 62. n. 8.

<sup>2</sup> Non solum eipsi inimici] Cum Lambino ver. liber facit Schottus. ab ed. Rom. ejus abest. Bosius. Item a Leidenſi & Vossianis A. C.

<sup>3</sup> Qui tum erant potentissi] Sic scripti & editi libri. Schottus. Immo ed. Rom. & Grut. qui tamen erant. Et sic apud Schottam quoque editum; nec male. Bosius. Pro tum Voss. C. dum.

<sup>4</sup> Sed etiam qui adversariis ejus se dabant] Pro, cedebant. Amici, pro qui Lamb. hic, editi omnes. Cicero in Somnio: Neque te sermonibus vulgi dederis, pro, concesseris: ubi qu. lib. dedideris. Idem lib. 2. ad M. Coelium: Da te homini; complectetur, mihi credo. Et lib. 13. evit. ad famil. Des te ad lenitatem. Schottus. Ita Cicero quoque loquitur pro cedebant. Vide Schott. a Boecler. heic citatum. Ernstius. Adde Indicem. Qui pro amici, est etiam in edd. Rom. & Colon. Alterum

scioli alicujus est, qui inimicis putabat opponendos amicos. Mox in illis se aliquam &c. a q. libris se abest: a Ms. Schotti etiam ♂. Bosius. Pro amici omnes mei qui. Pro ejus se dabant Voss. A. ejus dabant. Pro ♂ in eo Voss. C. in eo. et se ante aliquam abest etiam Leidenſi & Vossianis A. C.

<sup>5</sup> Commendationem] Sic diserte opt. liber Gif. Etiam Leidenſi: commendationem vel commoditatem; varia lectione textui intrusa. Quare non dubitavi sic rescribere. Usus & supra 7, 1, 2. tanta erat commendatio oris atque orationis. Seneca excerpt. controv. praefat. lib. 3. omnibus fere majori commendationi est audiri, quam ligi. Vulgo est, commoditatem. Bosius. Omnes tamea mei commoditatem.

<sup>6</sup> Antonii familiares insequebantur] Pro quo in editis nonnullis libris male legitur sequebantur. Ernstius. Quidam, sequebantur. Constanter, & typis, & calamo expressi codi. Antonii familiares insequebantur. Lambinus, ejus famili. & vero desiderari aliquid videatur. Schottus. Immo nihil deest. Dicam amplius. Potest utrumque abesse, tam nomen Antonii, quam illud ejus, quod, teste Gothofredo, a Faerno est. Certe Graterus, aliique neutrum exhibent.

Mi-

familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto: non modo nihil iis indulxit ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe profugentes, quantum potuit, texit: quibus rebus indiguerunt, adjuvit. P. vero Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fulviae,<sup>8</sup> quum litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum praeftit, ut nullum illa<sup>9</sup> stiterit vadimonium sine Attico;

Miror autem, cur Schottus alibi (*obseruat. hum.* 3, 2.) totum hoc glossema putet, aut malit, *familiam insequeb.* Nam de *familiaribus Antonii* hec sermonem esse, vel ex *comm. 3.* apparet. *Bosius.* Omnes mei *Antonii.*

*7 Liberos extingit parabant]* Verbo *paro* saepius Infinitivus modus additur, ut in Datame cap. 4. *Hic quum maximo studio compararet exercitum;* *Aegyptumque proficisci pararet.* Ovid Ep. 1. Heroid. v. 100

*Dum parat invitis omnibus ire Pylon.* Qui ita saepius. Vide Cortium ad Sallust. B. Jugurth. cap. 22. n. 1. sed propius ad rem Sallust. B. Catilin. cap. 18. n. 5. *Cum hoc Catilina & Autronius consilio communicato parabant in Capitolio Kalendis Januariis L. Cottan & L. Torquatum censules interficere.* Livius lib. 4. cap. 9. *Urbem quoque, omnis etiam expertem ante certaminis, multitudine opificum ad Iherum praedae evocata, obfidere parat.* & cap. 24. *censuram in niere parat.* Adsis J. Fr. Gronovium ad lib. 2. cap. 56.

*8 Quum litibus distineretur]* M. Medic. 2. legit *distinare*. Meus membraceus liber habet *detinere*, sensu eodem cum *distinere* Ernst Leid. m. *detinere*, quod tamen hic

locum habere nequit. nam *detinere* notat quem longius solito tenere apud se, sed volentem, & illecebris demulsum. Consule V. V. D. Burmannum ad Quiétilian. Declam. 262. & Oudendorpium ad Luca-num 6. 740. unde *detinere* nos dicuntur ea, quae delectant. Vide Servium ad Virgil. 4. Aen. v. 148. *Si te Carthaginis arcis Phoenissam; Libycaque aspectus detinet urbis.* Sed *distineri* dicuntur, qui plerumque inviti in re quadam gravi occupati sunt: ut *distineri maximis occupationibus* Ciceroni 12. Fam. Ep. 30. *distineri bello*, de qua phrasl egerunt Tennulus ad Frontrium lib. 1. Strat. cap. 3. n. 8. & Graevius ad Justinum lib. 6. cap. 6. & talia passim occurunt.

*9 Stiterit vadimonium]* Lambinus recte *stiterit*, quod & in vet. se repertissime Manutius affirmat. *Sistere enim vadimonium est*, quod datis vadibus promiserat, se in judicio sistere, & sic liberare vades. Cicero pro Quintio: *Venit Romanum Quintium, vadimonium sifit.* Et Cato apud Agellum 2. 14. *Quod si vadimonium capite obviato sifisses.* Schottus. Approbat hanc lectionem Schottus, & a Manutio in veteri libro repertam esse asserit. Interim Savaro *stifit*

**F**tico, <sup>1</sup> hic sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, quum illa <sup>2</sup> fundum (secunda fortuna) emisset in diem, neque post calamitatem <sup>3</sup> versuram facere potuisset: ille se interposuit, pecuniamque sine foenore, sineque ulla stipulatione ei credidit: maximum existimans quaestum, memorem gratumque cognosci;

terit praefert, e suo Mf. neque recordari in hac trepidatione licet, an unquam ea facie locutio occurserit. *Sistere vadimonium, & sibi vadimonio non insolens animo & auribus meis est.* Apulejus lib. 4. Mettam. Cohortem nostram gladiis armatam ante ipsas fores Democarvis, velut explicationis vadimonium sistimus. Id. lib. 9. Ego jam tibi probe suosum & confirmatum animi amatorem illum alacrem vadimonio sistam. Gifanius legebat heic ex veteri codice: *Ut nullum illa siterit vadimonium sine Attico, & adducit ex lib. 2. cap. 14.* Gellii *Quid si vadimonium capite obvoluto fitisiet.* Cicero pro Quintio: *Venit Romanum Quintius, vadimonium fit.* Gebhardus. Ita quoque est in saepius laudato Mf. item apud Gifanius, & alios. Sunt, qui legere malunt: *sisterit.* Vadimonium quid sit, vide apud Lambinum heic, Turneb. lib. xii. *Advers.* viii. & Hotoman. lib. v. *Antiqu. Rom.* cap. iii. potissimum vero apud Vartron. v. de Ling. Lat. Et Festum in Praes. & Vas. unde caeteri descripsierunt. Adde Scaliger. ad loca citata Varronis & Festi. Differenzia quae sit inter *Vadem* & *Praedem*, his nos docet verbis Aufonius in Monosyllab. Idyll. xii.

*Quis subit in poenam capitali iudicio? Vas.*

*Quid si lis fuerit numeraria, quis habetur Praes.*

Quibus versibus dicit, vadem appellari, sponsorem datum in rebus criminalibus; praedem vero in causis civilibus. Cum quo convenit, quod Paulus Diaconus, five Festus potius loco citato scriptit. *Vadem, sponsor significare datum in re capitali.* Sed differentiam hanc non esse perpetuam docent viri doctiss. Heringius cap. iii. §. 43. *De fidejussor.* & Salmarius cap. xv. *De modo usur.* Ernstius. Arque sic & Mf. Gif. Ernst. & Savar. Nam quod apud Savarenem legitur, sisterit, erratum puto typographi, aequo acro sisterit in notis Lambini. Vett. edd. & Mf. Schotti ac Petanii, praesiterit. quod Latinum non putat Gifanius in observat. *Lat. L. pag. 243.* Ego natum puto ex proxime praegresso praesit. adde Indicem in *vadinonium.* Bosius. Leid. & Voss. A. C. praesiterit.

<sup>1</sup> *Hic sponsor]* Abeat vett. edd. pronomen. Scriptit, opinor, Ne- pos: *sine Attico: Atticus sponsor o.r. f.* Abforptum posteriore loco positi- tum Attici nomen abeo, quod pri- oris, & solum nunc legitur. *Bosius.*

<sup>2</sup> *Fundum sec. fortuna emiss. in diem.]* Ut solveret certo tempore. Frequens est in omnibus contractibus diei vel conditionis adjectio. *Lib. 3. obligationum fere. D. de oblig. & actionibus.* qua in futurum tempus & causa confertur actio. Argumento §. *Empio. Institut. de Emption. & vendit.* Ernst,

sci; simulque + aperire, se non fortunae, sed hominibus solere esse amicum. Quae quum faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare. <sup>5</sup> Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum potitum. <sup>6</sup> Sed sensim is a nonnullis optima-<sup>7</sup>  
tibus

Ernst. Illud secunda fortuna a fuisse a scripto cod. ait Schottus; & Leidens Msc. vox fundum aberat. Quare utrumque glossema putabam, ac Nepotem scriptissime: *cum illa emisset in diem.* Potuit tamen *a fundum a voce secunda ob similitudinem absorberi.* Ut Nepos scripsit, *fundum emisset in diem:* reliqua adjecterit aliquis propter illa, post calamitatem. Mox a q. libris absedit ei ante rō credit. Bosius. Pro quin etiam Voss. A. quod etiam. Secunda fortuna absunt Vossiano A. de phrasili in diem enore vide Interpr. ad Phaedr. lib. 1. f. b. 16

<sup>3</sup> *Verburam facere]* Uterque Ms. Medicaceus legit *usuram facere* sed corrupte. *Verburam facere* quid sit post Festum & Donatum docet Budaeus. Ernstius. Omnes mei *usuram facere.*

<sup>4</sup> *Aperire]* Pro declarare, indicare. quidam apparere tentarunt. Ego contra libros nihil muro. Schottus. Supra 9, 2, 3. *Necque non fuit aperatum:* perspicuum ac clarum. Gebhardus. Camillus Sighicellus mavult apparere. Ernstius.

<sup>5</sup> *Nemini enim in opinionem veniebat]* Scriptus codex, quo usus sum, dicitur: *Neminis eius opinioni veniebat.* Nemini autem dixisse veteres, Priscianus, & Nonius auctores sunt. Plautus Captivis: *Neminis miseret, nam mei miseret neminem.* Et Lucilius libro 30. *Neminis ingenuum tantum confidere oportet.* Schott-

tus. Non ausim rejicere scripturam Schottiani codicis. Etsi alterum Ciceronianum est. Ut Philipp. 2, 16. *Qui istuc venit tibi in mentem?* Bosius. Leid. m. & Voss. A. Nemini en. opinioni veniebat. Sed in opinionem legitur ante temporis in Leidensi meo.

<sup>6</sup> *Sed sensim is a nonnullis opt. reprob.]* Vetus liber editus & Bosii habent sensus ejus. Medicaceus Cod. 2. sed sensim a nonnullis optimatibus ejus rei reprehendebatur. Cui scripturae faciet quoque Medic. Msc. Cod. 1. Ernstius. Auditores una voce Ms. Schotti & ed. Rom. a norm. opt. ejus reprob. Duabus Medicaci, ejus rei reprob. sed alteri eorum provocabulum is aberat. Sim. Bosius, Gruterus & alii edidere: *Sed sensus ejus a nonn. o. r. quod etiam Schottus praefert observat.* 3, 2. ut sensus idem sit, quod propositum, consilium, judicium. quomodo passim ea voce, cum alii veterum, tum Noster etiam, usi. vide Indicem. Atque sic & Barthius laudat, explicatque, in notis ad Phasbadium. Omnes, ut arbitror, reclamantibus libris. Conjiciebam igitur legendum: *sed sensim is a nonnullis opt. ejus rei reprob.* Ejus rei, subaudi causat scilicet quod uxorem Antonii juvisset. rō rei absorptum in Medd, codd. a prima sequentis vocis syllaba. Eo expuncto, mox alii & provocabulum ejus, quippe cui nihil respondebat, jugularunt. Bosius;

C A P . X.

1 **I**lle autem sui judicij, potius quid se facere par-  
eret, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent.  
2 **C**onversa subito fortuna est. Ut Antonius rediit in  
Italiam, nemo non magno <sup>3</sup> [in] periculo Atticum  
[futurum] putarat propter intimam familiaritatem  
Ciceronis & Bruti. Itaque ad adventum imperato-  
rum de foro decesserat, timens proscriptionem. late-  
bat

Leid. m. & Voss. A. sensim is. C.  
sensim is. pro optimatibus Voss. A. &  
C. optimatibus ejus.

1 **I**lle autem sui judicij] Kat' i-  
dear intellige moderationem, aut si-  
mile quid, ut sit. **I**lle autem sui ju-  
dicij moderationem potius, quid se fa-  
cere pareret, intuebatur. Uti Cic. de-  
feneat. Novi moderationem animi tui.  
Ernsti. Id est, sumus judicium  
sequens, sive id tenens, quod ex  
praescripto rectae rationis probaret  
ipse, non quod alii ex opinione  
vulgi laudaturi essent. *Buchnerus.*  
*Schotto l. c.* illa duo vocabula, *sui*  
*judicij*, glossema videntur, ex ora  
adsumtum. Vellem rationem addi-  
dissem, nam ego quidem nullam vi-  
deo. *Bosius.* Recte locus explicatur  
a Buchnero: subintelligitur enim *vir*  
*judicij* *sui* vel *ens*, ut in Catone cap.  
1. *Primum stipendum meruit amorum*  
*decem septemque*, & vide eundem  
*Perizonium*, quem ibi citavi, ad  
eundem Sancti librum n. 27. Hu-  
jusmodi vero, qui suo in rebus ju-  
dicio utuntur, *sui* esse etiam dicun-  
tur a Cicerone. Vide Tib. Wopkens  
lib. 1. Leet. Tull. cap. 2. Pro illi  
quod in Edit. Hackiana legitur,

mei codices *alii* exhibent.

2 **C**onversa subito fortuna est] Sic  
M. Manutii, Gif. Schotti, Vul-  
go abest *subito*, etiam a Leideni  
*Bosius*. Mei codices agnoscunt *subito*.

3 **I**n periculo Atticum putarat] In  
abest a vet. cod. ut saepe in lib. de  
vita excellentium Imp. qui vulgo *A-*  
*milio Probo* falso adscribitur. *Schottus.*  
vide Ind. v. *effe*. statim *futuron* a  
Lambino est. M. & vett. edd. i-  
gnorant. Sic & albi. denuo adi  
Ind. v. *Ellipsis*. *Bosius.* Soli Vossiano  
C. abest *praepositio in*, qui *futu-*  
*rum* etiam omittit.

4 **O**pem talerat] Supra: *P. Vo-*  
*lumio ea tribuit*, ut plura a parente  
proficieti non potuerint. Post vero,  
*Praefectus Fabrum Antonii* dicitur.  
*Schottus.*

5 **I**lis temporibus] Ita V. C sic su-  
pra c. 8, 4. quantum eae patenterit.  
hae idem scr. lib. *Schottus.* Vulgo  
erat, *his temp.* *Bosius.* Hackiana  
Editio profert *in his temporibus*, sed  
omnes mei codices omittunt praec-  
positionem: *pro modo hi* Voss. A.  
*modo ii* perpetua variazione.

6 **H**abebatque] Q. edd. *Habebat*.  
*Bosius.*

batque apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus paullo ante, <sup>4</sup> opem tulerat: (tanta varietas <sup>5</sup> iis temporibus fuit fortunae, ut modo hi, modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo:) <sup>6</sup> habebatque secum <sup>7</sup> Q. Gellium Canum, aequalem, simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, <sup>3</sup> quod cum eo, quem puerum in ludo <sup>8</sup> cognoverat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam aetatem amicitia eorum creverit. Antonius autem et si tanto odio <sup>4</sup> ferebatur in Ciceronem, <sup>9</sup> ut non solum ei, sed omnibus etiam <sup>10</sup> ejus amicis esset inimicus, cosque vel-

<sup>7</sup> Q. *Gellium Canum*] Meminit & Cicero saepe, ut lib. 13. epist. 31. ubi *Canum* in opt. libris scriptum affirmant: & epist. 41. lib. 14. *Canum* filiam ejus Q. Ciceroni filio nuptum dare voluisse colligere licet: quod an e re foret Atticus dubitarat lib. 15. epist. 21. Schottus. Bosius Comm. ad Epist. 131. lib. 3. ad Attic. legit *Gellium Canum*. Ernstius. Sic autem recte Mff. Gif. Manutii, & Schotti. Male alii, *Canum*. Nam *Canus* gentis nomen est; *Canus* cognomen Gellicorum. Nemo autem, isto quidem aeo, duo nomina geniticia habuit. Idem cognomen e libris vett. *Senecae de tranquill. animi cap. 14.* ubi vulgo legebarur *Canus Julius*, restituit Lipsius. A Gif. & qq. edd. aberat pronomen *Quinti*, sed erat in Man. & Sch. ae ed. Rom. Boſius. Leid. & Voss. A. *Gelum Canum*. Voss. C. Q. *Sellum Canum*.

<sup>8</sup> *Cognoverat*] Q. edd. *cognovat*. Bosius. Pro puerum Voss. C. *puer*.

<sup>9</sup> *Ut non solum ei*] Voss. C. *Us non solum eis*.

<sup>10</sup> *Ejus amicis*] Ita Lambinus & alijs post illum contextum mutarunt.

Qui auctoritate, illi dicant. Ego in Mff. Codd. quos vidi, omnibus, constanter scriptum esse observo: *etiam suis amicis*. Quomodo etiam in veteribus libris editis extat. Duostamen oportet, ut membranaceos libros Mediceacos excipiam, in quibus est: *sed etiam omnibus ejus amicis*. Verum *suis* saepe dici pro *ejus* nemo, qui bonos scriptores legerit, ignorat. Exempla Pronominum *ejus* & *suis* confusionis habemus alia in hac ipsa Attici vita, inf. cap. 12. 5. *Quid in eorum periculis, pro in suis*. Et cap. 16. 4. *Non enim Cicero ea solum, quae vivo se acciderint. Sed audiamus hac de re* Calp. Barthium, qui lib. 12. Advers. cap. 13. ita insit. *Si error fuit, non tantus certe, quantum Grammatistae regularum futilium consarcinatores volunt*. Cornelius Nepos non in dubio aliquo libro; sed in vita Attici ita scriptis: *sed etiam omnibus suis amicis*. Hic magistellus aliquis ferulam vibrat & omnibus ejus amicis scribendum frisse argumentatur, *nidr in calina*. Vide apud eundem aliorum testimonias adducta. Ernstius. Sic Mff. Gif. & uterque

vellet proscribere: multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii, & ei, quum requisisset, ubinam es-  
set, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se  
veniret: se eum, <sup>1</sup> & illius caussa [Gellium] Canum  
de proscriptorum numero exemisse. <sup>2</sup> Ac, ne quod  
[in] periculum incideret, quod noctu fiebat, praesi-  
fidium

Medic. Sed alii, & plerique edd.  
vett. suis amicis. Quo fit, ut neu-  
trum a Nepote esse suspicer. Bo-  
sius. Unus Cod. meus Leidenis  
exhibit suis amicis. sed parum re-  
fert, utrum legatur suis an ejus.  
Consule Cl. Burmannum ad Phae-  
drum lib. 4. fab. 10. vs. 2. Ob-  
servationes Miscellaneas pro Jul.  
& Aug. 1732. p. 16. & J. Arnt-  
zenium ad S. A. Victorem de Vi-  
ris illustr. cap. 22. n. 2. nec in eo  
magis culpandi sunt, qui suis pro  
ejus posuere, quam Graeci, qui  
pro avvbi adhibent, ut docet  
Ill. Spanheimius ad Callimachi H.  
in Delum. vs. 233. <sup>2</sup> ejus tamen  
hic praefert Gronovius de Centes.  
& Unc. Us. pag. 647.

<sup>1</sup> Et illius caussa Gellium Canum] Mf. Schoppii (Verif. 3, 8.) & Ernstii,  
& ejus caussa Gellium Canum. Gifa-  
nianus: se eum & illius Canum Nempe  
& caussa abbreviat h. m. cā, absfor-  
psit prima nominis Canum. Neps  
scripsit, ut arbitror, & illius caussa  
Canum. Addidit aliquis e superiori-  
bus, Gellium; cumque & caussa  
excidisset, omissum & provocabu-  
lum est. Nam vulgo erat, & Gel-  
lium Canum. Mox libri & edd.  
vett. habent, ne quod periculum inci-  
deret. Praepositionem Lambinus ad-  
didit. Deinde, Medic. 2. praesi-  
dium eis misit. Verum repugnat,  
quod sequitur. sed etiam ei quem  
carissimum habebat. Commate pro-

ximo Gif. praefidium fuit; sed supra  
scriptum, vel praesidio. Apparet,  
prius illud esse ab haesitante libra-  
rio. Bosius. Voss. C. hic pro Gellium  
exhibit Galium. Pro exemplis ac Leid.  
m. exemplis at. Leid. & Voss. A.  
Ne quod periculum incideret. sed Voss.  
C. Ne quod in periculum incideret.  
Praepositio in non male additur, ut  
incidere in morbum in Dione cap. 2.  
incidere in insidias Livio lib. 2. cap.  
30 & similia passim apud Cicero-  
nem aliasque. Attamen facile ab-  
esse potest. Nam incidere saepe ad-  
hibetur pro accidere in rebus ma-  
lis & repentinis, ut sit ne quod peri-  
culum incideret sc. ei. Vide Celeb.  
Burmannum ad Ovidium 7. Me-  
tam. 524. Aut incideret periculum e-  
rit pro caderet in periculum, inci-  
deret in periculum, praepositionis  
trajectione Nepotius sita: quomodo  
Ovidius incidere escam, Virgilius in-  
cidere animos dixere (Vide Nob.  
Heinsium ad Halieutic. vs. 10.)  
ac deinde Quintilianus, Tacitus,  
Symmachus, Appulejus & alii lo-  
qui suere soliti, Consule Cl. Arnt-  
zenium ad S. A. Victorem Epitom.  
cap. 2. n. 6. Quamvis ultimum hoc  
nemini obtrudam: pro praefidium ei-  
misit Voss. C. praefidium & misit.

<sup>2</sup> Ac ne quod in periculum incideret] In nonnullis libris male omittitur  
in. De proscriptorum periculo, in  
quo esse solent afflicti, recte sen-  
tit C. Caesar in elegantissima O-  
ratione

sodium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, praesidio fuit. Neque enim suae solum a quoquam auxilium petiit salutis, <sup>1</sup> sed conjunctim: ut appareret nullam sejunctam sibi ab eo velle [esse] fortunam. Quod si gubernator praeccipua laude fertur, qui <sup>2</sup> na-  
vem

ratione ad Senatum apud Sallustium lib. de bello Catilinar. Nostra memoria inquit, viator Sulla cum Damascum, & alios hujusmodi, qui malo reip. treverant (ive uti est in Mf. Cod. Medicaco, qui malum reip. creaverant) jugulari jussit; quis non factum ejus laudabat? Homines sceleratos & factiosos, quis seditionibus remperagitarerant, merito necatus ajebant. sed, ea res magnae initium clades fuit. Namque uti quisque domum aut villam postremo, aut vas, aut vestimentum alicuius concipiuerat, dabant operam, ut is in proscriptorum numero esset. Idem fuisse factum temporibus Antonii, & in funestis nuptiis Parisib[us] testantur heic Nepos, & magni ingenii scriptor J. A. Thuanus lib. 52. Ernflus.

<sup>1</sup> Sed conjunctim ] Sed conjuncti, pro, amici, generandi casu veteri noster & Manutii. Nihil tamen demuto. Schottus. Mox ante Lanbinum editi, & Grut. ab eo velle fortunam, omisso *τῷ εἶ* esse. Quod verum puto. Basius. Pro neque enim Leid. neque. pro velle esse. Voss. A. C. velle.

<sup>2</sup> Navem ex hieme marique scopulo servat] Hiems saepissime a Latinis pro tempestate adhibetur. Consultant Juvenes Servium ad Virgil. 5. Aen. v. 11. & 626. Ciofan ad Ovidium 11. Metam. v. 490. Cuperum lib. 2. Observ. cap. 10. prope finem. Burmannum ad Val.

Flaccum lib. 1. Argonaut. v. 546. ubi hiemes pro mari crebris tempes- statibus moto ponit docemur. & Drakenburgium ad Silium Italicum lib. 12. v. 633. Elegans etiam est verbum servare, quod hic notat na- vem e gravissimo periculo salvam & incolumem in opatum portum perducere. Idem notat apud Livium lib. 1. cap. 12. At tu Pater Deum hominumque, hinc saltē arca hostis: deme terroris Romanis, fugaque foedam siste. Hic ego tibi tem- plum statori fori, quod monumentum sit posteris, tua praesenti ope ser- vatam urbem esse, vorveo: Id est liberatam e malo civitatem premente & in pristinum statum reductam. Vellejus Paterculus lib. 2. cap. 82. dixit sensu eodem servari periculis. Justin. lib. 5. cap. 7. Non exercitum, cuius virtute servati pulchriora possent moe- nia exstruere. Virgil. 3. Aen. v. 209.

Servatum ex undis Strophadon me litora primum  
Accipunt.

Et 5. Aen. 699.

Servatae a peste carinae.

Consule, Lector, Ciofanum ad Ovidium lib. 1. Trist. El. 2. v. 71. Eodem sensu verbum Σάλευ occursit apud Graecos. Euripid. Hecub. v. 247. Εἴσωσα δύτας quod Scholiastes explicat per ἐπινοίαν το. qui & σάλευ per πέριττα exponit ad Orest. v. 711. & per φυλάζει τη νύστι-

vem ex hieme marique scopuloſo ſervat: cur non ſingularis ejus exiſtimetur prudentia, qui ex tot, tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?

## C A P . X I .

**Q**uibus ex malis ut ſe emerferat, nihil aliud e-  
git,

<sup>18</sup> explicant ſcholia Oxoniae edita ad Sophocl. Ajac. vſ. 823. ſic οὐδὲν ἵδιον dixit Callimachus Epi- gramm. 51. vſ. ult. & Aelianus lib. 1. V. H. cap. 30. verbo οὐδέν usus est de eo, qui homines quodam a morte, ad quam damnati erant, liberat, ultimum iſtud, quo mox af- fecti fuſſent, supplicium lepidum quo- dam dicto deprecatuſ. hinc etiam pro ſanare & Σωτήρ pro medico. Vi- de Doct. Alberti ad Euang. Marthae cap. 9. v. 22. quo ſignificatiſimo tituſo insigniri ſolent Dii, qui pre- mentia hominem mala deprecati ſunt & averterunt, ſalutemque ei corrām dederunt, ut Jupiter (de quo illi Spanhemius ad Aristoph. Plut. vſ. 878. & 1176.) Apollo (idem ad Callim. H. Apoll. v. 40.) Diana Σω- τηρία (ad H. Dian. v. 258.) item Pallas (vide ad H. in Pall. v. 98.) Ce- reſque (ad H. in Cerer. v. 135.) de- niique etiam praeter alios Caſtor & Pollux Σωτῆρες fuere dicti (Schol. A- poll. Rhod. 1. Argon. 1037. Tor- rent ad Hor. 1. Od. 3. v. 2. Alberti ad Acta Apost. c. 28. v. 11. & Wefſeling. lib. 2. Obs. cap. 17. item Scheffer. ad l. l. Aelian.) quem titu- lum deinde per adulatioñem Ptole- maeo Lagi & Bereniceae, aliisque Re- gibus, nec non Antigono & Demetrio Poliorcetae tribuerunt, ut de- cent illi Spanhemius ad Callim. H. in Jovem vſ. 81. & ad H. in Delum.

vſ. 166. & Cel. Burmannus in Erud. Diſſerrat. de Jove Fulgeratore cap. 12. Adde eundem Spanhemium in Diſſertatione Quinta de paeſt. & uſu Numism. a pag. m. 380. ad p. 386. Hunc titulum ex hifce videmus aptiſſime conuenire aeternae ſalutis noſtræ Auſtori (Vide Euangel. Lucae cap. 2. com. 11.) recteque verti per ſervatorem, vel etiam conſer- vatorem, pelliſme vero per ſalvatorem.

[Quibus ex malis ut ſe emerferat] Qui pro quibus V. C. Ut ſe emerferit, Schedae Gifanii. Ut ſe emerſit, Lanib. Porro Emergit, & Emergit ſe veteres dixerunt. Sic in fine Nephos: Cum biduum cibo ſe abſinu- ifferet. Cicero de haruſp. reſpons. Ipha ſerpens, quae hic deliſcitur, tum ſe emergit, & fertur illuc. Sic & Erumpit ſe, Attius Epigono, apud Nonium, & Lucret. lib. 4. Virgil. 1. & 4. Georg, & 3. Aen. Caſtar lib. 2. Comm. bellī civilis: Portis ſe foras erumpunt; & Cic. lib. 16. ad Atticum, Ne in me ſtomachum erumpant, cum ſint tibi irati; & Te- rent. Enucho:

Iamne erumpere licet mihi hoc gau- dium.

Plura a Paullo Manutio. Aldi F. col- lecta ſunt in 8. lib. epift. ad familiāres, epiftola 14. Schottus. Lambinus & alii mutarunt emerferat in emer- fit, cum clīm eſſet, Quibus ex malis ut ſe emerferat. Sed cauſ-

git, quam ut plurimis, <sup>1</sup> quibus rebus posset, esset auxilio. Quum proscriptos <sup>2</sup> praemii imperatorum vulgus conquereret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit. nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. Qui etiam post praelium Philippense, <sup>4</sup> interitumque C. Cassii & M. Bruti, <sup>3</sup> L. Julium

Mo-

sa non est, cur heic nova fingamus, & comminiscamur: antiquissimus enim Ms. Cod. ita, ut nos edicimus, legit. Nisi quis putet magis Latine scribi: *ut ipse emerserat.* quod quidem optime cum sequentibus verbis: *quam ut plurimis esset auxilio,* conveniret. Verum, nihil muto, cum propter auctoritatem Ciceronis, quam Manutius ad h. l. citat, tum propter, Ruf. Fest. Avienum in descript. orb. terr. qui in eundem modum ita scribit. — *Qua lux se rursus Eoa Emergit pelago.* Neque novum id est apud scriptores, quod similibus verbis quartum casum adjiciant. Praeter ea exempla, quae Manutius & Andr. Schottus dederunt, accipe etiam illud, quod in antiquo Epitaphio Porcii Catonis legitur.

*Ne sua servitio premerentur colla tyrami,*

*Fortia crudeli penetravit petra ferro.* Apud Plautum in Trinum. *A. 2. sc. 2. v. 1.* eadem Syntaxi; *Quo illic homo foras se penetravit ex aedibus?* Quod bis repetitur in eadem scena. Sic Latini scriptores non raro dicunt *se abstinere a re aliqua.* Alia eiusdem generis exempla vide apud Vossium lib. 3. de Analog. cap. 4. & Casp. Barth. lib. 49. *Adversari.* cap. 13. ubi Nepotis hunc locum ita legit *Quibus ex malis ut se emerserat,* nihil aliud egit, quam ut quam fleximis, quibus rebus posset, esset assi-

*milio.* Ernstius. Leid. m. *ut se emerserit* item Voss. C. Neutris, ut vocantur, verbis Accusativum addere Latinis aequae ac Graecis familiare est. De verbo *emperere* consule J. Fr. Gronovium ad Livium lib. 36. c. 7. & Burn. ad Petron. Satur. cap. 124 p. 594. Alia exempla dabit Munkerus ad Fulgenti Virgilian. Contin. pag. 141. Sic Graecis *εἰδειν* active sumitur pro *εἴησαι*, *μετεῖσαι*, *προεῖσαι*. Vide Schol. Apollonii Rhod. 1. Argon. v. 478. & *κατεῖπεν* pro *κερατίζειν*. Schol. Sophoclis in Antigone v. 1172. Consule inprimit Celeb. Burmannum in Dissertat. de Jove Fulger. cap. 4. pag. 29. & 30.

<sup>1</sup> *Quibus rebus posset]* Elegantiam hujus locutionis ostendit Cl. Corritus ad Sallust. Cat. cap. 32. n. 2.

<sup>2</sup> *Praemii imperatorum]* Imperatoris scr. cod. vitiosc. Triumviro enim appellavit Octavianum, Lepidum, & Antonium: & mox [comm. 2.] *quoniam etiam concinnius,* quoniam *qui etiam:* quae lectio turbavit non nihil Manutianum, ut hyperbaton hic fingerer. Schottus, (Ms. Medic. 2. habet *praemii imperatoris vulgus.* Ernstius) Et sic quoque edd. ver. habent. Praetuli tamen alteram, cum Grutero: quoniam sequentibus congruenter est, *Eosius.* Voss. A. & C. etiam *imperatoris.* Paullo post pro *res ulla* Voss. C. *res nulla.*

<sup>3</sup> *L. Jul. Mocillam]* Mocilla co-  
gnomen

Mocillam <sup>1</sup> praetorium, & ejus filium, Aulumque Torquatum, ceterosque pari fortuna percussos, <sup>2</sup> instituerit tueri: atque ex Epiro his omnia <sup>3</sup> Samothra-  
<sup>3</sup> ciā supportari jussit. Difficile [enim] est omnia  
persequi, & non necessaria. Illud unum intelligi vo-  
lūmus: illius liberalitatem, <sup>4</sup> neque temporariam,  
<sup>1</sup> ne-

gnomen an alibi reperiatur, haud  
scio. Motacillas inter cognomina Ju-  
liorum recenset Schottus in *Electis*,  
& *Indice Annalium Pighii*. Quod  
fortassis & hec reponi debet. Est  
autem proprie nomen aviculae, quae  
Graecis *στρατιώτης* dicitur. Bosius.

<sup>1</sup> *Praetorium*] Sic ed. Rom. Col.  
aliae: melius quam recentiores,  
quae *praetorem* faciunt. Bosius. Leid.  
& Voss. Voss. A. C. *praetorium*. Pro  
percussos Voss. C. *percussos*.

<sup>2</sup> *Instituerit tueri*] Sic V. lib. no-  
ster, & Gifanii cum vulgatis. Lam-  
binus, *instituit*: & *jussit*, pro *jusse-*  
*rit*: post, [vers. 3.] & *non necessaria*  
idem leg. divinabat: scrip. ta-  
men lib. *necessaria* praeferebat, nisi  
quod <sup>2</sup> enim auit a meis, & Ob-  
erti Gifanii schedis. Schottus. Ne-  
que id male. Pro <sup>2</sup> *non necessaria*,  
Freinshemius conjiciebat leg. etiam  
*necessaria*. Lambino praeivit ed. Col.  
quae legit, & *non necessarium*; &  
paullo ante, *prosequi*: quod etiam  
in Rom. invenit. Quidam libri,  
*infliterit tueri*, quomodo Livius 34,  
59. *Memippus de precari & Quintum*  
& patres *inflitti*. Bosius. Leid. m.  
*instituerit*. Voss. A. *instituit*. C. *inflite-*  
*terunt*. pro *jussit*. Leid. m. *jussit*.  
Pro *difficile eum est* omnes mei  
Codd. *Difficile est*. pro *persequi* Voss.  
A. *prosequi*.

<sup>3</sup> *Samothracianam*] Quae & Samo-  
thrace dicitur est Thraciae insula  
in mari Aegeo: sacra habebatur, &

instar Asyli patebat supplicibus,  
practerquam homicidii reis. Vide  
Liv. lib. 44. & 45. Flor. 2. cap.  
12. Eo etiam hi post Philippense  
praelium configurerunt *Erythrius*. fo-  
lus Voss. C. *bis omnia*, ceteris ha-  
bentibus *bis omibus*.

<sup>4</sup> *Neque temporariam*] Manutius  
exponit *exigui temporis* falso! Et in  
alteram interpretando partem *Schot-*  
*tus* quoque errat. Quis enim un-  
quam *temporarium esse lētum* audīvit?  
*Temporarius* est, qui spectat tempus,  
affectusque suos successu fortunae  
alterius attemperat. Explicavit se  
ipse paullo superius: *Quae cum fa-*  
*ciebat*, *nemo cum temporis caussa face-*  
*re poterat existimare*. Curtius 4, 5, 11.  
In eo consilio, ut sunt Graecorum tem-  
poraria ingenia, decernunt, ut duode-  
cim legarentur ad regem, qui ob res  
pro salute Graeciae ac libertate gestas,  
coronam auream, donum victoriae fer-  
rent. Idem paullo ante *incertae famae*  
*captaverant auram*, ut quinque pen-  
dentes animos tulisset fortuna, seque-  
rentur. Ergo temporaria ingenia,  
qui tempore hue illuc vertuntur,  
felicioribus amici atque adhaeren-  
tes; calamitosis leves ab iis ad fel-  
lices desultores. *Temporaria liberalitas*,  
quae caprat felices, & tempo-  
ris caussa largitur, quamdiu sperat  
fore eundem rerum secundarum  
cursum. Hanc dispone mente Cur-  
tius 1, 3, 4. *Madates erat hujus re-*  
*gionis praefectus*, *haud Jane temporiorum*

neque callidam fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus <sup>4</sup> 2 judicari potest: quod non florentibus se <sup>3</sup> venditavit, sed afflictis semper succurrit. qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus post mortem ejus, <sup>4</sup> quam florente, coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias gessit: quod neque laedebat quemquam, neque, si quam injuriam acceperat, <sup>5</sup> non

ma-

multorum homo: quippe ultima, pro fide, experiri decreverat. A Scholiorum Auctore in Aristophanis Ranae Temporarium ingenium optime exponitur, ταῦτα μέντοι, ἀγρίστες, νεόδουλοι τοῖς νεαροῖς, οὐ γά τοι αγέρτοι μητροὶ αἰὲν διδότει λαύτη. Et temporarii amici, qui amicitarum iura non fide, sed successu ponderant, ut loquitur Justinus 22, 7, 3. Gebhardus.

1 Neque callidam] Puto scripsisse Nepotem neque calidam liberalitatem, pro temeraria; ut contra, temporaria, lenta nimis. Sic calidum mendacium Plauto: *calida consilia*, Ter. in Eunacho, & Cic. 1. offic. in opt. libris; Vulgati enim libri *callida*: Reperies multos, quibus periculosa & *calida* consilia, quaevis cogitationibus *splendida* & *magna* videantur. Schottus. *Callidam*, infidatrixem, captratrixem. Schottus *Calidam* legit, redditque *temerariam*. certe non *callide*. Cotta apud Sallustium: *Neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad maleficendum exerui*. Gebhardus. Non ceperunt viri docti, quid sit *Callida liberalitas*. *Callidi* & *astuti* propriè dicuntur, qui suum tantum commodum respiciunt & ad suam utilitatem omnia referunt, non vero aut reip. aut amicorum. Cic. 10. ad Artic. ep. 5. *Astute nihil sum adesturus, nisi in Hispania quidlibet*. Graevius.

2 *Judicari potest*] Editi aliquot, indicari potest. non placet. &c v. lib. statim, *vendicarat*. Schottus.

3 *Venditavit*] Corrupte, qui *vendi*cavit hactenus legerunt, ut intelligatur Atticum non captatio gratiam eorum, qui plurimum poterant in Rep. sed viatis partibus saepe tulisse opem. Constat enim non ambuisse favorem Syllae aut Pompeji aut Caesaris, vel Antonii, aut Augusti: quin potius pecunia subvenisse Pompejanis & Brutianis, eorum afflictis rebus. Sic *Lud. Vives* epist. quae penes me est, ad *Franc. Cranefeldum* J.C. Schottus. Ita Cicero pro Sulla. *Fallacissime se alicui vendicare*. Gebhardus. Leid m. *vendicavit*.

4 *Quam florente*] Sic rectius scriptus lib. & Lambini, ut *Bruto* exaudiatur: id est, quam opibus & copiis valente. Plutarchus enim *Bruto* superstitem fuisse matrem auctor est. Schottus. Atque sic etiam ed. Rom. haber. M. Erastii, eo *floreante*. Male aurem vulgati, *florentem*. Statim ed. Rom. *sic liberalitatem utens*, quomodo supra cap. 8, 4. si quid Brutus de suis facult. uti voluisset. Nil tamen muto. Bosius. Leid. m. & Voss. C. *floreante*. Pro *liberalitate* Leid. m. *libertate*.

5 *Non malebat ulisci, quam obvisci*] Si negatio retinetur, legendum mutato ordine verborum, non

ma-

malebat ulcisci, quam obliuisci. Idem immortali memoria<sup>1</sup> praecepta retinebat beneficia: quae autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur: **SUI CUIQUE MORES FINGUNT FORTUNAM.**

Ne-

malebat obliuisci. quam ulcisci. quo fortasse modo a Cornelio scriptum est. & ita habet editio nostra Ciceroniana. *Lambinus*. Vulgati: neque si quam injuriam acceperat, malebat ulcisci, quam obliuisci. Script. noster tamen integris literis: Ne que si q. in. acc. non mallebat ulcisci, quam obliuisci: quam ego mendosam esse; *Lambinus* non temere assentiar: non enim vidit vir bonus Graecorum imitatione saepe Latinos negationes geminasse, quae tamen nihil affirmant. Exempla apponam. M. Tullius: Negant Stoici, nec virtutes, nec vitia crescere. *Terent.* Negat neque ejus patrem se sciare quis fuerit. Et fort. & ejusdem: Negque hanc dicas tibi non praedictum, eave. *Catullus* in *Coma Berenices*, ut ipse quidem scriptum vidi: Namque ego non nullo vera timore tegam. *Tibull.* lib. 4. Ne legat id nemo. *Propertius* lib. 2. Absenti nemo non noctuisse velit. Nam *Lucilius Satyr.* 17. & *Varro*is *Bimargo*, & 2. de vita pop. Rom. M<sup>o</sup> Antonius *Muretus* in *Catull.* adnotavit. *Schottus*. Negotio erat etiam in Leid. & ed. Rom. *Grut.* aliisque. *Bosius*. Conscient & mei. Vide Cl. *Duker*. ad *Florum* 3, 17. in fine. & nos ad *Iphicrat.* cap. 2.

<sup>1</sup> *Praecepta retinebat officia*] Id est ante accepta *προσλαβόντα*, ait *Lambinus*, qui pro *percepta*, uti est in veteribus libris, ita legit. *Ernstius* Sic V. C. noster: *praecepta Lamb.*

pro, ante accepta; [Gracis *προσλαβόντα*, ut alibi saepe M. Tullius, & Virg. 11. *Aeneid*. *Exultatque animis*, & spes jam praecepit ante, Schottus. Sed praefero lectionem librorum & edd. veterum. *Bosius*. Solus *Vossianus* C. *praecepta*. *Praecepere* & *pervicere* saepius confunduntur in Mss. ut apud Val. *Maximum* lib. 3. cap. 1. n. 19. ubi vide *Interp.* Pro *tandiu* Leid. m. *tandiu ipse*.

[*Sui cuique mores fingunt fortunam*] *Elegans πρόσωπα*. Ut M. *Tullio Nepotem* familiariter, sic & scriptis ejus usus appetit. Sic enim *Paradoxo* 5. *Fortuna*, sicut *sapiens poeta* dicit: *Suis ea cuique singitur moribus*. quod fortasse ex *Plauto* sumptum in *Trinummum*:

*Sapiens ipse fngit fortunam sibi*. Et lib. 9. ep. 12. *Odi hominem & odoro*. utinam ulcisci possem, sed illam ulciscuntur mores sui. *Nomius Marcellus* versum illum *Maronis* explicans, libro, ut vocat, *De docto. indagine*. *SED MISERA ANTE DIEM, SUBITOQUE ACCENSA FURORE*: *Dubio*, inquit. potius, quam difficultate intellectu vates posuit, *SED MISERA &c. cum huic sententiae aduersetur versus ejus*.

*Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.* Verum sensibilitatis ejus non levius ratio est, quae prima sententia Philosophica accipit intellectum, quae ait, **SUI CUIQUE MORES FORTUNAM FINGUNT, omnipotens fortuna esse de-**

Neque tamen <sup>3</sup> prius ille fortunam , quam se ipse , finxit : qui cavit , <sup>4</sup> ne qua in re jure plesteretur.

## C A P X I I .

**H**is igitur rebus effecit , ut M. Vipsanius Agrip-  
pa , intima familiaritate conjunctus adolescenti

Cae-

definit : quod Sallustius mire : FOR-  
TUNA SIMUL CUM MORI-  
BUS IMMUTATUR : ac per hoc  
ex ea similitudine jam Fatum inelucta-  
bile esse non poterit , quod ex una causa  
Fortuna ferri videatur & Fatum . &c.  
Non dissimile illud Juvenalis Sat.  
10. extr.

Nullum numen abest si sit Pruden-  
tia , sed te

Nos facimus Fortuna Deam , coel-  
que lacrimas.

Eadem Satyra 14. Sed &c alia me-  
moria repeto . Praeter Crispi enim  
illum locum , en tibi & Livii lib.  
39 de M. Catone : In hoc viro tan-  
ta vis animi ingenique fuit . ut qua-  
cumque loco natus esset , Fortunam sibi  
ipse facturus videtur . Et Macro-  
bius lib. 1. cap. 11. de servorum  
fortuna : Sibi quisque dat mores , con-  
ditionem casus assignat . Huc perti-  
nere & tota D. Jo. Chrysostomi Ho-  
milia in illud , Nemo laeditur nisi a  
seipso . Schottus . Haec sententia  
primum auctorem habuisse veterem  
quendam poëtam videtur . ut col-  
ligere est ex quinto Paradoxo Ci-  
ceronis , ubi ait : Sapientis voluntati  
atque judicio etiam , quae vim ha-  
bere maximam dicitur , Fortuna ipsa  
cedit , sicut sapiens Poëta dicit : Juis  
ea cuique singitur moribus . Quis Poë-  
ta ille fuerit , incertum , nec hu-  
jus loci est disquirere . quod faci-  
am suo tempore in Nat. ad Sallust.  
Ep. 1. de Rep. ordin. ad verba : Sed

res docuit id verum esse , quod in Car-  
minibus Appius ait : Fabrum esse sine  
quemque fortunae . Est autem mens  
hujus sententiae : Ut cujusque ani-  
mus & mores sunt , qui uritur for-  
tuna , ita & hanc plerumque eve-  
nire . Unde Sallustius bell. Catil.  
cap. 2. ait . Fortuna simul cum mori-  
bus immutatur . Et infra noster:  
Suos cuique mores conciliare fortunam .  
Sapiens enim , qui subducta faris  
ad vitam ratione est , scit ex us  
regere fortunam , & adversa quo-  
que tolerare ac in bonum vertere .  
Quo sensu Plautus in Trinummo  
a. 2. sc. 2. dixit : Sapiens ipse fingit  
fortunam sibi . Eone malta quae ne-  
volt evenient , nisi fictor malus est .  
Et Columella lib. 1. de re rust. c.  
3. Quemadmodum sapientis est fortu-  
tos casus magno animo sustinere ; ita  
dementis est , ipsum sibi malum facere  
fortunam . Jul. Caes. Scaliger in  
Orat. pro Germanis militibus ad  
Viennam caesis : Multi sibi fortunam  
singunt , pauci faciunt . Loccenius .  
In Gif. erat una voce auctius : Sui  
cuique mores singunt fortunam homi-  
nibus . Ut sit versus senarius . Vix  
putem a librario esse . Sane Poë-  
tae alicujus dictum esse , vel e Ci-  
cerone liquet . Bosius . Eadem fere  
Ernstius .

<sup>3</sup> Prius ille] Transponit Gif. ille  
prius . Bosius .

<sup>4</sup> Ne qua in re jure plesteretur] Ab-  
est illud jure ab ed. Rom, Col. a-  
lit 12

Caesari, quum propter suam gratiam, & Caesaris potentiam, nullius conditionis non haberet potestatem, potissimum ejus deligeret affinitatem, <sup>1</sup> praecoptaretque equitis Romani <sup>2</sup> filiam generosarum nuptiis, atque harum nuptiarum conciliator fuit <sup>3</sup> (non est enim celandum) M. Antonius <sup>4</sup> triumvir reipubl. consti-  
tuen-

Iisque: sed invenit in suo codice Schottus. Uno consensu Mss. addunt jure plecteretur. Non abludit Publius:

*Id agas, tuo te merito ne quis oderit.* Gebhardus. Dubitat tamen, ex praecedenti *in re causa vox sit, an ab aliis rō jure non jure omisum sit.* Mihi posterius vero propius videtur. In q. edd. eodem Schotto referente, asuit & praepositio *in*, Bosius. Mss. consensui erat affentiendum. *Jure plecti* dicitur hic pro merito plecti, quod frequenter legitur. Phaedrus fab. 31. lib. 1. Merito plectimur. Suet. Vesp. 12. Merito se plecti, qui triumphum &c. tam inepte senex concupisset. Sed in re vereor, ut ex jure sit natum, neve postea qua accesserit. Non enim solent haec adjungi. Matius ad Ciceronem 11. ad Fam. Ep. 18. Plecteris ergo, inquit, cum factum nostrum improbare audes. Graevius. Leid. m. & Voss. A. C. ne qua in re jure plecteretur.

<sup>1</sup> Praecoptaretque] Sic V. lib. & dilegeret, non deligeret; ut &c Festus scrib. docet. Impressi aliquot per optaretque, & statim generosam pro generosarum. Schottus. Utrumque perperam. Bosius. Paullo ante pro effecit Leid. m. fecit. pro M. Vipsanius Agrippa, M. Agrippa. pro diligenter, deligeret. & Voss. A. C. generosarum.

<sup>2</sup> Filiam] Atticam, quam vno-

uerat Atticulam Cicero vocat 6. epist. 5. extrema. De affectu in eam Attici lib. 7. epist. 2. & 5, 19. Heidemannus.

<sup>3</sup> Non est enim cel.] Sic liber Schotti. Alii, non enim est cel. Badius.

<sup>4</sup> Triumvir reipublicae constituendae] Sic prior legendum esse conjecturam juvenis eruditiss. Cl. Puteanus: quam conjecturam suam cum ad me resulisse, ita approbavi, atque adeo arripui, ut non dubitarim continuo receptam scripturam, ut corrumptam, damnare. Natum autem mendum est ex antiqua scriptura, quae talis erat, M. Antonius III. vir R. P. G. Cuius gratia, &c. id est, M. Antonius triumvir reipubl. constituendae. cuius gratia, &c. Putavit scilicet scriptor aliquis librarius, litteram C esse inanem & supervacaneam, atque idcirco eam in desribendo, vel sciens omisit, vel propterea quod vox proxime sequens ab eadem littera initium capit, imprudens praetermisit. Lambinus. Scriptum extrat in veteribus libris tam editis quam Mss. Triumvir Reip. C. hoc est, constituendae, quam Manutius lectionem praeter loca a Lambino adducta valde confirmat Andr. Dom. Floc. lib. 2. de potest Rom. cap. 22. ubi inter alia haec adserit. Igitur Tyrannidem praetextu pio magistratus palliare pergentes (Caesarem, Lepidum & Antonium subaudi) sepe

tuendae: cuius gratia quum augere possessiones posset suas,<sup>1</sup> tantum absuit a cupiditate pecuniae, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidem<sup>2</sup> sub ipsa<sup>3</sup> proscriptione perillustre fuit. Nam quum L. Saufeji equitis Romani, aequalis sui,<sup>4</sup> qui cum eo complures annos, studio<sup>4</sup> ductus philosophiae, habitabat,

ha-

*se se Triumviro Reip. constituendae appellavere: quorum natus & auspiciis omnis Resp. niteretur Vid. Val. Prob. in T. R. C. Ernfius. Leideni & Vossianus A. C. abest constituendae.*

<sup>1</sup> *Tantum absuit.] Absuit, multo & concinnius, & venustius, præferebant membranae. Schottus. M. Medic.* <sup>2</sup> *Tam absuit. sed Tam protantum rarissime legitur. Ernfius.* Omnes mei tantum. Voss. A. & Leid. *afuit.* Pro deprecandis male Leid. m. *precandis.* Deprecari est depellere. Consule Cl. Burmannum ad Quintilian. lib. 3. Instit. Orat. cap. 6. p. 240.

<sup>2</sup> *Sub ipsa proscriptione.] Sic ed. Rom. Col. Grut. aliaeque. Pro quo Lambinus, opinor, reposuit, sub ipsam proscriptionem, quod alii retinuerunt. Atqui utuntur altera ratione etiam optimi scriptores, vide Indicem. Bosius. Leid. m. sub illa proscriptione. Sed Voss. A. C. sub ipsa proscriptione. Cl. Cortius ad Cicero. t. fam. Ep. 9. n. 1. citat sub ipsam proscriptionem. Sed sequamur plurimorum codicum fidem. Consule Celeb. Perizonium ad Sancti Minervam lib. 4. cap. 6. n. 6. & Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 1. Strateg. cap. 5. n. 31. & ad lib. 3. c. 9. n. 3.*

<sup>3</sup> *Qui cum eo complures annos fit d. Phil. habitabat.] Vulgarem. qui*

complures a. fit. d. Ph. habitabat, & præfca lectio confirmat: Levi tamen commutatione tentabam, qui cum plures annos fit. d. Ph. habitarat. Ut cum eo addere nihil sit necesse. Lamb. Athenis habitabat audaci conjectura adjecit. Schottus. Ed Rom. qui cum pl. a. fit. d. Ph. habitabat. Ut nos edidimus, emendavit Ursinus: sequiturque Gotfredus & Gruterus. Neque melius quid nunc occurrat. Illa cum eo facile excidere potuere ob sequens complures. Vulgatae nullus inest sensus. Schotto & ed. Rom. adversatur, quod statim sequitur habebatque Bosius.

<sup>4</sup> *Ductus Philosophiae.] Ejus Philosophiae, cuius Epicurus auctor fuit; in qua haeresi Atticus quoque fuit: Manutius ad h. l. & ad Epist. 19. lib. 5. ad Attic. notat. quem errorem etiam Schottus erravit. Ceterum miror doctissimum virum levibus de caussis Atticum istius sectatae asseclam arguere, neque falsum illud consequens animadvertisse. Epicurei, uti ait, sua tantum curabant. Atticus vero sua tantum non curabat, ut ex tota ipsius vita videre est. Ergo fuit Epicureus. Si conclusio semper, auctore Aristotele t. Analyt. t. cap. 7. imitari ac sequi debet partem debiliorem, ego concludam. Atticum nullo modo Epicureum fuisse. Verba Ciceronis,*

habebatque <sup>1</sup> in Italia pretiosas possessiones, trium-viri bona vendidissent, <sup>2</sup> consuetudine ea, qua tum-res gerebantur: Attici labore atque industria factum, ut eodem nuntio <sup>3</sup> Saufejus fieret certior, se patrimo-nium amisisse & recuperasse. Idem + L. Julium Ca-lidum, <sup>4</sup> quem post Lucretii <sup>5</sup> Catullique mortem multo elegantissimum poëtam nostram tulisse aeta-tem vere videor posse contendere, neque minus vi-rum bonum, optimisque artibus eruditum, <sup>7</sup> post pro-

nis, quae Manutius pro sua senten-tia citat, quamquam ~~ex~~<sup>etiam</sup> nullam mibi sumo, longe aliam patiuntur explicationem, quibus velim addas ejusdem Epist. 1. lib. 13. ad Fann. & negotium erit expeditum. Et lib. 1. de fin. ubi omnem doctrinam Epicureis admittit, Atticum ve-ro in citata Epistola hominem o-mni liberali doctrina politissimum vocat. Ernſtius. Philosophiae Akenis absunt Vossiano A. nec in Cod. C. Athenis legitur.

1 In Italia possessiones] Voss. C. in Italianam possessiones. ut in Eumene cap. 2. §. 2. Schottus scripsisse Nepotem putabat in hostium erat po-testatem. de quo loquendi modo Cl. Burmannus ad Quintilian. lib. 6. Inst. Orat. c. 2. p. 523. Et in Italianam potest explicari per intra Italianum. Vide Cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. strategi. cap. 3. n. 6. Posseſſi-ones vocantur agri, fundi, villaæ, præ-dia aliaque res immobiles. vide Fe-stum, Ciceron. 2. de Lege Agrar. cap. 21. & Cl. Dukerum de Juris. Veter. Latinitate p. 87.

2 Consuetudine] Vide Ind. Mox ed. Rom. & pleraque aliae, fa-ſum est: atque sic rescribendum, Boſius. Vide ad Aristid. 3, 3. Nam mei non agnoscunt verbum est.

3 Saufejus fieret certior] Sanfeus in membranis recte; sed fieret clari-or non recte, ut non usquequaque iis fidendum sit. Saufejus Epicureae sectæ Philosophus, in qua haec refi fuit & Atticus, lib. 4. epist. 6. & lib. 5. epist. 19. & epist. 1. lib. 7. Et lib. 13. ad Famil. epist. 1 Schot-tus. In Ms. Cod. Medic. 2. legitur. Saufejus fieret clarior. Verum nullo sensu. Ernſtius. Discipulum Epicureorum fuisse Atticum, etiam ex lib. 1. de finib. cap. 5. & 1. de legib. 7. apparet Negat tamen Epicureum fuisse Ernſtius. Vide, & judica, qui potes. Boſius. Paullo ante pro-tum res gerebantur Leid. m. tum ge-rebantur. Pro Sanfejus. Leid. m. Sanfrius. & supra pro Sanfeji, Sanfrio. Pro certior Leid. & Voss. A. C. clarior. sed in Vossiani prioris margine no-tatum erat. al. certior.

4 L. Julium Calidum] Sic edi-dere Gruterus ac Gebhardus. recte. Vulgo, etiam in Ms. Gif. & Schotti, Calidum legitur: melius, judi-cio Schotti, qui & in Eleſſis idcirco Calidus cognomenJuliae gentis fe-cit. Atque sic & Vossius hunc no-strum vocat lib. de Poetis Latinis cap. 2. Rectius Barthius, qui adverfar. 37, 8. Calidum dixit. Nempe Ga-lidius gentis Romanæ nomen est. ae-

proscriptionem equitum, propter magnas ejus Africanas possessiones, in proscriptorum numerum a P. Volumnio, praefecto fabrum Antonii, absentem relatum, expedivit. Quod in praesenti utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare: quod in eorum periculis, non fecus absentes, quam praesentes, amicos Attico esse curae cognitum est.<sup>8</sup> Neque vero minus ille vir, bonus paterfamilias habitus est, quam civis.

## C A P.

aeque ac *Juliu*.<sup>9</sup> Atqui ut unus homo duo haberet nomina gentilicia, non est ex more aevi Pomponiani. *Calidus* autem, et si non memini alibi legere, potuit Juliorum cognomen esse, ut *Thermus*, quod idem significat, Minuciorum fuit. Nisi quis malit legi *Calidianum*; aut *Calicum*: quod posterius *Q. Julii* cuiusdam cognomen est in veteri faxo Rom. apud Gruterum p. 731. Apud quem & *L. Julianum Karictum* invenio pag. 1069, 3. sed id cognomen longius a *Calidio* abit. *Bofius*. Omnes mei *Calidum*. *Calidum* praefert Cel. Perizonius in Epist. 23. ad N. Heinium prope finem.

<sup>5</sup> *Quem post Lucretii*] Judicium Ciceronis de Lucretio examinat, & Nepotis laudat C. Barthius lib. 38. *Advers. cap. 7*. Vixit hoc aevi & C. Calvus, eius & Catulli in C. Julianum Caesarem mordaces versus Suetonius citat in ejus *vita cap. 49*. *¶ 73* Ernstius.

<sup>6</sup> *Catullique mortem*] Quod hic & alibi *Nepos* honorifice Catullum appellasset, Hendecasyllaborum ei opus, ad memoriam sempiternam, dedicavit. In cuius poematis & *Manuera* praefectus fabrum Caesaris proscinditur, & forte hic P. Volumnius. De illo Sueton. lib. 1.

*cap. 73*. Et hic fortasse locus est, quo celebratum se Catullus a Nepote in Chronicis existimabat:

— *Namque tu solebas  
Meas esse aliquid putare nugas,  
Nam tam cum ausus es annus Ita-  
lorum*

*Omne aevum tribus explicare chartis,*  
Schortus. *Nugae*. Aliud *chronicon* *Nepetis* & plane diversum ab Attici vita opusculum fuit. *Bofius*. Leid. *Catullique*.

<sup>7</sup> *Pof prescript. equitam*] MS. Gif. quem pof. p. e. Repetitum videtur & superioribus. *Bofius*. Leid. quem pof prescriptives. *Voss*. C. quem pof prescriptem. Pro numeris a P. Vol. Leid. numerum P. Vol. pro utrum ei lab. idem utrum lab.

<sup>8</sup> *Negue vero minus ille viri*] V. lib. *Negue vere ille viri* & afuit minus ab utroque scripto, nostro, & Gifanii, sitque concise dictum, ut solum, tantum vel id genus aliud exaudiatur: vel ea forma, qua non modo pro non modo non saepe M. *Tullius*. & *T. bullus*. Legendus M. *Antonius Muretus Variarum lectionum lib. 10. cap. 7*. Schortus. Sed nescio, an alibi hecuscemodi ellipsoes exemplum reperiatur. Potius: si expungendum est *ta minus*, legerim, *Ae-* *quo vero ille vir &c.* Adfinis figurae

## C A P. XIII.

**N**am quum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus aedificator. Neque tamen non in primis bene habitavit, omnibusque optimis rebus usus est. Nam et domum habuit in colle Quirinali et Tampilanam, ab avunculo hereditate relictam: cuius amoe-

A & N facile permutari potuere.  
Bosius. Minus abest etiam Leidensi & Vossiano A. Verbum est post habitus non legitur in Leid.

**1 Emaz**] Barthius lib. 35. cap. 9. putat praeter Nepotem & Ovid. neminem dixisse emaz. Sed viro Dodifissimo in mentem non venit Locus Cic. in Paradoxis 6, 3. Non esse emac, vestigal est Ernstius. Pro illo Voss. A. ille.

**2 Domum habuit in colle Quirinali**] In valle scriptus liber. P. Victor in VI. regione statim post templum Quirini, collocat aedes Attici: & Cic. 1. de legib. idemque juxta Salutis aedes. lib. 4 epist. 1. Et lib. 12. epist. 45. vicinum Caesarem vocat: cuius statua in Quirini templo posita; Dion. lib. 43. quo in loco aedes Salutis, Salutis augurium dicta. Schottus. In valle erat etiam in utroque Medicaeo. De quo amplius cogitent, quibus loca ipsa inspicendi facultas est. Btius. Voss. A. C. valle, sed in prioris codicis marg. notatum erat al. colle.

**3 Tamphilanam**] Tamphilanam, quinque syllabis scriptam vidi, videt & Mansius, qui Caecilianam a glossa esse putat; quam Tamphilanam quatuor, a Tamphilo Romano, appellat Lambinus: nam Tamphilanam, quae in vulg. legitur, haud scio, an in pomeris urbis Re-

mae unquam visa, auditave domus est. Schottus. Et tamen nuper eriam auctor libri Italici, qui Ritratto di Roma antica inscribitur, pag. 90. ubi & effigiem domus illius exhibet, Pamphiliam vocatam fuisse scribit. Pudenda in Antiquario ignorantia! Ernstius praeferebat Caecilianam; quod in Mf. suo sic scriptum repperisset. Verum id haud dubie a mala manu est alicujus, qui quoniam Caecilii fuissest, Caecilianam dicendam putavit. Potior nobis reliquorum librorum consensus est, qui eti corruptri, & inter se discrepantes, (legunt enim Tamphilianam, Tamphilium, Pamphilium) tamen omnes favent Tamphilane, adversantur Caeciliane. Suspicabar aliquando, Nepotem scripsisse Caecilii Tamphilanam; indeque natam varietatem. Sed nunc haud placet. Bosius. Leid. m. & Voss. A. Tamphilanam. C. Tamphilare.

**4 Antiquitus**] In Mf. Cod. Medic. 1. claris quidem literis scriptum est. tectum antiquitatis. Sed corrupte, ut ego quidem existimo. Ernstius. Voss. C. antiquis.

**5 Plus salis quam sumptus**] Hoc est, recti architectura plus artis, venustatis, & elegantiae, quam sumptus habebat. Sal enim condimentum omnium. Refertur ad leperes dicendi. Cat. de carminibus:

Quic

moenitas non aedificio, sed silva constabat. Ipsum enim tectum & antiquitus constitutum, <sup>s</sup> plus salis, quam sumptus habebat: in quo nihil commutavit, <sup>s</sup> nisi si quid vetustate coactus est. Usus est familia, <sup>3</sup> si utilitate judicandum est, optima: si forma, vix mediocri. namque in ea erant <sup>7</sup> pueri litteratissimi, <sup>s</sup> anagnostae optimi, & plurimi librarii, ut ne pede-

*Qui tum denique habent salem, ac  
loperem.*

Et Martialis lib. 6. Epigr. 44.

*Festivis credis te, Calliodore, jo-  
cari,*

*Et solum multo permaduisse sale.  
Vives ibidem interpretatur de gratia  
ac venustate aedium, quae per sa-  
lem plerumque significatur. Schot-  
tus. Vide tamen Indicem. Bosius*

*6 Nisi si quid vet. eo. est] Sic e-  
cidere Lambinus, Gruterus, alii.  
Ab aliis si abest, Ed. Rom. & Col.  
nisi si quidem. Bosius. Omnes mei  
nisi si. Consule Cl. Duker. ad Flor.  
4. 7. 15. Mox natus est fam. s. u. j.  
e. absunt a meo Leidenfi.*

*7 Pueri litteratissimi] Per Pueros  
literatissimos Josephus Antonius  
Gonfalonius Comment. in Petron. pag. 30  
intelligit librarios. Non satis recte.  
Nam, si litteratissimi pueri libra-  
rios significant, Auctor hic contra  
morem suum per rautologiam, quae  
Philoni lib. magi <sup>r</sup> in <sup>ta</sup> <sup>magistri</sup> si-  
pura ovidia insigne orationis vitium  
dicitur, idem frustra repetit, quan-  
do sequitur: & plurimi librarii. Sci-  
endum igitur est, Nepotem prius  
in genere Attici servos describere,  
fuisse nimis omnes non tantum  
mediocriter doctos, sed literatissi-  
mos, quosdam anagnostas, plurimos  
librarios, ita ut infirmus etiam ejus  
servorum, nempe pedissequus, ne-*

cessitate id exigente, munera illa  
obire potuerit. Literati autem o-  
lim erant iidem, qui Graeca voce  
Grammatici hodie vocantur. Gram-  
matica Graeca, ait Augustinus, La-  
tine litteratura nominatur lib. 2. De  
Musica. & lib. 2. de ord. Ernfinus.  
Librarios non designari, recte mo-  
nuit Ernfinus. Pignorius comment. de  
servis pag. 116. videndum ait, an  
respexerit Nepos Grammaticos, quos  
ipse alibi, & Messala Corvinus,  
apud Sueton. de illistr. Grammaticis,  
appellent litteratos & litteratores, quo  
& Ernfinus videtur inclinare. Sed  
melius est, ut litteris imbutos sim-  
pliciter intelligamus: quales erant,  
de quibus Cicero pro Sex. Roscio cap.  
41. quorum litteris & urbanitatem  
Chrysogonus videri poterat duci.  
Eodem sensu de Zosimo liberto suo  
Plinius 5. epist. 9. Est homo probus,  
officiosus, litteratus: & ars quidem  
ejus, & quasi inscriptio, comedens.  
Bosius.

*8 Anagnostae optimi] Habebat &  
Plinius maior, qui super coenam  
legebat librum, & quidem cursiva.  
Ad latus vero notarius cum libro,  
& pugillaribus. Plinius sororis ejus  
F. lib. 3. epist. 5. Infra cap. 14. 1.  
Nemo in corruvio ejus aliud anagnoset  
audiret quam anagnosten. ubi corru-  
pte scriptum erat agonasten in libro,  
cetera bonae fidei. Schutius. Aca-*

disequus quidem quisquam esset, qui non <sup>1</sup> utrumque  
 horum pulchre facere posset. Pari modo artifices  
 ceteri, <sup>2</sup> quos cultus domesticus desiderat, apprime  
 boni. neque tamen horum quemquam, <sup>3</sup> nisi domi  
 natum, domique factum habuit: quod est signum  
 non solum continentiae, sed etiam diligentiae. Nam  
 &

*magis apud Christianos duum erant generum, privati, de quibus hic Nepos quoque loquitur, qui olim erant servi: de quibus vide Meursii cap. 3. Auctar. Philolog. & publici, qui sacras literas e suggesto in Ecclesia recitabant. Cas. perfectis 1. Distinct. 25. Quo munere aliquando functum esse in Ecclesia Julianum Imperatorem Theodoretus scribit lib. 3. Hist. Ernestius. Gronovium vide ad A. Gellium. lib. 1. N. A. cap. 22. n. 14.*

*9 Primi librarii] Tres nominat Cicero lib. 13. epist. 44. Pharnacem, Antaeum, & Salvium; Amanuenses & anagnostas hos colligere licuit. A studiis & ab epistolis Alexium nominat lib. 5. epist. 20. & lib. 7. epist. 2. & lib. 16. epist. 15. Athaman, & Alexium amanuenses, lib. 12. epist. 11. & alterum, epist. 2. lib. 7. Antiockum & Thallumetum litteratos nominat, lib. 13. epist. 33. & lib. 5. epist. 12. De Eutychide, quem manu misit, epist. 15. lib. 4. De Nicare lib. 5. epist. 3. & lib. 6. epist. 2. Schottus.*

*1 Utrumque horum] Utrum horum V. lib. & mox adprime, & desiderat per y scribebat. Corrupte vero post: non imperanter, pro non intemperanter. Schottus. Quomodo & isterque Medicatus habuit. Ernestianus imperialiter, quod seque corruptum puto; eti domino illius placuisse video. Bofius. Volf. C. U-*

*trum horum: & imperanter pro intemperanter.*

*2 Quos cultus dom. desiderat] Ms. Cod. Medic. 2. desiderabat. Ernestius.*

*3 Nisi domi natum, domique factum] Id est in familia ejus five & famulis, quos domi alebat, genitum, & in domo ejus educatum atque institutum, nec aliunde quefutum: quo reserri possunt, quae de proverbialibus locutionibus domini nasci, alere, habere &c. notat Celeb. Burn. ad Petron. Satyric. cap. 38. vel in urbe patria ut in Milt. cap. 4. Domi creati decem Praetores. vide P. Manutium ad Ciceronem lib. 7. ad Fam. Ep. 6. p. 314. & Cel. J. Perrizon. ad Sancti Minervam lib. 4. cap. 4. n. 128. sed priorem sententiam amplectior.*

*4 Et potius diligentia] Tò potius a- fuit ab optimis illis membranis: quam germanam Nepotis lectionem esse jurare liquet. potius enim, ut Graeci μάλος, eleganter exaudiebant. Quae res Dion. Lambinum turbavit, ut in Batani Corn. Nepotis locum glossemate dc suo foedaret, quod & se fecisse gloriatur. Schottus. Vide not. ad 14, 8, 1. Ba- fius.*

*5 Elegans, non magnificus,] Ele- gans homo, ad aetatem Catonis, non in laude, sed vito ponebatur. Sic enim ille, lib. de saeculi sui moribus: Avaritiam omnia via ha- bere.*

& non intemperanter concupiscere quod a plurimis  
videas, continentis debet duci : & [potius] dili-  
gentia, quam pretio, parare, non mediocris est in-  
dustriæ. <sup>5</sup> Elegans, non magnificus ; splendidus,<sup>6</sup>  
non sumtuosus ; <sup>7</sup> omni diligentia munditiem <sup>7</sup> non  
affluentem <sup>8</sup> affectabat. supplex modica, non mul-

ta,

bere putabant : sumptuosus, cupidus ;  
elegans, vitiosus ; irritus qui habebat-  
tur, is laudabatur. Ubi Elegans qui  
nimis laeto amoenoque cultu vi-  
ctuque esset. Post in laudem ver-  
tit, ut hoc ipso loco. Lege A. Gel-  
lium lib. 10. Nef. Attic. cap. 2. &,  
si vacat, scriptorem inclegantem,  
& ferreum, Jo. Bapt. Piem Amo-  
tat. posterior. cap. 8. Schottus. Vo-  
cem elegans iustificavit Cl. Burman-  
nus ad Phaedrum lib. 2. fab. 2. v. f.  
4. & de voce magnificus egit Brouk-  
hauſius ad Tibullum 2, 6, 14.

<sup>6</sup> Omni diligentia] Gif. omnique,  
An sicut, omni quidem diligentia?  
Bosius.

<sup>7</sup> Non affluentem] Conjeceram  
leg. affluentiam, cum post opinio-  
nem meam a veteri libro, & Lam-  
bino confirmari gavisus sum. Schot-  
tus. Nemo non videt, qui priora  
cum sequentibus his confert, me-  
lius legi in Mf. nostro & duobus  
Med. todd & Schoppii libro. mun-  
ditiam, non affluentiam. Ernst. Mun-  
ditiam, non affluentiam, etiam e-  
ius codd. legunt Schoppius & Ern-  
stius, nec aliter laudat Gronovius ad  
Livium 4. 13. eamque lectionem  
adserere conatus est Barthius adver-  
sar. 145, 41. Et sane videri possit  
ut eleganti magnificus, splendido sum-  
tuosus ; sic mundiciet, seu minutiae,  
affluentia opponi. Verum cum in  
alios codicibus, & ed. Rom. Col.  
aliisque legitur affluentem, nil mu-

tandum censeo. neque enim id a  
librariis profectum possum credere.  
Alterum autem illud haud dubie  
gemina, quae in praecedentibus  
est, oppositio peperit. Bosius. Leid.  
m. affluentes. Voss C. affluentiam.

<sup>8</sup> Affectionabat] Ernstius e libro suo  
producit allelationes, additique eadem  
significatione uti hæc voce Columellam  
2, 3. Columellæ quidem hæc sunt  
de bovinis : Cibum cum absenserint,  
ad aquam duci oportet, fibiloque ad-  
lectari, quo libentius bibant. Quæ  
quomodo huic loco congruant,  
perspicere nequeo. Quomodo e-  
nimi allelavit mundiciem Atticus ?  
Quare nihil muto. Bosius. Omnes  
mei affectabat, quod verbum inlu-  
strat Cl. Cortius ad Sallust. Jug.  
cap. 66. n. 1.

<sup>9</sup> Ut in neutrā partem conspici] Vel deest hic aliiquid, ut integra  
sit scriptura, si ita scriptum sit, ut  
in neutrā partem nimius consp. posset;  
aut, ut in neutrā partem propensus  
cons. posset: aut aliquo alio tali modo:  
vel verbum, conspici, men-  
dosum est: & pro eo, propendere,  
seu aliiquid aliud tale reponendum:  
vel hoc totum, ut in neutrā partem  
conspici posset, aliunde profec-  
tum, & alienum est, non a Ne-  
pote scriptum. Judicet solers & ac-  
cutus lector. Lambinus. Lambinus  
sincera haec non esse existimat.  
Equidem expungere aut obliterare  
non sum ausus, quod & in Gif-  
ta, na.

6 ta, <sup>9</sup> ut in neutram partem conspicere posset. <sup>1</sup> Nee hoc praeteribo, quanquam nonnullis leve visum iri putem. quum in primis laetus esset eques Rom. & non pa-

nii libro scripta compareant. *Sim.*  
*Bosius* vir doctiss. exponebat, *ut*  
*neque modica* *conspicere* *posset*, *neque*  
*multa*, *sed mediocris*. Ego vero in  
*in. s. sic repperi*: *Supellec modica*  
*non multa*, *ut in neutram partem con-*  
*spici posset*: qua interpunktione, vi-  
~~deo~~ facilem locum: *ut mediocris*  
*supellec* fuerit, *neque plus aequo*,  
*neque minus quam oporteret*: *ut*  
*multa*, & ad exsuperantiam, & ad  
*defectum* pertineat: *sed haec con-*  
*jectura* *duntaxat mea*. *Schottus*. Sen-  
*sum omnes facile conjicimus. an*  
*vero haec verba exprimendo illi*  
*sensui*, amplius deliberandum est.  
*Sane illud multa* *ad defectum quo-*  
*que trahi posse*, nunquam mihi  
*persuaderi* liverim: Jam quomodo  
*illud conspicere*, nude positum quadra-  
*bbit?* *conspicere* enim & *conspicuum*  
*dicimus*; *quod magnificum est &*  
*eminet*, *non quod deficit*. Igitur  
*potius cum Lambino credam non*  
*esse sincerum h. locum*. *Boeclerus*.  
*Torquent* *fese* *heic erudit*. *Scrit-*  
*bo*, *modica*, *non inculta*. *Incultam*  
*intelligo* *sordidam*, *ipsoque hor-*  
*rore & squalore conspicuam*, *ut*  
*differentem a mundicie vulgari*.  
*Quo horrore tum non pauci adfe-*  
*ctabant famam*, *quod aliunde vel*  
*ex Seneca* *est notum*. *Schafferns*.  
*Longolius*, *Gothofredus*, *Gruterus*,  
*alii edidere*, *supellec non modi-*  
*ca*, *non multa*. *quae lectio plana*  
*est*, *sed vereor*, *ne reclament libri*  
*veteres*. *Sane Rom.* *vetusissima*  
*priori loco copulam non agnoscit*.  
*quamquam & facile potuit expun-*

gi, *quod videretur ut in superiori-*  
*bus*, *sic & hoc loco e duobus op-*  
*positis* (*ut Dialectici vocant*) *re-*  
*moveri prius*, *admitti* *sive* *poni* *po-*  
*sterius*. *Quae res & elegantissi-*  
*mum Gronovium induxit*, *ut* *sicut*  
*olim ad Livii 22, 24.* *ita postremo*  
*ad 4, 13.* *eam*, *quam nos retinui-*  
*mus* *lectionem*, *tueretur*. *Omnis*  
*enim antitheses ita esse conceptas*,  
*ut quid fuerit adfirmet*, *quid non*  
*fuerit negat*. *Elegans*, *non magnifi-*  
*cus*; *Splendidus*, *non sumptuosus*; *ad-*  
*felans* *mundiciem*, *non aduentiam*:  
*sic etiam supellec ei medica*, *non*  
*multa*, *h. e. modo*, *non copia*, *ae-*  
*stimanda*; *instrumentum modice*,  
*non abundanter*, *sufficiens*, *ut in*  
*neutram partem notari posset*, *ne-*  
*que* *sordium*, *quia aderat modus*,  
*neque luxus*, *quia aberat super-*  
*fluum*. *Huic sensui verba satis esse*  
*exprimend*; *neque aut rō multa*  
*ad defectum referendum*, *aut al-*  
*liam negationem adjiciendam*. *Mul-*  
*tum enim interdum esse nimium*; *ut*  
*apud Petronium*, *Multa loquor*; *a-*  
*pid Plautum Menaechm. 2, 2. homo*  
*multus pro fatageo*; *apud Afranius*,  
*Nonio laudante*, *multa & molestia*  
*mulier*. *Denique conspicere tam ege-*  
*statem*, *quam opes dici*. *Ut apud*  
*Ovidium Tristium 2, 113, 114. do-*  
*mus neque divitiis*, *nec paupertate*  
*notanda*; *Unde sit in neutrum conspi-*  
*cendus eques*: (*cum quo loco hunc*  
*Nepotis etiam nobilis*. *Heinsius com-*  
*parabat*:) & *apud Sueton. Claudio*  
*c. 4. quod conspicere & derideri possit*:  
*denique apud Livium 34, 4. quod*  
*una*

parum liberaliter <sup>2</sup> domum suam omnium ordinum homines invitaret, scimus non amplius, quam <sup>3</sup> terna millia aeris, peraque in singulos menses, <sup>4</sup> ex e-  
phe-

unquamque matronarum vero ur, aequato omnium cultu, ne in se conspicatur. Haec ille pro recepta lectio-  
ne. Quam & locus Taciti, ab ampliss. Loccenio laudatus, egregie tue-  
tur. Pari fere ratione Horatius 2.  
Satyr. 2, 66. in neutram partem cul-  
tus miserum dixit, qui inter luxu-  
riae pompam atque avaritiae fordes  
media incedit via; ut recte Torren-  
tius interpretatur. *Bosius.*

<sup>1</sup> Nec hoc praeteribo] Abeat <sup>et</sup> hoc  
ab ed. Rom. Grut. aliisque: absor-  
ptum, opinor, a voce proxime  
praegressa. *Bosius.* Abeat Leidenfi  
& Vossiano C. *Lautus* non tam ad  
divitias ejus, sed ad elegantes splen-  
didias ac magnificas epulas, quibus  
mensam suam semper instruebat,  
referri potest. De qua vocis signifi-  
catione videndi Heinius ad Ovid. 4.  
Met. 762. & Burmannus ad Petro-  
nium cap. 26. item Torrenius ad  
Val. Maxim. lib. 4. cap. 4. n. 26.  
aliique, a quibus docemur tam ho-  
mines lautos quam ipsam coenam  
*Lautam* dici.

<sup>2</sup> Domum suam] Sic Ms. Schotti,  
venustius, illo judice, & rectius,  
quam alii in domum suam. Cui li-  
bens adsentior. Sed & <sup>et</sup> scimus,  
quod paulo post sequitur, suspe-  
ctum mihi: vereorque, ne sit ab a-  
liquo, qui sensum putabat imper-  
fectum, nisi id insereretur: nempe  
quia post <sup>et</sup> patem *τιλεία τριμή* po-  
pula erat. quam tolli malim. Et sub-  
jicit Nepos, paucis interjectis. Ae-  
que hoc non auditum, sed cognitum praesi-  
gnamus. Cur itaque heic diceret,

se id scire? Non audeo tamen ex-  
pungere, nullo praeeunte libro. *Ba-  
sus.* Omnes mei domum suam, quam-  
quam alteram lectioem defendi  
posse superius ostendimus. Pro fer-  
re Voss. C. fore.

<sup>3</sup> Terna millia aeris] Lex Furia  
Testamentaria, non plus quam mil-  
le assibus legatum, mortisve causa  
prohibet capere. *Ulp. tit. 1. §. 1.*  
sed aes pro assibus dixit, auctore  
Varrone 8. de L. L. idem lib. 3.  
Quod etiam ad h. l. notandum est.  
Vide Cujac. lib. 19. *Obser. 31. sub  
fin.* Ernftius. Parum hoc visum vi-  
ris doctis. Nec immerito. Lipsius  
4. de magnit. Rom. cap. 9. trigan-  
ta Philippis aequiparat; alii alter.  
Accuratisimo veteris pecuniae in-  
terpreti, Gronovio, de *festiis* 3. 9.  
sunt festi *Ioccl.*, denarii  
*CLXXXVIII.* cum dimidio, nostri  
coronati *xviii.* cum didrachmo  
& hemidrachmo. Quare Fr. Hot-  
mannus tract. de re nummaria pag.  
87, 88. mallet, *tricena*: *Manutius*  
volet deleri <sup>et</sup> aeris, subaudiri-  
que *numnum*. quod esset, *LXXV.*  
scutatos. Mihi non liquet. atta-  
men *xviii.* coronatos Attico ad  
expensas menstruas sufficisse, cre-  
dere non possum. *Bosius.*

<sup>4</sup> Ex ephemeride] Hoc est *Diario*.  
Quanta diligentia veteres Romani  
in Re familiari fuerint Ascon. Pe-  
dianus his verbis docet ad 3. Ver-  
rin. Moris fuit unumquemque dome-  
sticam rationem sibi totius vitae sua-  
per dies singulos scribere; quo appare-  
ret, quid quisque de redditibus suis, quid

<sup>7</sup> phemeride eum expensum sumtui ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed cognitum praedicamus. Saepe enim, propter familiaritatem, domesticis rebus interfuius.

## C A P . X I V .

<sup>1</sup> **N**emo in convivio ejus aliud <sup>1</sup> acroama audivit quam anagnosten: quod nos quidem jucundissimum arbitramur. Neque unquam <sup>2</sup> sine aliqua lectione apud eum coenatum est: ut <sup>3</sup> non minus ani-

mo,  
de arte, foenore, lucrore se posuisset  
quaque die, & quidem sumptus dampnive fecisset. Ernstius.

<sup>1</sup> *Acroama*] Vide Plutarch. Sympos. Macrob. & Athenaeum. Manusciptus recte, quod sequatur *anagnosten*, pro eo qui recitat; non pro re, quae recitatur, exponit: ut Cic. pro Sextio; *Non solum spectator, sed actor & acroama*. Schottus. Vide Torrent. ad Sueton. August. cap. 74. pag. 113. & Casaub. pag. 150. 8. Plinius lib. 9. Ep. 36. scribit, se eodem modo coenasse; *Coenanti*, inquit, *mibi sic cum ucore vel paucis, liber legitur*. Ernstius. Pro aliud Leid. m. aliquid. pro *anagnosten* Voss. C. *agonasten*, in quo nec ejus legitur. & pro *jucundissimum* Leid. & Voss. A. *jucundissimum*,

<sup>2</sup> *Sine aliqua lectione*] Non alienum esse videatur subjungere versus Juvenalis Sat. 2. de literatis & Platonis conviviis, qui huic loco non parum lucis asserre possunt:

*Nostra dabunt alios hodie convivia Iudeos.*

*Conditor Iliadas cantabitur atque Mantonis.*

*Altisoni dubiam facientia carmina palmam*. Ernstius. Pro neque

unquam Voss. C. *neque minquam*.

<sup>3</sup> *Non minus animo, quam ventre*] Sic de Platonis coena Timotheus, homo clarus Athenis, & princeps civitatis, cum vidisset eum postridie: *Vestrae*, inquit, *coenas non solum in praesenti, sed etiam postero die jucundae sunt*. Cicero 5. Tusculana, & Demosth. orat. *mej uirtutem*. *Coenatum*, ut id per viam moneam, quia quidam his impensius delectantur, per se scripnum repperi: quasi *λαθετος* nam alli *cena*, absque diphthongo malunt. M. Tullius *Convivium a convivendo derivasse* videtur. Sic enim Cato Major: *Neque ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam coetu amicorum, & sermonibus metiebar*. Bene enim majores accusationem *epularem amicorum*, quia vitae coniunctionem haberet, *Convivium nominarunt*; melius quam Graeci, qui hoc idem *Gomptionem*, tum *Centenarium*, vocant. Sic & lib. 9. ad *Familiar.* & Macrob. lib. 1. *Saturnal.* Schottus.

<sup>4</sup> *Tanta pecuniae*] Voss. C. *tanta pecunia*.

<sup>5</sup> *In sefertium vices, &c.* *neque in sefertium centies*] Sic utrobique inter-

gre

mo, quam ventre, convivae delectarentur. Namque <sup>2</sup>  
eos vocabat, quorum mores a suis non abhorserent.  
Quum <sup>4</sup> tanta pecuniae facta esset accessio, nihil de  
quotidiano cultu mutavit, nihil de vitae consuetudi-  
ne: tantaque usus est moderatione, ut neque <sup>5</sup> in se-  
stertio vicies, quod a patre acceperat, parum le-  
splendide gesserit: neque in festertio centies affluen-  
tius vixerit, quam instituerat, <sup>6</sup> parique fastigio stete-  
rit in utraque fortuna. <sup>7</sup> Nulos habuit hortos, <sup>8</sup> nul-  
lam suburbanam, aut maritimam sumtuosam villam,

NC-

gre scriptus Schotti codex, illius  
sententia forte pro festertiorum. Quo-  
modo Hotomarius, aliquis in hu-  
jusmodi loquutionibus semper se-  
stertiam gignendi casu legendum cen-  
suerunt. Sed verum esse in festertio  
centies, jam Budaeus vidit, pluri-  
busque docuere Scaliger, & Grono-  
vius. vide Indicem. Bosius. In fester-  
tio vicies itaque est in vicies cente-  
nis millibus nummorum festertio-  
rum, non ut Cellarius, & post  
eum Hoogstratanus in viginti fester-  
tium millibus.

6 Parique fastigio] Hinc animi e-  
jus moderationem & aequitatem  
notam sibi praedicat M. Tullius. in  
Catone, quem illi dedicat, initio:  
ingenuitatem, animique magnitudinem,  
lib. 1. epist. 17. Schottus.  
Parique vestigio legi volebat Barthius  
Adversar. 145, 41. de quo amplius  
cogitandum. Bosius. Pro gesserit  
Voss. C. gesit.

7 Nulos habuit hortos] Ed. Rom.  
Col. aliae, habuerit. quod ex prava  
interpunctione natum puto: nec  
admittunt, quae sequuntur, omnis-  
que ejus p. r. constabat &c. Bosius.  
Leid. ortos.

8 Nullam suburbanam, aut marit-  
timam villam] Parum credibile

hoc nupero editori, miraturque  
allatum a Nepote fidem, quippe  
qui saepe domesticis Attici rebus  
interfuerit. Cur, quaeſo, o bo-  
ne? Habuit, inquis, villam Pomp-  
onius, & in illa Gymnasium Amal-  
theum, ut paſſim a Cicero traditum.  
Unde evidentissime conſtat, sumtuosam  
etiam fuisse illam villam, in qua ple-  
num omnis eruditioſis Gymnaſium. In  
agro etiam Bathrotio praedia habuit.  
Scio habuisse; sed unde tu, sum-  
tuosa fuisse. Sed fac fuisse, sub-  
urbana certe non fuere: quippe  
in Magna Graecia sita. Quam lu-  
bricum eutem illud, sumtuosam fu-  
isse villam, in qua Apollon, quia  
illic omnis eruditioſis fuit gymnaſium? unde enim nosti, gymnaſium  
illic, & quidem omnis eruditioſis  
fuisse? Bibliothecae nomen esse,  
haud male docti existimant. Si  
gymnaſium adjunctum habuit, pa-  
laestrae, non eruditioſis, id fuit.  
Jam unde fidem nobis facies, in  
suburbana fuisse villa? Ego ad Epi-  
roticas poffeſſiones pertinuisse puto.  
Illuc enim profectus erat Atticus,  
cum ista de Amaltheo Cicero ad eum  
ſcriberet: ut e proxima epiftola 17.  
colligo. Conſtat igitur haec tenus fi-  
des narrationi Nepotis, Bosius.

3. Aſſ.

neque in Italia, praeter <sup>1</sup> Ardeatinum & Nomentanum, rusticum praedium: omnisque ejus pecuniae redditus constabat <sup>2</sup> in Epiroticis & urbanis possessiobibus. Ex quo cognosci potest, <sup>3</sup> eum usum pecuniae non magnitudine, sed ratione metiri solitum.

## C A P . X V .

**M**endacium neque dicebat, neque pati poterat.  
Itaque ejus + comitas non sine severitate erat,  
ne-

<sup>1</sup> *Ardeatinum*] *Arretinum*, liber salamo exaratus disertim. Habuit &c in *Thebsotia* possessiones; ut colligo ex epist. 3. lib. 6. ad *Atticum*. Schottus. Etiam Medic. uterque, *Aretinum*. *Gisanianus*, *Arrentinum*. Ita vero dictum ab urbe *Etruria*, *Arretio*, (sic enim a Graecis & in vett. inscriptionibus scribitur id nomen) cuius *Θεοτόκη*, teste Stephano, est *Αρέτινη*. vide *Cluver. Ital. Antiq.* 2, 3. *Bosius*. *Voss. A. Arretinum C. Arietinum*.

<sup>2</sup> *In Epiroticis*] Lib. 1. epist. 5. *Epiroticam emotionem gaudeo tibi placeare* &c. Schottus. Leid. *In Epiroticis urbanis poss.*

<sup>3</sup> *Eum usum pecuniae*] *Usum eum* vet. lib. Supra: *Tantum a fuit a cupiditate pecuniae, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprendendis amicorum aut periculis, aut incommodis*. Schottus. Omnes mei *Usum eum pro metiri* *Voss. C. meriti. pro solitum* Leid. *solum.*

<sup>4</sup> *Comitas non sine severitate; neque gravitas sine facilitate*] *Sic & M. Tullius haec inter se comparat in Mureniana: Si illius comitatem* *facilitatemque tuae gravitati severitatisque alperferis. Et in Laelio: A-* *excitique ad omnem comitatem facilita-*

*temque proclivior. In Oratore: Quid tam distans, quam a severitate comitas?* In *Bruto: Scaevolae multa in severitate non deerat comitas. Ad Q. Fratrem: Summa gravitas cum singulari comitate conjuncta. Et: Haec illius severitas acerba videtur, nisi multis condimentis humanitatis mitigetur. Et ad *Cornificium* lib. 12. epist. de *Sext. Aufidio: Est ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas cum humanitate jungatur. Idem Gravitatem Comitati* *aversans*, in *Catone* majore. *Ego* (inquit *Cato*) *Q. Maximum, eum qui Tarentum recepit, senem adolescentem dilexi, ut aequalem. Erat enim in illo comitate condita gravitas. Et in *Theodosio Aurel. Victor: Misere* *re colloquia: sermone cum gravitate jocundis. Schottus. Idem morum temperamentum in Attico laudat* *Tullius* lib. 3. de *Legibus: Quid elegantia tua est dignius? cuius vita & oratio consequita mihi videatur diff* *cillimam illam societatem gravitatis cum humanitate. Loccenius.***

<sup>5</sup> *An amarent?*] *Quam amarent* scriptum vidi. Reverenter enima amandum, ut &c verearis, & ames. Schottus. Atque sic & Lambinus aliquie ediderunt. Sed an erat *eniam*

neque gravitas sine facilitate: ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur, <sup>5</sup> an amarent. Quidquid rogabatur, religiose promittebat: quod non liberalis, sed <sup>1</sup> levis, arbitrabatur, polliceri, quod praestare non posset. Idem <sup>2</sup> in nitendo <sup>3</sup> quod semel annuisset, tanta erat cura, <sup>4</sup> ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. <sup>5</sup> Nunquam suscepit negotii eum pertaesum est. Suam enim <sup>6</sup> existimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat

tiam in Rom. Col. Grut. Gothoffr. Gebh. meliusque quadrat. etiam Ms. Ernstii, an vero amarent. Bosius. Vossiani A. C. quam amarent. Pro polliceri Voss. C. pollicetur.

<sup>1</sup> *Levis arbitrabatur, polliceri quod praestare non posset*] Mallem, posset. Schefferus.

<sup>2</sup> *In nitendo q. s. annuisset*] Mantis durum videtur nisi aliquam rem, nisi hic ad ellipsis configuramus; quee in compositis ab hoc verbo non insolens. Rutgers. *nitendo*. Boeclerus. *Barthius* conjiciebat, in tendo. Nulla emendatione opus. Potest enim *annuuisse* accipi, ut subaudiatur cum praepositione pro-vocabulum relativum. Bosius. Omnes mei nitendo. atque ita legendum esse docet Ccleb. J. Perzonius ad Sanctii Minervam lib. 3. c. 8, pag. 449.

<sup>3</sup> *Quod semel annuisset*] Prisca lectio annuisset, quam probo: eamque Gifanti libro exstare affirmit Manutius. Schottus. Atque sic & Leid. habuit. Virgilius Aen. 12, 187. *Si nostrum annuerit nobis Victoria Martem*. Similiter Horatius 4. od. 6. *muros*. Val. Flaccus 1, 40 *mittiam annuere* dixit. vide Bucknerum in accessione ad Thesaur. Fabri. Vulgo edunt, admisso. Bos. Leid. m. adui-

isset. Voss. A. & C. annuisset. sed in prioris Vossiani margine scriptum est al. admisso.

<sup>4</sup> *Ut non mandatam*] MC Cod. Medic. <sup>1</sup>. *Ut non mandatum*. Ernst, Omnes mei mandatam.

<sup>5</sup> *Nunquam suscepit*] Sic veterus liber; quomodo & Lambino leg. videbatur. Schottus. Vulgo erat, nequam; non ita apte. Bosius.

<sup>6</sup> *Existimationem agi putabat*] Sic in Laelio M. Tullius: *Ut etiam si qua fortuna acciderit, ut minus justae amicorum voluntates sunt adjuvandae, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandam sit de via*. Sic enim in melioris notae libris scriptum vidi, itaque legit Agellius hb. 1. cap. 3. non ut in vulgus editum; aut de capite agitur, aut de fama. Idem Papirio Paero, lib. 9. epist. ad famil. Privatas cauñas, & eas tenuer, agimus subtilius, capitum aut famae scilicet, ornatus. Et pro Caecinno, Agitur jus civitatis, bona, fortunae omnium civium. Sic auctor de Viris illustr. in Ti. Graccho: *Tulit, ut ea familia, quae de Attali haereditate erat, ageretur*. Et Terent. in Heautont. Non nunc pecunia agitur. Quod in Phorm. act. 4. scen. 5. Non capitum res agitur, sed pecuniae. Schottus. Adde Cl. Burmannum ad

3 bebat carius. Quo siebat, ut omnia Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortensii, Auli Torquati, multorum praeterea equitum Rom. negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia sed judicis fuisse reipubl. procurationem.

## C A P. XVI.

**H**umanitatis vero nullum adferre majus testimo-  
nium possum, quam quod adolescens idem seni  
Sullae fuerit 3 jucundissimus, senex adolescenti M.  
Bruto: cum aequalibus autem suis, Q. Hortensio &  
M. Cicerone, sic vixerit, ut judicari difficile fit,

cui

Ovidium §. Metam. vf. 372.

1 Ut omnia M. & Q. Ciceronum,  
&c.] Quis sit auctor hujus scriptu-  
rae nescio, Schottus Lambin, sus-  
tinuit. Ipse ex arbitrio Sim. Bo-  
ssi edidit, ut vulgo habetur. Jan.  
Rutgers. 2. Var. Lect. cap. 8. eman-  
cuiat Catonis, Marii, Hortensii, ut  
edidit quoque Chytraeus. Paullo  
post iterum emendat: sic enim o-  
mnia de studiis Principum, vitiis Du-  
cum ac mutationibus Reip. perscripta  
sunt. Gebhardus. Scriptus cod. men-  
dose, ut non Ciceronem Catonis, M.  
que Hortensii Auli Torquati. In Gi-  
faniano, Catonis Marci, Q. Horten-  
si, & saepe vett. cognomen no-  
mini praeposuere, ut inf. non lon-  
ge: Marcelli Claudi, Scipionis Cor-  
nelii; & Neps Cornelius, apud Plini-  
num aliquoties. Sed illud non ex  
omnia corrupte exscriptum ab osci-  
tante librario. Aut. Augustinus leg.  
primus docuit: ut omnia Ciceronum,  
Marciique Catonis, Q. Hortensi, nam  
enclitica que facta, ob scriptureae,  
ut solet, similitudinem, ex illo Q.  
praenomine Hortensi. Editi plerique  
que, ut omnia Ciceronis Marciique

Hortensii, vitoise. Lambinus vero sic: M. & Q. Ciceronum, Catonis, Hor-  
tensi. Schottus. Ed. Rom. Ciceronum, Catonis, Marciique Hortensi. Ad  
quam scriptorumque codd. lectio-  
nem proxime accedit, reique veri-  
ritati magis congruit: quam nos  
reponsumus, praecountibus Rutgers  
var. lect. 2, 8. Grutero, ac Nab.  
Chytraeo. C. Marium filium inter inti-  
mos Attici fuisse, apparet e cap.  
1, 4. Gebhardus & Keuchenius cum  
Lambino M. & Q. praenomina Ci-  
ceronibus praefigunt h, m. Ut omnia  
Marci & Quimi Ciceronum, Catonis,  
Marii, Q. Hortensi, sed invitis li-  
bris. Bosius. Voss. C. Ut omnia Cice-  
ronum, Catonis M. que Hortensi.

2 Sed iudicio] Fortassis & ex in-  
stituto sectae. Nam Epicureus erat,  
vide supra e. 12, 3. Sed illi dicebant,  
nec privatum nec publice multa a-  
genda Sapienti. Buchnerus. Schoppius  
verisim. 3, 8. in Ms. repperit, iudic-  
io fugisse divino. Sed displicet id  
Jo. Iac. Pontano Analect. 3, 18. cum  
in talibus eventuum potius vario-  
rum assidua & multiplex ruminatio,  
quam divinitas, judicium sta-  
biliat.

cui aetati fuerit aptissimus. Quanquam eum praecipue dilexit Cicero, <sup>1</sup> ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior. Ei rei sunt indicio, praeter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus [jam] sunt editi, <sup>2</sup> sexdecim volumina epistolarum, ab consulatu ejus usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quae qui legat, non multum desideret historiam contextam <sup>3</sup> illorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, <sup>4</sup> mutationibus reipubl. perscripta sunt, ut nihil in iis non appareat, & facile existimari possit, <sup>5</sup> prudentiam quodammodo esse divinationem. Non enim <sup>6</sup> Cicero ea solum, quae vivo se acciderunt, futura

bilat: Mihi glossema videtur, ex illo c. 9. 1. natum: cum ille patius divinus fuerit Bos. Dispicuit etiam Ernitio.

<sup>3</sup> *Jucundissimus*] Voss. A. C. *jucundissimus*. pro *judicari diff.* Omnes mei *judicare* diff. nam in Voss. C. *judicaret* certe scriptum est pro *judicare*, saepius enim ibi infinitivis in e desinentibus & addi solet.

<sup>1</sup> *Ut ne frater quidem Quintus*] Et ne Quinti quidem affinitas tantum in amore momenti apud Atticam, quantum similitudo morum Ciceronis, habeat. Supra c. 5. 3. Cicero tamen secundas illi a fratre in amando tribuit, lib. 1. epist. 17. Schottus.

<sup>2</sup> *Sexdecim volumina*] Nestio quid caussae est, cur in scripto nostro, editisque plurimis undecim discrete legatur: etiam in ora M. f. adnotatum vidi: ut constantiam miroris, cum sexdecim hodie circumferantur. Schottus. Sic & Medic. 2. Non miror: Facile enim Videcum mutari potuit in undecim. Bosius. Leid. m. & Voss. A. C. undecim.

<sup>3</sup> *Illorum temporum*] Sic liber Schotti. Ed. Rom. aliaeque, errata temp. Et paullo superius, qui in vulgus sunt editi, omisso τῷ jam. Bosius. Pro desideret omnes mei desiderat, iudicemque illorum pro eorum.

<sup>4</sup> *Mutationibus reipublicae*] Sic legendum, & ita habet liber antiquissimus: quamquam in editione nostra Ciceroniana impressum est, aemnlationibus, minus recte. Lambinus. Sic & M. Gif. ac Schotti. Alterum etiam in ed. Rom. Col. aliisque deprehendas. Rutgersius corrigebat l. c. ac mutationibus. quod receperit Keuckerius in textum, nec plane rejecerim. Mox Rom. Grut. Keuch. nihil in his n. a. Bosius Consentunt & mei. pro perscripta vitiante Voss. C. scripta probis Voss. A. ist.

<sup>5</sup> *Prudentiam quodammodo esse divinationem*] V. C. quonodo, ut alibi in Nepote seu Aemilio Probo. Sup. c. 5. 1. Cum ille potius divinus fuerit, si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quae multis casibus augetur, neque minuitur. Schottus.

<sup>6</sup> *Cicero futura praedixit, &c. ut vales*

688 CORNELII NEPOTIS  
praedixit: sed etiam quae nunc usu veniunt, cecinit  
ut yates.

## C A P . XVII.

**D**e pietate autem Attici quid plura commemorem?  
I<sup>us</sup> quum <sup>1</sup> hoc ipsum vere gloriantem audierim in  
funere matris suae, quam extulit annorum nonagin-  
ta, quum esset septem & sexaginta, <sup>2</sup> se nunquam cum  
matre in gratiam redisse, nunquam cum sorore fuisse  
in

*yates]* De sua divinatione Cicero  
ipse ea scribit ad A. Caecinam 6.  
*fam.* 6. quae lectione & cognitione  
digna sunt. adde eundem *Philip.*  
2. 9. 5. 92. Heidmannus. Pauca de  
multis exempla collegi augurii, &  
vaticinii Ciceronis lib. 8. epist. 11.  
~~επειδη τις οὐκέτι οὐδενός~~, *noster Attice, non arioi-  
lans, ut illa, cui nemo credit,* (*Cas-  
sandra scilicet*) sed conjectura prospic-  
tens.

*Famque mari magno —*  
non multo inguan secus possum vati-  
cinari; Tanta malorum impedit *Iamāc.*  
Et libro 8. epistola 3. Et a me est  
(tute scis) propter suspitionem bruis  
impendentis tempestatis multo ante pro-  
visum. Et epist. 12. Scriperam eas  
letteras, quarum vaticinationem fal-  
sam esse cupio. Et lib. 10. epist. 8.  
Et tamen, mi Attice, auguria quoque  
me incitant, quadam spe non dubia,  
non haec collegii nostri ab Attio, sed  
illa Platonis de Tyrannis, &c. &  
statim: *Nos tamen hoc confirmamus*  
*illo augurio, quo diximus; nec nos*  
*fallit, nec aliter accidit. Corruat iste*  
*necessē est* &c. Idem epistola ad  
Licinium Calvum apud Nonium:  
*Praesentit animus, atque auguras quo-*  
*dammodo, quae futura sit suavitas.*  
*Alibi saepe, quae non vacat collig-*  
*tere.* *Schottus.* Leid. pro tecum

male recinit. *Canere proprie dicun-*  
*tur sacerdotes ofacula a diis edita*  
*reddentes hominibus, five futura*  
*praecinentes. Consule Servium ad*  
*Virgilium 3. Aen. 155, 183, 373,*  
*444, & 457. J. Fr. Gronovium lib.*  
*3. Obs. cap. 24. p 666. Graevium*  
*ad Justinum lib. 43. cap. 1. n. 8.*  
*& Drakenburgium ad Silium Ita-*  
*licum lib. 13. v. 817. sic Graecis*  
*et. Thucyd. lib. 2. cap. 21. lin. 28.*  
*Χρηματοθοι τε ιδον χρηματικωνοι.*

*I Hoc ipsum vere]* Vero est in V.  
C. Mox cum esset afuit ab eodem.  
*Lambinus vero addit, cum esset ipse.*  
*Schottus.* Abesse certe nequit. Il-  
lad vero autem dictum fuerit, ut  
fallo, merito, & similia. Sed magis  
est, ut mendum librarii putemus.  
*Bosius.*

*2 Se nunquam cum matre in gra-*  
*tiā redisse]* Quod antiqua inscrip-  
tionē ita exprimitur. (apud Gru-  
ter. p. 795. 6.)

### DIS. MANIBUS.

M. JULIO. M. F. QUIRINA.  
PUDENTI. VIXIT. ANNIS.  
LXXX. CORNELIA. CAL-  
LITYCHE. CONJUGI. SUO.  
KARISSIMO. FECIT. BENE.  
MERENTI. CUM. QUO. VI-  
XIT. ANNIS. LV. SINE.  
CONTROVERSIA. ULLA.

Ern-

in similitate, quam prope <sup>1</sup> aequalem habebat. Quod <sup>2</sup> est signum, aut <sup>2</sup> nullam unquam inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, ut quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit natura solum, quamquam o-<sup>3</sup>  
mnes ei paremus; sed etiam doctrina. nam & principum philosophorum ita <sup>3</sup> percepta habuit praecepta, ut iis ad vitam agendam, non ad ostentationem, u-  
teretur.

## C A P. XVIII.

\* **M**oris etiam majorum summus imitator fuit, an-<sup>1</sup>  
tiquitatisque amator: quam adeo diligenter  
habuit cognitam, ut eam totam <sup>5</sup> in eo volumine ex-  
posuerit, <sup>6</sup> quo magistratus ornavit. Nulla enim lex,  
ne-

*Enstius. Pro cunusset Sept. & Sexag.  
Voss. C. Sept. & Sexag.*

<sup>1</sup> *Aequalem*] Sic Mss. Gif. Schotti Savar. Alii edidere, aetate ae-  
qualem. Bosius. Aetate meis absit.

<sup>2</sup> *Nullam querimoniam*] Vide Ind.  
Bosius. Voss. C. nullam nunquam i.  
e. querim.

<sup>3</sup> *Percepta habuerat*] Habuit scri-  
pta lectio, & iis pro his. Epicuri  
autem sectam secutus Atticus est,  
ut supra admonui. Schottus. Voss.  
A. C. iis.

<sup>4</sup> *Moris autem maj.*] Forsan quis  
hic praeferreret morum, sed ita sol-  
lent Antiqui. Vide Corrium ad  
Sallust. Jug. cap. 7. n. 4.

<sup>5</sup> *In eo volumine*] Eum librum,  
*Annalem* inscripsit; ut auctor in  
*Annibale* indicat: de quo Attici li-  
bro plura Cicero in *Orat.* Vossius de  
*Historic.* Lat. I, II. Loccenius. Ad-  
de not. ad *comma proximum.* Bosius.  
Voss. C. *in eo voluminum*

<sup>6</sup> *Quo magistratus ornavit*] Ma-

lim ordinavit, quomodo *Poffum le-*  
*gisse video* 1. *de his.* Lat. I. re-  
scribique & Barthius volebat cap. I.  
*lectionum Nepotinarum.* Ordinavit, i.  
e. disposuit, &c, ut mox loquitur,  
*suo quenque tempore notavit, ordine*  
*enumeravit.* Sic apud JCros ordina-  
re libellos & testamenta. At magis-  
tratus ornare est in provincias aut bel-  
lum euntes rebus necessariis instru-  
ere. Livius 42, I. *magistratus mu-*  
*les tabernaculisque, & omni alio in-*  
*strumento ornabantur.* Non novum  
est haec duo verba confundi a li-  
brariis. Ut apud Suetonium *Fulio*  
cap. 18, I. ubi vide doctiss. Inter-  
pretes *Casarbonum, Torrentium &*  
*Berneggerum.* Possis tamen *ornare*  
interpretari, elogii honorare: quod  
quaternis quinisque versibus eum  
fecisse, infra *comm.* 6. dicitur. Bo-  
sius. Ornavit Leid. & Voss. A. Con-  
sulendus de verbis *ornare* & *ordinare*  
Cl. J. Arntzenius ad Victorem de  
Viris Illustribus cap. 56. n. I.

neque pax, neque bellum, neque res<sup>1</sup> illustris est populi Romani, quae non in eo suo tempore fit notata; &, quod difficillimum fuit, sic<sup>2</sup> familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere.<sup>3</sup> Fecit hoc idem separatim in aliis libris: ut M. Brutus rogatu<sup>4</sup> Juniam familiam a stirpe ad hanc aetatem, ordine enumeravit, notans, qui a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus

<sup>1</sup> Illustris est populi Ro.] Populi R. Gifanii cod. & editi plerique. [A. iii populo Rom. vel, P. R.] Cicero in Oratore: Cognoscat Orator rerum gestarum & memoriae veteris ordinem, maxime scilicet nostrae civitatis: sed & imperiorum populorum, & regum illustrium; quem laborem nubis Attici nostri levaverit labor, qui conservatis notatisque temporibus, nihil cum illustris praetermisseret, annorum septingentorum memoriam unico libro colligavit. Nescire autem quid antequam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. Nec vix tantum annorum, sed & Virorum totidem historiam colligasse, ex Plinii lib. 35. parebit infr. Et in Bruto multa, quibus subjungit: Eam utilitatem habuit Attici liber, quam requirebam, ut explicatis ordinibus temporibus, uno in conspectu omnia viderem. Et ibidem post paullo ex Attici persona: Eisque nosmet ipsi ad veterum Annalium (sic enim Manutius legit) memoriam comprehendendam impulsi, atque accensi sumus. Ac Ciceroni eum mississe, ex praemio de claris oratoribus patet. Ibidem: Omniaen rerum memoriam Atticus breviter, & per diligenter complexus est. Meminit & Cicero epist. 23. lib. 12. ad Atticum. & Alconius Pedianus in Pisonianam. Tradunt & Antiochii regis filio obfidi domum publice audi-

sicutam: inter quos Atticus in Anna- libus. Schottus.

<sup>2</sup> Familiarum originem] Quae γενεαλογία Graecis dicitur. Ut nuper Fulvius Ursinus Ro. de patria bene meritus, & Richardus Streinius Austriacus, & Reineceius, Germani, de Familia accurate scripsere: at nemo eorum, quos quidem vide- rim, audierim, Familiarum Rom. omnisque Antiquitatis doctior Ant. Augustino, Archiepisc. Tarragon. Schottus. Joan. Glandorpius huc fine dubio respexit, dum lib. de Fa- milia Romanis ita scribit. Perit nobis thesaurus ingens emissi T. Pon- pon. Attici familiis, quibus libris mihi esse dulcissus testatus est iis, qui no- titiam aliquam clarorum virorum ex- peteuerent, Vid. Sup. in Hamibal cap. ult. comm. 1. ubi Annalium sit men- tio. Eruſtus. Adde not. Schotti ad comma 6. Ex hoc opere Vossius c. 18. de Philologia fuisse existimat illa de gente Papiria, quae signat Cice- ro lib. 9. epist. ad Papirium Paetum. Bosius.

<sup>3</sup> Fecit hoc idem] Quidem in vul- garis impreßum. Schottus. Errore scil. a pronunciatione orto. Bosius.

<sup>4</sup> Juniam familiam] Medic. 1. summariam familiarum. An fuit. Juniorum familiarum, ut mox Marcel- lorum, Fabiorum, Aemiliorum? Sta- tinius

bus cepisset: pari modo <sup>1</sup> Marcelli Claudi, Marcellorum; Scipionis Cornelii, & Fabii Maximi, Fabiorum, & Aemiliorum quoque: quibus libris nihil potest esse dulcius iis, <sup>2</sup> qui aliquam cupiditatem habent notitiae clarorum virorum. <sup>3</sup> Attigit quoque poëticen: credimus, ne ejus expers esset suavitatis. Namque versibus, qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi praestiterunt, ex-

po-

tim edd. vett. enumeraverit. Nempe quia librarii <sup>4</sup> ut pro coniunctione caussali accepérunt. Deinde qui a quoque ortus: nolim contemni. Bosius. Leid. & Voss. A. C. enumeraverit. Familiam hic pro gente poni docet Dukerus ad Florum 4, 1, 8. unus Vossianus C. a quoque ortus. Leid. m. a quoque ortus est.

<sup>1</sup> Marcelli Claudi, Marcellorum, &c.] Sic restitui hunc locum fide Medicacei 2, cum hucusque omnes ediderint, de Marcellorum, nullo sensu. Nam etiam si cum Schottovélis, stirpe, origine, vel quid simile exaudiri; verbum tamen deest, ad quod praepositio referatur. qua expuncta, repetes <sup>2</sup> non illa, familiam ordine enumeravit; & ad Marcelli Claudi, <sup>3</sup> rogatu. Sic plana omnia. Quare nec in sequentibus recte a quibusdam editum, de Fabiorum: ubi praepositionem etiam Mf. Gif ac. Schotti, & ed. Rom. atque Colón. non agnoscunt. Manutius pro Aemiliorum maller Corneliorum: quod Aemilius ad Scipionem nihil pertineant, cuius rogatu eam familiam Atticus enumerasse dicitur. Eandem ob caussam, opinor, Lambinus idem nomen inseruit, hunc in modum: Et Fabii Maximi, de Corneliorum, & Fabiorum, & Aemiliorum quoque; invitis libris. Ve-

rum Aemiliorum familiam Scipio haud dubie ob Africanum minor rem enumerari voluit, quippe ex Aemiliis ortum, eoque Aemilianum vocatum. A. q. ed. abest <sup>4</sup> quoque sed habuere scripti, quos diximus. Bosius. Pro Maximi Voss. A. Maximi. De Corneliorum & absunt Leidenensi & Vossianis A. C. Pro Fabiorum & Aemiliorum Voss. A. Fabiorum Aemiliorum. Ceterum notandum hic Scipionis Cornelii poni pro Cornelii Scipionis & Marcelli Claudi pro Claudi Marcelli, cognomine Gentilicio nomini praepolito, id quod observarunt post alios Dukerus ad Florum 2, 2, 11. & Cortius ad Salust. Catil. init.

<sup>2</sup> Qui aliquam cupiditatem] Non est infuper habendum, quod e Med. 2. laudat Ernstius, aliquam aviditatem, nam sic & Cicero in Catone inexhaustam aviditatem legendi laudat, 3. definib. 2. Utitur etiam, & a cupiditate distinguit Plautus Mercat. prolog. v. 29. Sed alterum frequenter Nepos adhibet. vide Indicem. Bosius. Pro iis Leid. m. his. Pro aliquam Voss. C. alias.

<sup>3</sup> Attigit quoque Poëticen] Poeticam Ve. lib. & <sup>4</sup> ejus afuit. Schottus. Mox q. edd. rerum gestarum. Sed copulam habebat etiam Mf. Schotti & ed. Rom. Quae si deleatur,

<sup>6</sup> posuit: ita, ut <sup>1</sup> sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis <sup>2</sup> quinque veribus descripserit. quod vix credendum sit, <sup>3</sup> tantas res tam breviter potuisse declarari. Est etiam liber <sup>4</sup> Graece confectus, de consulatu Ciceronis. Haec Attico vivo <sup>5</sup> edita haec a nobis sunt.

## C A P.

legerim, honore & rerum g. a. Bos.  
Leid. & Voss. A. poetica C. peticam.

<sup>1</sup> Sub singulorum imaginibus] Plinius 35, 2. Imaginum amorem flagrassè quendam, testes sunt & Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, & M. Varro, benignissimo invento, insertis voluminum sursum foecundatati, non nominibus tantum septingentorum illustrum, sed & aliquo modo imaginibus. Vide quae in Elegia notavi. Servius in Virgil. Varronem quoque familias Trojanorum explicasse, D. vero Augustinus, Deorum personarum auctor est. Supra Nepos: Et quod difficillimum fuit, sic familiarium originem subsecutus, ut ex eo clarorum virorum propagines possentus cognoscere. Messala quoque Corvinus, jam senex volumina de Familia condidit, ut meminit ibidem Plinius. Et Hyginus Augusti Caesaris libertus lib. 2. de signis coelestibus, Genealogiarum libros suos nominat. De Papiria gente quaedam Cic. epist. ad famili. libro 9. epist. 11. De Portia & apud Agellium 13, 18. ex M. Tullii Catone minore. Schottus. Vir incomparabilis Var. lett. 3, 3. hoc opus Amaltheion dictum censet, ac de eo accipit loca Ciceronis ad Attic. I, II. & 14. & lib. 9, 18. ubi legi vult: Inde exspecto Amaltheiam illam tuam. Nolle haec tanto viro excidisse. nam Amaltheiam illud, sive Amaltheian, non libri, sed loci, nomen fuisse, ex epistola

14. lib. 1. & 20. lib. 3. colligere est, facileque ad sentior viris doctis, qui bibliothecam Attici sic dictam censem. Quare neque libro 9. ep. 18. ei voci locus erit. Bosius. Vide & Gronovium ad Ciceron. lib. 1. ad Attic. Ep. 16. in fin.

<sup>2</sup> Quinisque] Ed. Grut. quinisve. Parum interest, utrum praeferas: a MSS. tamen & edd. veit. non putem recedendum. Bosius. Leid. & Voss. C. quinisque.

<sup>3</sup> Tantas res tam breviter potuisse declarari] Fecit, quod Catullus in Cornelio Nepote laudat, ipsum omnem aevum tribus explicasse chartis. Locceni.

<sup>4</sup> Graece confectus de Consulatu Ciceronis] De quo Cicero lib. 2. epist. 1. Puer tuus mihi litteras abs te, & commentarium Consulatus mei Graece scriptum reddidit: &c. Scripsit & Herodes eadem de re, sed quae Ciceronis in Consulatu praecclare facta obscurarent potius, quam illustrarent: lib. 2. ep. 2. Atticus etiam quae minus probabat in Ciceronis libris, ea notare miniata cera solitus erat. lib. 15. ep. 14. & lib. 16. ep. 21. Nec Bruto omnia probare potuit, quae de Oratore conscripsit. De qua cera Ang. Politianus Miscell. cap. 53. Schottus. Unus abest Leidenf & Voss. A. sed C. & unus. Pro de consulatu, Voss. C. consulatu.

<sup>5</sup> Editæ haec a nobis sunt] Sic Lam-

## C A P X I X .

**N**unc quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur: &c, <sup>1</sup> quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos cuique mores plerumque conciliare fortunam. Namque hic contentus ordine <sup>2</sup> equestri, quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris <sup>2</sup> divi [Julii] filii: quum jam ante familiari-

tatem

*Lambinus.* A Mſſ & edd. vert. hæc abest. *Bofius.* Leid. & Voss. A. tamen addunt hæc.

<sup>1</sup> *Quantum poterimus]* Potuerimus vulg. codd. habent, non poterimus, ut veterustus liber. *Schottus.* Leid. & Voss. A. C. potuerimus.

<sup>2</sup> *Divi Julii filii]* Veterustus cod. calamo exaratus concile, *Divi filii:* eleganter, & venuste: addit & calcum Gifanii liber, quem *Manutius* inspexit. Sic enim in lapid. innumeris, & nummis antiquis, in Triumviratu cūsis, quales plurimos videre memini, legitur. IMP. CAESAR DIVI F. III VIR. ITER. R. P. C. Apud *Ant. Augustinum* aureum nummum vidi, qui lucem adferet *Suetonio cap. 63. libr. 2.* IMP. CAES. DIVI. F. AUGUSTUS: Et in aversa parte hic titulus: C. L. CAESARES. AUGUSTI. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. [Similem argenteum possidet Sereniss. Princeps meus DN. BERNHARDUS, Dux Saxonie; aereum vero, aureumque memorat *Occo in Numismatis Imp. Rom. pag. 65.* delineatque *Gutherius de vet. pte Pontif. 1. 17.* sed omnes in aversa parte aliam inscriptionem praferunt; hanc scilicet: CAESAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIAE

Duos ejusmodi argenteos habebat etiam Lipsiae Henr. Mejerus, unum cum nota denarii X. alterum sine ea.] Item aereum apud eundem, duobus capitibus, quod rurum est, signatum: in uno latere DIVOS JULIUS praeserbat; in altero DIVI F. AUG. [Exhibent ac interpretantur *Seb. Erizzus de numismatis vett. pag. 113.* & *deinc. Ursinus in Numism. famil. Ro. pag. 136.* ed. Patin. ac Fr. Angelonus in *historia Augusta*, pag. 7.] Divos autem pro diuis vett. dicebant, idque quoties eadem littera repetebatur, ut & *Davus* pro *Davis*. Est & penes me aereus denarius Octaviani imagine & titulo; AUG. DIVI F. In aversa parte Titulus est, seu albo-galerus, pileum Flaminis, ut & *fla* ostendunt: est & *Secespita*, seu securis, & asperiorum, cui Simpulum vel Simprium subjacet, ut in Pontificatu Augusti Caesaris in municipio cūsis esse videatur. Sic autem legebatur: C. VAR. RUF. SEX. JUL. POL. II. VIR. Q. id est, *Caius Varius Rufus*, *Sextus Julius Pollio*, *Duumviri Quinqvemales*. [Habes apud *Clariss. Patinum in Quintilia*, pag. 237. & in *rumijm. Imp. R. pag. 37.*] *Servius* in illud Virgil. 8. *Aeneid.* *Divum genus: Divile,* gisse

tatem ejus esset consecutus nulla alia re, quam <sup>1</sup> elegantia vitae, qua <sup>2</sup> ceteros ceperat principes civitatis,

gisse quosdam refert; recte mea quidem sententia, idque cum apostolus in Deos relati essent. Et sic fere Graecorum natio, etiam in posterioribus Imperiis. ut *Dion*, & ex Dione *Xiphilinus* & *Aelianus* de *aie* *instruenda* ad Adrianum Aug. *Nervae F. Aὐτοκράτορα Καίσαρα τις θεός Αὐγούστου οἰκατέοντα Imperator Caesar, Divi filii, Adriane Auguste. Sic & Tiberio *Valerius Maximus*, & Domitiano *Martialis* adulantur: ut *Julii* & *Augusti* more, *Divos*, monstra illa & portenta, etiam vivos adhuc, appellarent. *Vitruvius* praefat. librorum de Architectura ad Augustum: *Cum concilium coelestium in seibus immortalitatis parentem tuum dedicavisset, & imperium ejus in tuam postulatam stransulisset*, &c. Schottus. Locum hunc Auctor ipse illustrat, quando paullo post dicit. *Nata est Attica nepitis ex Agrippa*, & quae ibi sequuntur plura. *Eros*. *Schottiani Gifanianique codicum* electionem magis etiam, quam quos ille laudavit, quibusque similes plurimos cum nummos; tum lapides vett. apud Antiquarios habes, confirmant nummi, in quibus Augustus pariter IMP. DIVI F. omisso *Casaris*, & *Augusti* nomine, cognomineque, appellatur ut in aereo meo mediae magnitudinis, (cui similes & *Erizus* ac *Angelonus* exhibent) in cuius adversa facie duo capra, (Augusti & Agrippae, ut volunt) cum inscriptione, quam diximus; in aversa, COL. NEM. & crocodilus palmæ arbori alligatus, ac duobus ramis insistens. Et in alio apud *Oeconomum* pag. 73. in*

quo eadem inscriptio, & caput Augusti, in aversa vero parte; Q. MAXIMO ITER. &c. Nempe cum eousque nemo aliis inter Divos relatus esset, (nam Cn. Pompeji magni nummus, in quo templo cum hac subscriptione CONSECRATIO, legitur, non una causa mihi suspectus est, ut alibi docebo) addito *Julii* nomine, quo is ab aliis divis discerneretur, opus non erat. Augustus autem sola *Imperatoris* appellatione, quae illi aequae ac patri Julio loco praenominis decreta fuerat, aliquando designabatur. Quare vix dubito, *Julii* nomen heic expungerendum esse. Quamquam interim non desunt exempla cum nummorum, ut apud *Oeconomum* pag. 37, 42, 44, 56, 50; tum saxonum, apud *Gruterianum* pag. 58, 1. pag. 177. 1. p. 228. 6. pag. 1084, 2. in quibus idem Augustus *Divi Julii Fr.* vocatur. Sed in iis ubique *Caesaris* nomen praemittitur. Apparet autem ex hoc loco, scriptum hunc librum antequam *Augusti* cognomen ei decerneretur. *Bosius*. Leid. & Voss. C. *Divi filii*. Cum Bosio facit Cl. *Graevius*.

<sup>1</sup> *Elegantia vitae*] Sup. c. 13. 5. *Elegans; non magnificus; splendidus; non sumptuosus.* Deinde humiliores legit script cod. & vulgati. Schottus. Sed alterum poscent, quae proxime praecedunt, *dignitate pari*. *Bosius*. Male pro *alia* in edit. Hack. legitur *tilla* pro *quia* Voss. C. quae Pro *humiliore* Leid. & Voss. A. C. *humiliores*.

<sup>2</sup> *Ceteros principes civitatis*] Pompejum opinor, M. Antonium, Ci-  
cero-

tis, dignitate pari, fortuna humiliore.<sup>1</sup> Tanta enim prosperitas Caesarem eum est consecuta, ut nihil ei non

ceronem, &c. *Bosius.*

<sup>1</sup> *Tanta prosperitas Caesarem?* Quorsum de Caesaris felicitate in Vita Attici? Non ignoro in Caesarum inaugurationibus jam inde ab excessu Trajani optimi Principis acclamari solitum; *Sis fortior Caesare, felicior Augusto, melior Trajanio.* Verum priscam lectionem facere non possum, quin laudem: *Tanta enim prosperitas Caesarum eum est consecuta.* Quam lectionem confirmat & Gifanii M. f. ut ad Atticum pertineat, quem singularis Principum favor est prosecutus, ut nemini esset aequalium inferior, sed magis beatus. *Schottus.* Mihi, ut quod res est, dicam, valde absurdum videatur, dicere: *Tanta prosperitas Caesarum consecuta est eum,* pro: tanto Caesarum favore floruit &c. Sed inde tamen crederem locum ita legendum: *Tanta enim prosperitas eum consecuta est.* De Attico loquitur; quod vel ex eo clarum, cum sequitur, *quod civis Romanus quivit consequi.* Pronomen *eum,* interpretatus est aliquis in margine adscripta *Caesaris* appellatione. inde in textum recepta, occasionem dedit variandi numerum casumque. Nam Caesaris felicitas etiam si hic inseri potuisset, tamen aliis fuisset verbis inserta, poterit etiam ipse litterarum ductus in pronomine varietati lectionis, & mox conjunctioni, occasionem dedisse. Ita nunc sentio scriboque h. l. *Boeclerus.* Suspicio veram esse lectionem, *prosperitas Caesaris in eum consecuta est.* *Consecuta est,* absolute, *pro secula est,* ut alibi quoque apud Nepotem. Pro

*Caesaris in eum,* fuit olim contra dictim, *Caesar. in eum.* Inde factum, *Caesarum eum.* Schefferus. Miror non animadvertisse interpretes, haec non ad Atticum, sed Augustum, referenda esse. Quod vel ex eo, quod nomen illius statim subiicit, intelligere poterant. Quid enim eo opus, si de eodem heic quoque loquitur. Satis erat, si dixisset; *Nata est ei neptis.* Nunc Atticō natam ait, ne quis de eo loqui se putet, cuius prosperitatem modo praedicarat. At quorsum de Caesaris felicitate in vita Attici? Ut explicatus traderet, quod dixerat, certos civitatis principes dignitate pari, fortuna humiliore fuisse. Ait igitur, nemini non parem dignitate fuisse, fortuna cunctis superiorē. Parem, quia nihil ei non tribuit fortuna, quod cuicunque ante detulerit. Superiorē, quod conciliarit ei, quod nemō adhuc civis Rom. quiverit consequi. Sic enim posteriora haec e Miss. suppleri debent; ne bis idem dicat Nepos, verbis diversis. Nam quod Schottus e suo cod. producit, *quam civis R. p. e.* & ad prosperitatem Attici refert, nauci non est. Lego igitur, *Caesarem eum est consecuta:* nempe Divi filium. Quoniam librarii de Attico haec acceperunt, pro *Caesarem* rescripsere *Caesarum:* inde tam mira & contorta, *nata* est. Addidit autem Nepos vocabulum, sive famae laudisque ad spekü & iherulmā, quomodo §. 4. 2. est *Pittacus ille;* Et mox v. 4. idem ille *populus:* sive, ut eo Augustum a Julio Caesare discerneret. Quamquam & ab alio adjici potuit.

non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit; & conciliarit,<sup>1</sup> quod nemo adhuc civis Romanus quivit consequi.<sup>2</sup> Nata autem est Attico<sup>3</sup> nepitis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Caesar, vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni, Drusilla nato, privigno suo, despōdit: quae conjunctio necessitudinem eorum + sanxit, familiaritatē reddidit frequentiorem.

## C A P.

qui *τὸς Καίσαραν* jam in *Καισάριν* corrupto, accusativum deesse ratus, de suo supplerit. Sicuti contra ea, si a Nepote est, ab aliis tanquam superflua omitti, aut ab ultima vocis *Καίσαραν* absorberi potuit. Ut cunque sit, *Καίσαραν* legendum, ac de eo hanc periodum accipiendo, non dubito. *Bosius*. Leid. m. *Cae-sarem etiam*: *Voss. C. Caesarum causfa*, qui pro *consecuta*, *secutus*.

<sup>1</sup> *Quod nemo adhuc civis R. quivit eis.*] Non potui contempnere hanc optimorum libb. *Gif.* & *Leid.* lectionem: praeferim cum valde frigidum & Nepote indignum sit, quod adhuc omnes editiones occupaverat, *quod civis R. p. c.* *Schotti* liber, *quam civis R. p. c.* ut ad eandem, inquit ille, prosperitatem referatur. Ego nullum inde sensum exculpere possum, nisi addas in praecedentibus, & plus conciliarit; aut pro *quam*, legas quantam. Sed utrumque aequa ineptum fuerit. *Bosius*. Leid. m. pro *quid*, *quam*.

<sup>2</sup> *Nata est autem Attico*] Hoc ordine scr. cod. & collocarat uterque scriptus, & in Claudio Tiberii praenomen asuit. *Schottus*. Antea editi, *Nata autem est*, &c. collocavit. *Bosius*. Omnes mei collocarat.

<sup>3</sup> *Nepitis ex Agrippa*] *Suetonius* in *Tiberio* cap. 7. *Agrippinam M.*

*Agrippa genitam*, *neptem Pomponii Attici*, ad quem sunt *Ciceronis epistolae*, duxit uxorem, sublatoque ex ea filio *Druso*, &c. & Octavio capite 65. *Schottus*. Pro *anniculam* *Voss. C. amiclam*, cui *Tiberio* abest. Pro *Drusilla* *Voss. A. C. Drusilia*.

<sup>4</sup> *Sanxit*] *Lambinus* leg. putabat, auxit: *Ernisti* e *Medic. codice*, sic auxit, ut familiarit. eorū reddidit clariorē. Verum nihil mutandum est. *Sensus Nepotis ille*: ad finitatem ista veluti lege & jure, ac religione quadam inter eos contractam necessitudinem, & veluti sanctam effectam: cum antea libere, & ferre sine ulla copula amicitiam cohererent. Plus autem est *necessitudo*, quam *amicitia* aut *familiaritas*. *Scriptura Medic. codicis* ex ignorantiā nata est elegantissimi loquendi modi. *Fors tamen Nepos scripsit*, & *familiar. r. fr. Bosius*. *Voss. A. sanxit*.

<sup>5</sup> *Ab urbe abeget*] *M. Schotti*: ad *urbe effet*: Reciperem; si meliores codd. concinerent. nam sic ferre 12, 3, 4. tantum se ab *invidia futuros*. *Tacitus* 2, 16, 3. a *contumelia*, *quam a laude*, *propinus fuerit*. Nunc nihil muto. *Bosius*. *Unus Voss. C. quia ab urbe effet*. pro *Litteras Voss. C. litteris*.

<sup>6</sup> *Quin Attico nitteret*] *I. e. scribere*,

## C A P. XX.

**Q**uamvis ante haec sponsalia non solum, quum<sup>s</sup> ab **i** urbe abesset, nunquam ad suorum quenquam literas misit, **6** quin Attico mitteret, **7** quid ageret, in primis quid legeret, quibusque in locis, & quamdiu esset moraturus: sed etiam quum esset in urbe, & **2** propter suas infinitas occupationes minus saepe quam vellet Attico frueretur, **8** nullus dies tamen temere intercessit, quo non ad eum scriberet: **9** quum modo ali-

beret per literas certiore ficeret. Vide praeter Bosii indicem de hac Elliptica locutione Cl. Graevium ad Justinum lib. **5** cap. **3** n. **7**. & Cort. ad Ciceron. lib. **2**. ad Fam. Ep. **8**. quomodo mittere pro legatos mittere vidimus ad Themistocli cap. **2**. Adde Cel. Burn. ad Ovid. lib. **1**. Amor. El. **13**. vs. **19**. & ad lib. **2**. El. **2**. vs. **5**. item Cort. ad Sallust. Catil. **32**, **3**, & comparare pro bellum, exercitum comparare ad Thrasyb. cap. **2**. n. **2**. Proq<sup>n</sup> Leid. cum.

**7** Quid ageret, impr. quid leg.] V. C. sic interpungit, quid ageret in primis: quid legeret. Schottus. Sic & ed. Rom. Sed **rō** in primis magis congruit ad sequentia. Mox alii, sed & cum in u. e. Mutavit fide sui codicis Schottus. Deinde, Ms. Gif. propter infn. suas occup. Quae varietas facit, ut **rō** suas intrusum suspicere. Bosius. Pro sed & Leid. & Voss. A. C. sed etiam.

**8** Nullus dies tamen temere] Sic editi. Ms. vero, Nulla dies tamen intercessit. Schottus. Ed. Rom. & Grut. nullus dies tem. int. Nempe ob similitudinem nunc vox posterior a priori, nunc haec ab illa absorpta est. Bosius. Pro intercessit Leid.

m. **8** & Voss. A. Nullus dies tamen temere intercessit. Voss. C. nullus dies tamen intercessit.

**9** Quum modo aliquid] Diss. Lambinus pro quo aliquid, [ut est in ed. Col. Grut. aliquique] modo aliquid reponebat. Non damno interim priseam scripturam: quo non aliquid de antiquis ab eo requireret, modo aliquam ei quaestionem poeticanam proponebat. Schottus. Quo non aliquid, est etiam in Rom. Mihi optima visa scriptura codicis Leid. coque in textum recepi. Scilicet nunc incipit speciatim exponere, de quibus rebus Caesar ad Atticum scripsiterit. Neque verisimile est, cotidie aliquid de antiquitate ab eo requisivisse. Scriptum fuit, quis mo, indeque natum illud quo non vel e praeced. repetitum est. Bosius. Verbum proponeret in hac re proprium est, pro quo etiam simplex verbum ponere adhibetur. Via de Interpretes ad Phaedrum lib. **3**. fab. **14**. v. **8**. Nec quaestioonis posse causam intelligit. & Daviesum ad Ciceron. de Fato cap. **2**. ubi tamen nihil mutandum censeo cum Tiberio Wopkens lib. **3**. Lect. Full. cap. **11**. p. **297**. Cur vero, si codicem Baliodensem pro contra propose-

aliquid<sup>1</sup> de antiquitate ab eo requireret: modo aliquam ei quaestione poëticam proponeret: interdum jocans ejus<sup>2</sup> verbofiores eliceret epistolas. Ex quo accedit,<sup>3</sup> quum aedes Jovis Feretrii, in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu, Caesar<sup>4</sup> eam reficiendam curaret. Neque vero ab M. Antonio minus absens litteris colebatur: adeo, ut accurate ille<sup>5</sup> ex ultimis terris,<sup>6</sup> quid ageret, quid curae sibi

*tum, contra positam exhibentem defendere voluerit Davisius, non legendum conjectit contra rem positam.* Haud dissimili significacione dixit Noster in Pelopida cap. 3. §. 1. *Etsi sejunctum ab re posita est. Pro poetica Voss. C. petitam.*

<sup>1</sup> *De antiquitate*] Id est, vel ex antiquitate, ut saepe haec praepositiō ponitur; vel de antiquitate rei cuiusdam vel moris Romani. Sed prius malim, atque putarim hoc fecisse Augustum consilii auxiliique cauissā, si quae res dubia incidisset. Multa enim tribuit antiquitati Augustus, & citius faciliusque probari existimabat, quae vetustatis exemplo probarentur, quod clarum ex Suetonio cap. 89. Similiter Severus Imperator litteratos, & maxime historiarum peritos, si quae res incidisset dubia, consuluit, ut similibus exemplis ex antiquitate institueretur. de quo Lampridius in ejus vita. Bosius.

<sup>2</sup> *Verbofiores eliceret epist.*] Ut Cicero quoque ab Attico, lib. 16. epist. 11. Schottus.

<sup>3</sup> *Quum aedes Jovis Feretrii*] Admissis ad moenia hostibus, atroc in ipso aditu pugna, adeo ut Romulus Jovem oraret, ut foedam suorum fugam fisteret. Hinc tem-

plum & stator Juppiter Feretrius dictus, quod pacem ferat. Flor. lib. 1. cap. 1. Vid. etiam Liv. lib. 1. Sextus Aurelius Victor cap. 1. de Viris Illustr. Messal. Corvin. lib. de August. prog. & alii. Ernstius. Scripta lectio: *Cum aedes Jovis Fer. in cap. ab Rom. constituta vet. atque incuria tecta prolaberentur. Quam ita probo, ut vulgatam non rejiciam.* Amplius tamē est, collapsis tantum tectis, non integro aedificio vitium faciente, Attici suauissimum templum Jovis satum tectum instauratum: quod in hoc, quam illo, necessitas reficiendi major incumbat. Schottus. Mihi recepta verior videtur: etsi altera meretur amplius expendi. Adi Ind. v. detegi. Bosius. Pro admonitu Voss. A. ammonitu. Voss. C. ira habet *Vetustate atque incuria tecta probarentur, ut Attici monitu &c.* Pro a M. Leid. m. ab M. pro vero a M. Antonio Voss. C. vobat M. Antonius. pro colebatur Leid. m. colebantur.

<sup>4</sup> *Ex ultimis terris*] Ex Aegypto. Vetustus cod. exultum iis terris præfert. & supra ab M. Antonio: quae utraque olim Lambinus repræsentavit, accepera, ni fallor, a Pet. Pinchoe, I. C. insigni. Quidam etiam libri,

fibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui judicare poterit, quanta sit sapientiae, eorum retinere usum benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non solum aemulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantum fuit<sup>6</sup> incidere necesse inter Caesarem atque Antonium, quum se uterque principem non solum urbis Romanæ, sed orbis terrarum esse cuperet.

## C A P.

libri, *exul eum litteris*. *Supra*: [c. 9, 2.] *Hofis Antonius judicatus, Italia cesserat: spes restituendi nulla erat.* Schottus. In Vererb. libris Mſ. & editis quibusdam est *ex ultimis terris*. Sic *Sallust. Catil. ait. Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat.* Schottus post Manutium significat ex Aegypto. Comment. autem in Epift. 9. lib. 1. *Cic* aliter explicat. *Ermstius. Ed. Rom. exul eum litteris.* Colon. Lamb. & complures aliae, *exul tum his terris:* quod non satis elegans mihi videatur, ac vix ita scripsit Nepos. Ut nos, edidere Gothofr. Gruterus, alii: repperitque sic & *Ermstius* in Mſ. codicibus: qui & *Sallustii* loco firmat. Cicero in Verrem 5, 57. *Illa vox, CIVIS ROMANUS SUM, saepe multis, in ultimis terris, opem inter barbaros, & salutem tulit.* cap. 60. qui usque *ex ultima Syria atque Aegypto navigarent.* Bosius. Recte Schottus Cic. 1. ad Fam. 9. Recordare enim quibus laudationem *ex ultinis terris miseris*, hoc est, *ex Cicilia.* Gravijus. Leid. m. & Voss. A. *Exul eum litteris* Voss. C. *exul tum his terris.* quam lectionem videtur praeferre Clar. Munkerus ad Hygin. fab. 26. sed Schotti, Bosii, Gravii, ac Broukhufi ad Prop. 2, 13, 40. ab Hoogstratano jam citati,

sententiam amplector; consule etiam Cl. Arntzenium ad Victorem Epitom. cap. 43. n. 1. & Cortium ad Sallust. Catil. cap. 16. n. 5.

*5 Quid ageret, quid* Siccaedem membranae: *quid ageret, curae sibi haberet certiorem facere Atticum*, diverso longe sensu. Schottus. Sed praefero vulgatam. *Bosius.* Voss. C. *Quid ageret curae s. b.*

*6 Incidere*] Sic ed. Rom. Col. Lamb. & quae hanc sequutae. At Grut. & alii, *intercedere.* Fortasse neutrum ab autore nostro est. Potest certe posterius e proximo subaudiiri; uti c. 8, 2. *iteretur*; & c. 33, 2. *commutare.* Statim Lambinus & Schottus mallent, *urbis Romae*: quomodo & Gruterus edidit. Non opus. Sic & alii loquuntur. adi Ind. v. *urbis.* In Mſ. Schotti, ac forsan & aliis, *re Romae a compendio scripturae oriri potuit.* *Bosius.* Omnes mei quantam f. *incidere* n. Leid. m. & Voss. A. C. *urbis Romae.* sed utrumque recte dicitur. Vide Clar. J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Ill. cap. 6. n. 8.

*1 Septem & septuaginta*] Qui est annus *Climactericus* hebdomadicus magnus, ducto septenario in undecim. Nam *climactericis viros praestantissimos extinctos, veteres memoriae monumentaque declarauit.* In

## C A P . X X I .

**T**ali modo quum <sup>1</sup> septem & septuaginta annos complessit, atque ad extremam senectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque, crevisset: (multas enim hereditates nulla alia re quam <sup>2</sup> bonitate est consecutus:) tantaque prosperitate usus esset valetudinis, ut annos triginta <sup>3</sup> medicina non indi-

gu-

In veteri tamen cod. *septem & sexaginta* duntaxat repperi; nato, ut sit, errore ex singularibus numerorum notis additis, omissisve. Supra anno sexto & *sexagesimo* matrem nonagenariam extulit: & bellum Caesarianum exortum Nepos ait aetatis Attici *sexagesimo*. qui est U. C. *xxxiv.* Decessisse vero CN. Dominicio L. F. CN. N. Aenobarbo, C. Sofio C. F. T. N. Coss. qui est annus *cccxxi.* post Ro. condit: Natus itaque Atticus anno *DCLXIIII.* triennio ante M. Tullium, cui & *xii.* annis superstes fuit. *Schottus.* Voss. C. etiam *septem & sexaginta.*

**2. Bonitate est consec.**] Abest verbum substantivum ab edd<sup>t</sup> vett. moxque habent, *usus est.* Nempe putarunt haec omnia una parenthesisi concludi, quod secus est. Eadem edd. & Grut. Gebh. Keuch. *annis triginta:* quod nescio cur mutarint alii. *Bofius.* A meis abest quoque. mox pro *tantaque* Leid. *nunquam.* pro *est val.* Voss. A. & C. *est val.* & pro *annos.* iidem *annis.*

**3. Medicina non indiguisse**] Atqui semel atque iterum de imbecillitate Attici queritur Tullius in *epistolis* ad eum, praesertim lib. 6. annis ante obitum illius *xiv.* scripto; ac se-rius adhuc lib. 7. 2. & lib. 10. 12. 13. Conjeciebat igitur, in *Analyti-*

*vitae Attici*, ante nos annos *xix.* in ill. Lipiensi proposita, *thes. 34. Jo. Schilterus,* hodie Serenissimo Duci Bernhardo a consiliis aulicis, & JCtus ac Philologus & *τηδ τυχήτας*, nobis non magis sanguine, quam affectu & amicitia conjunctus, Nepotem ita intelligi se velle, Atticum intra *xxx.* annos nunquam tam acuto decubuisse morbo, ut singulare Medicorum opera eum uti oportuerit. Cui conjecturae plane acquiesco. Solebant enim prisci Romani saepe sola abstinentia, aut medicina domestica, mederi morbis. Qua de re quaedam habes apud Medicorum hujus aetatis principem, *Guern. Rolfinianum*, collegam ac patronum in primis mihi venerandum, lib. 14. *Medicinae specialis commentar.* *is id yiq.* sect. I. cap. 6. Sane Tiberius Caesar eludbat eos, qui post tricesimum aetatis annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia alieni consilii indigerent: ut est apud Tacitum 6. 46. 6. ubi *Lipsum* vide. *Bofius.*

**4. Teneimon**] *Tenesmon*, script. codex, [& edd. Rom. ac Col.] sed Latinis characteribus; alii *Tenesmon;* ut & Gisani cod. Manutius *Tenaz-μων*, vel *Teneμων*, *τεναζων* leg. arbitrabatur. Est autem *Tenesmus*, vel *Tenesmus* Corn. Celsi libro

guisset: naētus est morbum, quem initio & ipse &<sup>2</sup> medici contemserunt. nam putarunt esse + tenesmon: cui <sup>3</sup> remedia celeria faciliaque proponebantur. In <sup>3</sup> hoc quum tres menses sine ullis doloribus, praeter quam quos ex curatione capiebat, consumfisset: subito tanta vis morbi <sup>4</sup> in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos <sup>7</sup> fistula putris eru-  
perit.

bro 4, 18. Graece Τενεμός, [seu potius τενομός, vel τεναρός, vide Rhodium ad Scribonii locum mox laudandum.] cum frequens, sed ir-rita, desidendi dejiciendique cupi-ditas est, cum inflammatione ac tumore sedis, mucosa & sanguino-lenta quedam egerentis. Plinius 28, 14. *juillum lac utilissimum Tenesmo:* & alibi saepe. Et Scribonius Largus capite 142. *Tenesmo est irri-tatio ultimae partis directi intestini, in quo saepius libet desurgere sine catuffa.* Desurgere autem, pro ire in seces-sum ad exonerandum alvum. ut ex Glossario veteri explicat doctiss. *Tir-nebus Adversar.* 17, 17. Schottus. Crebram & insānem voluntatem egerendi. Plin. lib. 28. *Hist. Nat.* cap. 14. Eadem explicatio legitur apud Hippocratem lib. 2. *Epidem. Sez. 2.* Dysenteriae ad fine esse vi-tium, eamque saepe precedere, & in eo patita cruenta & mucosa, cum magna tensione egeri scribit Galen. *comment. ad aphor.* 27. lib. 7. Apud Nicandr. Schol. hunc mor-bum suo tempore *Batrūs*, dictum scrib. in Alexiph. v. 182. Apud utrunque legitur Τενεμός. Manutius scribit *Tenēmōs*. Jo. Valder. *Tenē-mōs.* Bosius *Tenēmōs* Giphan. Lam-bin. & J. Savaro *Tenesmus*. Beurerus vero *Tenesmon* Latinis literis. Manu-tius subsequentibus verbis sine ul-

lis doloribus probat *Tenesmus* non fuisse, idque auctoritate Cornelii Celsi. *Ermilius.* Omnes mei *Tenes-mom.*

<sup>5</sup> *Remedia celeria faciliaque]* Cu-jusmodi fere sunt, quae recensent Celsus & Scribonius locis modo lauda-tis: Plinius lib. 20, 6, 9, 12, 17, 21: lib. 27, 8: lib. 28, 9, 14: lib. 30, 7: 32, 6, 9: 33, 6: 34, 18. Paullus Ae-gineta 3, 41: Alexander Trallianus 8, 6: Plinius Valerianus 2, 24: Coelius Aurelianus tard. 4, 6. qui &c morbi naturam caussasque exponunt. Bo-sius.

<sup>6</sup> *In unum intestinum]* Corrigebat Barthius: *in unum intestinum:* credo, quod eam tenesmi sedem esse norat. Et sane insolitus non est, has voces permutari invicem a librariis. Sic apud *Macrobius in Somn. Scip.* 1, 20. tribus locis una vulgo legebatur, pro *ima*, uti re-cte Pontanus emendavit. Sed heic nulla mutatione opus. *Unum inte-stinum* idem est, ac solum; ut, saepe apud Nostrum. adi Indicem. Bosius.

<sup>7</sup> *Fistula putris eruperit. Atque an-tea &c.]* Gif. cod. *fistulae putris eru-perit.* Totus hic locus sic in nostris membranis legitur: *fistulae putris erumperet.* (& spatio quod versus dirimit, *fistulae poris erumperent*, alii *fistulae pu-tres*

perit. <sup>1</sup> Atque hoc priusquam ei accideret, postquam in dies dolores accrescere, <sup>2</sup> febremque accessisse sensit, Agrippam generum ad se <sup>3</sup> arcessiri jussit & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque <sup>4</sup> Peducaenum.

hos

tres eruperint) atque hoc priusquam ei accideret postquam in dies dolores accrescere. Reliqua absunt, antea quidem morbi diuturnitatem moleste fererat, & vero a glossa huc intrusa semper suspicatus sum, idemque etiam *Faccho Susto*, viro doctissimo, placere audio: & *Lambinum recte omisisse video*: pugnant enim cum iis, quae non longo intervallo antecedunt: Cum tres menses, sine ullis doloribus, praeterquam quos ex curatione capiebat, consumpsisset. Schottus. Ed. Rom. Col. fistulae putris eruperint. Gifanius & Savaro, &c, e tribus, ut ait, optimae notae manuscriptis, Schoppius de arte Critica, pag. 63. fistula putris, Barthio & Loccenio probantibus. Rigalius ad Artemidorum pag. 21. laudat: fistulae putris erumperent. Simplicissima, eoque mihi verissima est scriptura Medicæi codicis, *pus erumperet*. Quomodo Celsus 6, 18, 2. *Si pus ex iis (ulceribus scil.) profusus*. Et paullo post: *si pus coepit profusus*. Et lib. 5, 28, 8. *tibi adaperitus est furunculus & exiit pus*. Ac duxito, an fistula ipsa, quae ulceris species est, recte dicatur *erumpere*. *Nasci* potius & *oriri*, & *aperiri* dicitur. Adscriperat autem, ut videtur, aliquis in ora, fistulae vocem: quae textui intrusa, tot discrepantibus lectionibus occasionem praebuit, cum ali aliter *putris* vocabulum, ut ei responderet, transformarent. *Bosius*. Leid. m. *fistula putris eruperit*. Voss. A. *fistulas putris*

erumperent Voss. C. *fistula putris erumperet*.

<sup>1</sup> Atque hoc priusq. ei accederet] Sic Msl. & edd. Rom. Col. ac reliquæ pleraque. Sed Gruter. & quedam aliae, nonnulla inservunt, hoc modo: Atque antea quidem morbi diuturnitatem moleste fererat, priusquam hoc ei accideret: (vel, accederet:) postquam vero in dies &c. Quae unde desumpta sint, dicere non possum. Schottus suspicabatur intrusa a glossa, quod repugnat praecedentibus. Hoc voluit, opinor; non potuisse Atticum morbi diuturnitatem moleste ferre, quia sine ullis doloribus fuerat. Verum agnoscit ipse Nepos dolores, et si non alios, quam quos ex curatione capiebat. Et poruere alii supervenire, cum jam vis morbi in unum intestinum proruperat, ante tamen quam per lumbos pus erumperet: quod extremitate demum tempore factum Nepos ait. Jam consilium de vita inedia finienda quinto ante obitum die, ut e cap. 22, 3. apparet, init. Vix igitur prius, quam id ei accideret, ut per lumbos pus erumperet, nam ab eo tempore dies aliquot supervixisse credibile est. Neque enim statim atque pus erupit, mortem adfert. Immo ob hanc ipsam rem videntur accrescere dolores, febresque accessisse. Non igitur priusquam ei accideret. Proinde videtur omnino aliquid desiderari, ad quod ea verba referantur, cum ad sequentia vix possint. Ac facile fieri potuit,

ut

hos ut venisse vidit, <sup>5</sup> in cubitum innixus: quam-  
tam, inquit, curam diligentiamque in valetudine  
mea tuenda hoc tempore adhibuerim, quum vos testes  
habeam, <sup>6</sup> nihil necesse est pluribus verbis comme-  
mo-

ut integer versus excideret, aut  
ob illud prius <sup>7</sup> antea, tanquam  
idem significans, cum iis, quae pro-  
xime sequebantur, omitteretur.  
Quoniam tamen mihi non constat,  
num ea in aliquo Ms. codice re-  
perta fuerint, nil definire ausim.  
Praesertim cum adjici potuerint ab  
aliquo, qui illa, *hoc priusquam ei  
accideret*, de universis, quae antece-  
dunt, accepit, cum fortasse de  
extremo tantum tempore deberet. Ce-  
teram quod in ed. Rom. & postre-  
ma Boecleri legitur, *accederet*,  
mendum puto sive typographi, si-  
ve librarii, nam idem verbum paulo  
post sequitur. *Bosius.* Omnes  
mei accideret.

<sup>2</sup> *Febremque]* Ed. Rom. & Grut.  
*febresque.* quomodo Ovidius 1. de  
Ponto 11. 5.

*Nec dolor ullus adeſt, nec febribus  
uror anhelis.*

Et passim Cyprianus, Tertullianus,  
Lactantius, ejus aequali, *Bosius.* Leid.  
m. *febresque.*

<sup>3</sup> *Arcessi]* Quaedam exempla ha-  
bent, *arcessiri:* unde legendum su-  
spicor, *arciri.* *arcire* autem dicebant  
veteres, pro *accire*, seu *adire;* r.  
pro d. quod & alii norarunt, &  
nos quodam alio loco admonui-  
mus. *Lambinus.* *Accersi,* in utro-  
que scriptum vidi. Quare nescio,  
cur totiens Lambinus *Accersere* La-  
tinam esse vocem neget tam con-  
fidenter, & tantum *Accersere* in u-  
traque notione, & appellandi, &  
accusandi, (Latinae linguae per se

satis inopis, & angustae terminos  
coartans) dici jubeat, contra o-  
mnem antiquitatem. *Schottus.* Ade-  
de Pareum Lexico Critico, & Buch-  
nerum ad Fabrum, in v. *cito.* Ed.  
Rom. & Col. habent, *accerſi.* quod  
ex *accerſi* (sic enim Nepotem puto  
scripsisse) corruptum videtur. Gra-  
tero, Gebhardo, Keuchenio pla-  
cuit <sup>8</sup> *arcessi.* *Bosius.* Leid. m.  
*arcessi.* *Voss. A. arcessi.* *Voss. C. ac-  
cessi.* Sed *arcessi* legendum statue-  
runt Cl. Cortius ad Sall. Jugurth.  
cap. 62. n. 4. & Oudendorpius ad  
Frontinum lib. 2. Strat. c. 7. n. 12.

<sup>4</sup> *Peducaem]* De Sex. *Peducaeo*  
Attici familiaris, vide *Ciceronem epist.*  
1. lib. 10. *Schottus.*

<sup>5</sup> *In cubitum innixus]* Non dubi-  
avi veram esse hanc librorum Gif.  
Schotti, ac Medic. 2. & ed. Rom.  
lectionem, etiam Gebhardo & Ken-  
chenio probatam. Absorpsit in aliis  
praepositionem ultima proximae  
vocis littera; Inde vulgatum illud  
nexus. Sic autem & Cicerio loquitur.  
vide Indicem. *Bosius.* De hoc more  
loqui incipientium consule Passer-  
arium ad Propertium 1, 3, 34.

*Sic ait in molli fixa toro cubitum.*  
Ubi praeter Passerarium & Hein-  
sium etiam Graevius in Epist. 139  
ad N. Heins. legit *nixa toro cubitum.*  
Hic omnes mei in *cubitum innixus.*

<sup>6</sup> *Nihil necesse est]* Sic Mff. Gif.  
Savar. Schotti, & uterque Medi-  
caeus: nec aliter edidere Gebhar-  
dus & Keuchenius. Reliqui, *nihil  
opus est.* Forsitan neutrum a Nepo-

morare. quibus quoniam, ut spero, satisfeci, <sup>1</sup> me nihil reliqui fecisse, quod ad sanandum me pertinere, reliquum est, ut egomet mihi consulam. Id vos ignorare nolui. <sup>2</sup> Nam mihi stat, alere morbum definere. namque his diebus <sup>3</sup> quidquid cibi sumsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis.

Quare

te est. Sane Plautus ad hunc modum Captiv. 2, 2, 94. *Nihil est, ignotum ad eum mittere: Operam lajeris.* *Nihil est, id est, nil attinet,* non est operae precium, non est opus. *Bosius.* Pro *vas testes* Voss. A. C. nos *testes.* & Voss. A. C. *necesse est.* sed Leid. omittit verbum substantivum.

<sup>1</sup> *Me nihil reliqui fecisse]* Haec lectio est Mf. Leid. & edd. Rom. Gothosfr. Grut. Gebh. Keuch. sed Col. Lamb. Schotti, & nuperae pleraequae. *nihil reliqui feci;* an librorum vett. auctoritate, *Schottus* nescire se ait: qui haud dubie in scriptis suis alteram repperit. quae mutari non debet. *Satisfacere, est excusare, pacare.* quo sensu Itali dicunt: *Io son sodisfatto*, i. e. acquiesco, contentus sum. Nisi totum illud, una cum illis *nihil quod ad sanandum me pertineret, a mala manu est:* quod valde vereor. Praecessit enim proxime, satisfeci; sequiturque statim, *reliquum est.* Et jam dixerat, *magnam se diligentiam in valetudine sua tuenda adhibuisse.* Bosius. Leid. & tres Vossiani *me nihil reliqui fecisse.* *Nihil reliqui est* Ciceronian locutio. Vide Graevium ad Ciceron. lib. 4. ad Attic. Ep. 6. pro *ut egomet.* Leid. & egomet. sicut cap. 22. *pra ut non ex vita.* & non ex vita.

<sup>2</sup> *Nam nisi stat alere morbum defini-* Veteres Philosophi, Dioge-

nes Cynicus, atque praesertim Stoici *avroxeretas* magni semper fecerunt, discipulosque suos in assensum violenti hujus consilii traduxerunt, inter quos Seneca facile principem locum obtinet. Epist. LVIII. LXX. LXXVII. & passim in suis libris. Et Epicurus apud Arianum lib. 1. cap. xxiv. Docent id quoque exempla tum illa, quae a Seneca laudantur, tum quae heic sequuntur. Nempe Democriti, de quo haec legimus apud Athenaeum lib. II. Dipnosi. cap. IIII. *Fama est,* inquit, *Democritum ipsum Abderitem fuisse ob senectutem pene furiosum, atque, cum vitae pertaesus esset, substrahere sibi nutrimentum singulis diebus consueuisse.* Sed cum dies Cerialium sacrorum esset propinquus, rogantibus mulieribus ne moreretur per id tempus, ut sacra celebrare possent, paruit, & sibi *vas melle plenum adferri* jussit. Inde ferunt hunc virum multos dies vivisse, cum solo melle vesceretur, atque deficiente melle, post hos dies mortuum fuisse. Eodem modo Ifocrates, autore Plutarcho, obiit voluntaria nece, per quatriduanam inediem, recitatis prius trium Euripiidis fabularum primis versibus. Alii tamen dicunt, e vita eum exceſſisse, cum novem dies cibo abstinueret. Plura de voluntaria morte vide apud Cl. virum Carolum Anibalem Fabrotum amicum nostrum carissimum Exercitat. V. Elbertum kee-

Quare a vobis peto primum, ut consilium probetis  
meum: deinde, ne frustra dehortando + conemini.

## C A P. XXII.

**H**ac oratione habita, tanta constantia vocis atque<sup>1</sup>  
vultus, ut non ex vita, sed ex domo in domum  
videretur migrare, quum quidem Agrippa eum flens,  
atque<sup>2</sup> osculans, oraret atque obsecraret,<sup>3</sup> ne ad id,  
quod

Leoninum lib. iv. Emendat. cap. v.  
comm. 8. cum seqq. Et Casaubonum  
comm. ad Sueton pag. 124. 15. Ubi  
viri gravissimi pie docent, illicitum  
hunc esse vitae exitum, & non tan-  
tum cum lege divina, sed ipsa etiam  
recta ratione pugnare. Adde  
sup. a nobis dicta ad vit. Timelcont.  
cap. 1. 6. Ernstius.

3 [Quidquid cibi] Potionisque addit  
m. s. Ceterum Producere vitam quid  
sit, explicatum a me exemplisque  
illustratum memini libro 1: observationum per saturam. Schottus. Statim.  
Mss. Leid. & q. edd. addita una  
voce dehortando impedire conemini.  
Non dubito, aequa ac <sup>ad</sup> potionis-  
que, a glossa esse. Bosius. Voss. A.  
& C. addunt etiam potionique.

4 [Conemini] Conari absolute di-  
ctum ad res pertinet magnas, quae-  
que non facile expediri possunt.  
Pene est, ait Birthius, ut fabrilia  
tractare eos jubeam, qui vocem  
aliam intendentis, deturparunt,  
quod non intellexerunt. lib. 29.  
Adversar. cap. 15. Ernstius.

5 [Osculans] Apage hinc oscula,  
ait Schoppius lib. 3. Verisimil. cap.  
8. non enim aegro, cuique mori cer-  
tum est, competunt. Sanior vetus  
codex: flens aigue obsecrans oraretne-  
sed rigido censori Schoppius non ve-

nit in mentem, quod etiam M. Po-  
pilius Oppium Gallum familiarissi-  
mum suum, moriens ultimo com-  
plexu & osculo dignum judicave-  
rit. Val. Maxim. lib. 7. cap. 8. 9.  
sed in his non sunt positae opes  
Romanæ. Ernstius. Ut solebant mo-  
ribundos Römani: de quo viden-  
dus Kirchmannus 1. de finier. Rom.  
cap. 5. Non igitur est, cur cum  
Schoppius legamus, obsecrans, ut jam  
monuit Ernstius. Bosius.

6 Ne ad id, quod nat. cog.] Tò ad  
delet Lambinus contra libros prisces.  
Schottus. Lambinum sequunt alii.  
Nos diutius exsulare passi non fu-  
mus, cum etiam in excerptis M.  
Leid. & Ed. Rom. Col. Grut. a-  
liisque inveniremus. Fortasse ra-  
men legi debet, id ad quod n. c.  
Mox Lambinus, & post eum alii,  
oblatione compressit. quomodo Plau-  
tus Rudent. 5, 3, 46. Non tacebo  
angustum alio pačo, nisi talento compri-  
mor. Et Merc. 2, 3, 6. Mili mala  
res objicitur aliqua Bonum quae metu  
comprimat consilium. Verum reliquæ,  
quas dixi, edd. constanter exhibi-  
tent, depresso. An fuit, represso?  
quo verbo & alibi non semel usus  
est. Bosius. Leid. & Voss. C. ne  
ad id, quod.

quod natura cogeret, ipse quoque acceleraret: & quoniam tum quoque posset temporibus superesse, se sibi suisque reservaret: preces ejus taciturna sua obstinatione <sup>1</sup> depresso. Sic quum biduum <sup>2</sup> cibo se abstinuisse, subito febris decessit, <sup>3</sup> leviorque morbus esse coepit. tamen propositum nihil feci peregit.

<sup>4</sup> Itaque die quinto, postquam id consilium inierat,

pri-

<sup>1</sup> Compresso] In aliis libris est depresso. Id est serio contempsit. Ernstius. Omnes mei depresso. & probiduo, biduum.

<sup>2</sup> Cibo se abstinuisse] Mf. Cod. noster omittit se, & eodem sensu legit: cibo abstinuisse. Verbum hoc & Graecorum ἀνικητα diversis construi casibus, noctum est. Ernstius.

<sup>3</sup> Leviorque morbus] Haec omnia usque ad elatus est omissa ab oscitante scriba, quod, ut siue accidere observavi, decessit bis posita vox est: Et a prima ad alteram gradu facto, media omitti siue solere, facile mihi dahunt, qui libros vett cum recens editis aliquando compararunt. India autem, & cibi abstinentia, etiam Silium Italicum, & Marcellinum, homines doctos, exstinctos accepimus. Et Hegesiae liber est ξεροπτηγα: quo vita quidam per inediām discedens, revocatur ab amicis. Cicero 1. Trise. Schottus. Adde Ernstium ad c. 21, 6. Bosius. Pro morbus Voss. A. moribus. pro feciis idem feciis. in Voss. C. haec desunt usque ad G. Sofio.

<sup>4</sup> Itaque die quinto] In septimum diem quosdam hoc pacto vitam produxisse Lucianus refert tom. 2. p. 389. Add. Hippocr. De Carnib. sect. 3. fine. Ernstius. Consule Celeb. Burmann. ad Quintilian. Declamatione ex novendecim majo-

ribus duodecima cap. 8. in fine.

<sup>5</sup> Cn. Domitio, C. Sofio] Cn. Domitio L. F. Cn. N. Aenobarbo, C. Sofio, C. F. T. N. Anno ab urbe condita 1000, Lambinus. Ante Christum Servatorem nostrum natum xxx. Ernstius. Pro Cn. Voss. A. in.

<sup>6</sup> In lecticula] Adi Indicem. Bosius. & Laur. Pignorium de servis pag. m. 273.

<sup>7</sup> Ut ipse praescriperat] Ita solebant Romani. vide Kirchmannum de funer. Rom. 1, 4. Bosius.

<sup>8</sup> Sepultus est iuxta viam Appiam] Quae sepulcris nobilis teste, in Meloniiana Tullio, in qua & Severus conditus teste Lamprido, & Galienus Imp. ut auctor Victor noster. De sepulcrorum autem viis diserte Joannes Kirchmannus de funeribus Rom. capite 22. libro 2. & capite 20. cadavera extra Urbem lata, quo de & Hieron. Magius in Dione Amili Probi [ad 10, 10, 3.] differuit. Schottus. De illustribus aliquot sepulchris in via Appia, vide Severanum Romae subterraneae lib. 3, 11. Bosius.

<sup>9</sup> Ad quintum lapidem] Nam in urbe Rom. sepeliri nefas; & jam inde a x. Viris lege XII. vetitum; quae his verbis concepta apud Ciceronem est 2. de legibus: HOMINEM. MORTUUM. IN. URBE. NE. SE-

PELI-

pridie Kalend. Aprilis, <sup>5</sup> Cn. Domitio, C. Sofio  
Coff. deceſſit. Elatus est <sup>6</sup> in lecticula, <sup>7</sup> ut ipſe  
praescripſerat, ſine ulla pompa funeris, comitantibus  
omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. <sup>8</sup> Sepultus  
est juxta viam Appiam, <sup>9</sup> ad quintum lapidem, <sup>10</sup> in  
monumento Q. Caecilii avunculi ſui.

**PELITO. NEVE. URITO.** *Credo* (inquit Cicero) *vel propter ignis periculum.* Quod & Divi Hadrianus, & Diocletianus Augg; legibus caverunt  
 I. Praetor ait. D. De Sepulc. viol. &  
 I. Mortuorum. C. De religiis. & ſunt.  
 fieri. qua de re doce, ut omnia,  
 Anton. Augustinus in duodecim Tabl.  
 libro singulari de Legibus & SCtis,  
 quo omnium haec tenus diligentiam  
 induſtriamque ſuperavit: idemque  
 in Feſt. Pompejum, dict. Novalis.  
 Via autem Salaria & Latina Romae  
 ſepulchra fieri ſolita, obſervavi ex  
 Juvenalis Sat. 1.

— *Experiar quid concedatur in  
 illos:*

*Quorum Flaminia legitur cinis atque Latina.*

Et Satyr. 5.

*Clivosa vekeris dum per monumen-  
 ta Latinae.*

Et ex Prudentio lib. 1. contra Sym-  
 machum :

*Ecce dōs Manes cur infitariſ ha-  
 berī?*

*Ipſa patrum monumenta probant :  
 DIS. MANIBUS illit*

*Marmora ſēta lego, quacunque La-  
 tina vetuſtas,*

*Cuſtodiſ mores : densisque Salaria  
 buſtis. Schottus.*

10 *In monumento Q. Caecili] Cu-*  
*jus hereditatem crevit ex dodrante,*  
*domumque habitavit, & ſepulcrum*  
*moriens tenuit: quam & AETER-*NAM DOMUM vocari in vert. inſcrip-**  
*tionibus, litteratique laſpidibus*  
*animadvertere licet. Schottus.*

vers XIII. Jahrhunderts. Vgl. auch S. XXX.  
Die Schrift ist in den ersten beiden Zeilen  
in der Form geschrieben, wie sie im  
Vorleser des 13. Jahrhunderts üblich  
war. In den folgenden Zeilen ist die  
Schrift in der Form geschrieben, wie sie  
im 14. Jahrhundert üblich war.

Die Schrift ist in den ersten beiden Zeilen  
in der Form geschrieben, wie sie im  
Vorleser des 13. Jahrhunderts üblich  
war. In den folgenden Zeilen ist die  
Schrift in der Form geschrieben, wie sie  
im 14. Jahrhundert üblich war.

Die Schrift ist in den ersten beiden Zeilen  
in der Form geschrieben, wie sie im  
Vorleser des 13. Jahrhunderts üblich  
war. In den folgenden Zeilen ist die  
Schrift in der Form geschrieben, wie sie  
im 14. Jahrhundert üblich war.

Die Schrift ist in den ersten beiden Zeilen  
in der Form geschrieben, wie sie im  
Vorleser des 13. Jahrhunderts üblich  
war. In den folgenden Zeilen ist die  
Schrift in der Form geschrieben, wie sie  
im 14. Jahrhundert üblich war.

Die Schrift ist in den ersten beiden Zeilen  
in der Form geschrieben, wie sie im  
Vorleser des 13. Jahrhunderts üblich  
war. In den folgenden Zeilen ist die  
Schrift in der Form geschrieben, wie sie  
im 14. Jahrhundert üblich war.

Die Schrift ist in den ersten beiden Zeilen  
in der Form geschrieben, wie sie im  
Vorleser des 13. Jahrhunderts üblich  
war. In den folgenden Zeilen ist die  
Schrift in der Form geschrieben, wie sie  
im 14. Jahrhundert üblich war.

Die Schrift ist in den ersten beiden Zeilen  
in der Form geschrieben, wie sie im  
Vorleser des 13. Jahrhunderts üblich  
war. In den folgenden Zeilen ist die  
Schrift in der Form geschrieben, wie sie  
im 14. Jahrhundert üblich war.

Die Schrift ist in den ersten beiden Zeilen  
in der Form geschrieben, wie sie im  
Vorleser des 13. Jahrhunderts üblich  
war. In den folgenden Zeilen ist die  
Schrift in der Form geschrieben, wie sie  
im 14. Jahrhundert üblich war.

CORNELII NEPOTIS  
F R A G M E N T A,

*Quae reperiri potuerunt omnia:*

Olim summo ANDREAE SCHOTTI  
studio collecta, scholiisque illustrata:

*Nunc recensita, emendata, & alicubi au<sup>ta</sup>*

A

J O. A N D R E A B O S I O.

Cujus & breves animadversiones Schottianis  
interferuntur.

CURANTE

AUGUSTINO VAN STAVEREN.

СОЛНЕЧНЫЙ ПОСЛОД  
АТИЧЕСКИЙ  
СТАНДАРТНЫЙ  
ИТОГИ ЗАВЕДЕНИЯ  
СОЛНЕЧНОГО ПОСЛОДА  
СТАНДАРТНЫЙ  
ИНДИКАТОРЫ  
СТАНДАРТНЫЙ

CORNELII NEPOTIS  
F R A G M E N T A,

*Quae reperiri potuerunt omnia:*

ANDREAE SCHOTTI  
Studio Collecta,

*Nunc passim emendata & alicubi aucta.*

*Chronicorum Lib. I.*

C A P. I.

**D**e Homero & Hesiodo inter omnes fere scripto-  
res constituit, utrumque vixisse ante Romam

con-  
terum deperdita contulerunt. Grae-  
corum Poëtarum, Poëtriarum, O-  
ratorum, & Philosophorum colle-  
ctanea praetereo, in quibus Her-  
cili, Ursini, & Stephani Douzae sin-  
gularis industria elucescit. *Bosius.*

<sup>1</sup> *De Homero]* Schottus edidit: *Vixit Homerus ante R. C. &c.* Ve-  
rum ea non sunt ipsa Gellii, nedum  
Neptis verba, sed a Schotto paullum  
immurata. Quomodo &c in sequen-  
tibus subinde veterum scriptorum  
pros aliter inflexit, aut ex iis, quae  
praecesserant, supplevit, alicubi &  
de suo addidit, quae nusquam a-  
pud illos reperire est. Quae o-  
mnia nos deinceps suo quodque lo-  
co indicabimus; ne quis pro Ne-  
potinis accipiat, quae a Schotto in-  
serta aut interpolata sunt. Et ple-  
raque in ipso textu ita restituimus,  
ut ipsa scriptorum, unde desumpta  
sunt, verba, eaque ex optimis e-  
ditionibus scriptis codicibus cor-  
recta, repraesentaverimus: ut hoc  
loco factum est. *Bosius.*

**Q**uis horum, dicer aliquis, Fra-  
gmentorum usus? Nimirum  
navi tempestate amissa, factaque  
in signi jaætura, consolationi esse so-  
let, tabulas naufragii reliquas colle-  
gisse, & Neptuno mariis Deo dedicati-  
e: bonique consulenda falsamenta,  
cum deficimus cibo, juxta Grae-  
corum proverbium. Quem equi-  
dem amissa colligendi laborem, non  
sine exemplo suscepit. Nam M.  
Varronis togatorum doctissimi, M.  
Caronis, reliquorumque, *Vertrani-*  
*us Maturus*, & *Antonius Riccobonus*:  
M. Tullii Fragmenta, *Car. Siganus*:  
eoque diligentius *And. Patricius*: C.  
Caæaris, *Fulvius Ursinus*: *Sallustii*  
*Historiarum* libros, *Aldus Manu-*  
*tius minor*: & accuratius *Lud. Car-*  
*vio*, colegerunt. Virgilii vero ca-  
lecta, reliquorumque, *Jos. Scæ-*  
*liger*, Galliae ocellus; alii alia ve-

conditam, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum: de Homero dixit, <sup>2</sup> annis circiter centum & sexaginta.

<sup>2</sup> <sup>3</sup> Nepoti, & Lutatio <sup>4</sup> Romam placet conditam  
<sup>5</sup> Olympiadis septimae anno secundo.

Ar-

<sup>1</sup> De Homero] Post bellum, inquit Agellius, lib. 17. cap. 21. Trojanum, ut Cassius primo Annalium de Homero, atque Hesiodo scriptum reliquit, annis plus centum atque **XL**. (quidam libri, **LX**. facili notarum commutatione) ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter **C.** & **LX**. Quem lege & lib. 3. cap. 11. Cicero prima Tuscana: Cum apud Graecos antiquissimum e doctrinis genus sit poetarum (si quidem Homerus fuit, & Hesiodus, ante Romanam conditam, & Archilebus, regnante Romulo) serius Pictam nos accepimus. Legendi Suicidas & Lilius Geraldus Schottus. De Homeri aetate plura habes in Synagoge historiarum Scaligerana, sub rege Joas, & in animadversione Eusebianis ad num. 908. 965. 996. & 1003. Petavium de doctrina tempor. 9. 30. Vossium de Poetis Graec. cap. 2. ac praesertim Salmasium in Plinianis, & Allatum libro de patria Hamerii. Bosius.

<sup>2</sup> Annis cir. centum & sexaginta] Sic fere omnes Latini, Apollodorum sequuti. Graeci valde inter se discrepant. de quo post Eusebium & Syncellum in chronicis, ac Synagogam Scaligeranam, Salmasius in Solinum pag. 866. prolixo. Vossius multo janiorem, & Romulo, aut Numae, aequalem facit. Bosius.

<sup>3</sup> Nepoti & Lutatio] Etiam hec Schottus ediderat: Roma condita Olym. sept. &c. Nos ipsa Synti ver-

ba reposuimus. Bosius.

<sup>4</sup> Roman conditam] Cincio, inquit Polyhistor cap. 1. Roman duodecima olympiade placet conditam: Pictor: oclava: Nepoti, & Lutatio, opiniones Eretosthenis comprobantibus, Olympiadis septimae anno secundo: Pomponio Attico, & M. Tullio, Olympiadis sextae anno tertio. Adeo variae sunt, & repugnantes historicorum hac de re sententiae: sed Onuphrii Parvinii, hominis sane diligenter, scrinia compilare religio sit. Schottus. Vide eum in Commentar. ad 1. Faistorium, & de tempore Romae conditae plura apud principes Chronologorum, Scaligerum lib. 5. de erund. temp. Petavium de doctrina tempor. 9. 47. & deinceps, ac parte 2. Rationarii, 3. 2. itemque Calvisium Isagog. chronot. cap. 10. Iac. Capellum in histor. sacr. & ext. V. T. anno M. 3246. Wilb. Langum de annis Christi 2. 11. Reinholt. Franckenbergerum Compend. chronol. lib. 2. sect. 2. cap 4. Aegid. Strackium Breviar. chronolog. 4. 17. &, qui novissime id argumentum diligenter persequutus est, Ricciolum Chronolog. reform. lib. 4. cap. 2. Bosius.

<sup>5</sup> Olympiadis sept. anno secundi] Sic & Polybius, antiquissimam Anchisenium tabulam sequuntur, existimavit: ut e Dionysio Halicarn. cognoscimus. Atque hoc anno in-eunte, Periodi vero Jul. 3663. urbem conditam, censet quoque, pluribusque docere conatur Cl. Lan-

gius

<sup>1</sup> Archilochum Nepos Cornelius tradit Tullo Hostilio Romae regnante jam tunc poëmatis clarum & nobilem. *A. Gell.* 17, 21.

M. <sup>2</sup> Manlius Romae, qui Gallos in obsidione Capitoli obrepentes per ardua depulerat, convictus est consilium de regno occupando iniisse: damnatusque capit, e saxo Tarpejo, ut M. Varro ait, praeceps datus est: ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est.

<sup>3</sup> Alexander Magnus Pellae oritur, ut Nepos edit,

*g'us loco modo landato.* Etsi plerique Olymp. sextae tertio quartoce conditam censem. Verum res tota adhuc incerta est. *Bosius.*

<sup>1</sup> *Archilochum]* Atqui M. Tullius Romulo regnante poëmatis floruisse tradit, *Tuscul.* 1. & a Romuli excessu quadraginta quatuor post annis regnare Tullius ccepit. Potuit sane trium Regum actati superesse; at tot annis clarum, & nobilem fuisse poëmatis, non facile crediderim: vide *Herodotum Clio, & Eusebium in Chronicis.* *Terentianus Maurus* hunc in poetica imitatum esse Aristophanem ait:

*Aristophanis ingens micat solertia,  
Qui saepe metris multiformibus no-*  
*vis*

*Archilochum arte est acumulatus Mu-*  
*sica.* Schottus.

<sup>2</sup> *Manlius]* De hoc, *Aurelius Victor de viris illust.* cap. 24. Quem libellum primi nos, quod praefiscini liceat, suo auctori reddidimus, Cornelio Nepoti, vel Plinio Nepoti ab Italis attributum: Erratque *Catellinus Gotta J. C.* qui in Chronicis, aliter atque in Viris illustribus, narrare Nepotem potuisse affirmat: nisi pugnantia dicere fas est Historico. Nec enim hac rima commode dilabi Cotta potest: cum illa historiae lex sit, ne quid falsi & repugnans dicat, auctore Cicerone. Schottus. *Marci praeponem* huic *Manlio Livius quoque tribuit:* sed Diodorus *Aulum,* Dionysius Halicarn. *Titum* vocat. *Bosius.*

<sup>3</sup> *Alexander Magnus]* Observarunt rerum curiosi, eadem, quoniam natus est, nocte, Dianae templum, unum in septem mundi miraculis, conflagrassit Ephefi, Cicero 2. de Div. Vide Petrum *Victorium Variarum lec.* 16, 15. & Hadr. Turneb. *Adversariorum* 27. 4. De qua templi defloratione ejusdem *Solni* liber duorum veterum Toleranae biblioth. scripturam repraesentare. Sic enim legunt, quam vulgati concinnius: *Namque Herostatus, ut nominis sui memoriam fama sceleris extenderet,*

714 CORNELII NEPOTIS  
dit, M. Fabio Ambusto, Tito Quintio Capitolino Coss. post Romanam conditam<sup>1</sup> anno trecentesimo octogesimo quinto. Solin. c. 40. Polybist.

6 <sup>2</sup> P. Terentius maxime familiariter vixit cum Scipione

deret, sicut ipse confessus est, incendiorum nobilis fabricae manu sua struxit, adipiscendae latioris famae. Vetus, & honesta locutio, ubi causa vel gratia exaudiatur: in aliis etiam auctoribus redhibitionis jure, Graecorumque exemplo restituta Prisciani auctoritate, lib. 19. Grammat. Regnasse autem Alexandrum ferunt annos duodecim. Nam annos natus xx. patri Philippo succedens, Macedoniae regnum suscepit, ut Plutarchus & Arrianus scribunt, & aeratis secundo & tricesimo obiit, Olymp. 114. Consules autem hi in Fastis Capitoliniis an. 399. ab U. C. non quadragesimo, ut qui Fastos sancinarent, Sigerius & Onuprius, putant: quo Livius diserte G. Sulpicius Petricum 111. M. Valerium Poplicolam Coss. nominat, lib. 7. a cuius calculo recessit Caffidorus, contra atque iidem annotarunt: quod est diligenter a Mart. Antonio Delrio civi meo, homine doctiss. in Solin. observatum: qui & haec de consulib. a veterib. libris auisse monuit. Orosius in annum 409 post Rom. cond. natalem retulit, & 526. regnare coepisse, lib. 3. cap. 7. 16. & 20. Schottus. Reposuimus & heic ipsa Solini verba. nam Schottus ediderat, Alex. M. Pellae critus M. Fabio &c. Bosius,

<sup>1</sup> Anno trecent. octog. quinto] Hunc numerum, si Salmasius creditus, omnes libri MSS. omnes typis excusi praferunt: antiquissimi quique ple-

nis planisque omnibus litteris, alii numeralibus notis expressum. Delrius tamen & Grafferus ediderunt; tr. cent. nonagesimo nono: uterque MS. codd. instructus: quanquam in iis ita scriptum hoc loco se repperisse Grafferus non ait: Delrius in suis totum hunc locum non haberi testatur. Camers corrigebat anno quadragesimo. Ceterum ut vulgo legitur, haud dubie in duobus illis Toletanis repperit Schottus. Alias enim varietatem scripturae adnotasset. Et tamen certum est, eo U. C. anno non modo hos, sed nullos omnino consules fuisse: rexisse vero urbem tribunos militares consulari poteſtate. Quare Delrius opinabatur, negligenti librario errandi cauſam fuisse, quod cum anni 384 ultimum tribunum, M. Fabium Ambustum, sequentis anni primo, L. Quintio Capitolino conjunxit; novo quodam emendandi genere, anni 385. eos consules effecit: deinde animadverso, Ambusti Cos. collegam praeomenum Titi habuisse, L. in T. commutatum. Salmasius, et si conjecterat leg. anno ccclxxxv. Nepotemque sequutum aeram Pictoris; mavult tamen hallucinationem Solini esse, qui & alibi pro libito finxerit paria consulum, quae nunquam fuere. Aliam enim lectionem vix admittere constantem hanc in omnibus libris scripturam. De tempore quo ortus Alexander, plura Chronologi paulo ante laudati, & in Chronico suo

pione Africano, & C. Laelio, &c. quamvis Cornelius Nepos<sup>3</sup> omnes aequales fuisse tradat.

## CORNELII NEPOTIS

Exemplorum Lib. II.

## C A P. II.

4 A virgine Vestale.

suo *Jac. Usserius. Bosius.*

2 *P. Terentius Schottus edidit: P. Terentius Scipionis Africani & C. Laelii aequalis.* Malui ego ipsa *Donati*, seu potius *Suetonii*, verba repre-  
sentare. Integer locus sic habet: *Cum multis nobilibus familiariter vivit, sed maxime cum Scipione Africano, & C. Laelio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimat. quod & ipsum Fenestellus arguit, contendens utroque majorem natu fuisse: quamvis & Cornelius Nepos aequales omnes fuisse tradat.* Ceterum nefcio cur haec *Schottus e Chronicis* desumpta pueret, cum ea, quae *Donatus* sequenti pagina de *C. Laelio*, ut opinor, ex eodem libro narrat, infra cap. 6, 1. inter *incerta* retulerit. neque credo Nepotem, tam multa de *Terentio* in *Chronicis*, exiguo libello, sed potius, in *Viris illustribus*, aut alio quodam opere, dixisse. *Bosius.*

3 *Aequales omnes fuisse*] Quin potius utroque major natu. *Terentius enim natus, si eidem Donato fides habenda, Cn. Cornelio Lentulo, P. Aelio Paeto Coss. anno, ni fallor, 10111. post U. C. Mortuus vero Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coss. anno U. C. dxcv. Scipio vero Africanus minor, natus Ap. Claudio Pulcro, M. Sempronio Tuditano Coss. an-*

no 10119. post R. C. quo tempore *Terentius sextum decimum annum agebat.* Anno vero tricelimo quinto Andriam docuit: qui est U. C. 10 LXXXVIII. cum *Scipio* agerer undevicesimum. *Laelius* vero *Scipionem paullulum aerate anteibat*, ut ipse in sui nominis dialogo *Ciceronianus*: *Ut prius, inquit, introieram in vitam, sic prius exire de vita.* Ubi tamen *Terentium familiarem suam* vocat *Laelius*; non ut quidam falso crediderunt, *Cicerone*, ne majori quidem *Africano* aequalis, quo moriente *Terentius* sedecim fere annos natus erat. *Schottus.*

4 *A virgine Vestale*] Pro *Vestale* quia non personam, sed rem significat. Sic *Sospater Carissius. Schottus. Legi*, quia non rem, sed personam (vel, quia personam, non rem) significat. Hoc enim discriminem passim eo libro inculcat; *Ablativos scil. hujusmodi*, si homo sic vocetur, in E; si res, in I. finire. In v. *Aedile*, pag. 96. edit. *Putschii: Nomina quaecunque genitivo singulari IS finiuntur, oportet ablativo singulari E litera terminari.* *A prudente, ab homine*, quod si adjicias aliquid, per I debet dici, *A prudenti consilio.* Et paullo post: *Agile, ab agile, si de persona dicitur.* dici debet. quod si rem significabis, ab hoc agili dici debet. Pag. 97. *Cereale,* ab ea

**2** <sup>1</sup> Cornelius Nepos exemplorum quinto litteris man-  
davit, <sup>2</sup> multis in Senatu placuisse, ut ii, qui redire  
nollent, datis custodibus ad Hannibalem deducerentur:  
sed eam sententiam numero plurium, quibus id  
non videretur, superatam, eos tamen, qui ad Han-  
nibalem non redissent, usque adeo <sup>3</sup> intestabiles in-  
visosque fuisse, ut taedium vitae ceperint, necemque  
sibi consciverint. *A. Gell. 7, 18.*

CORNELII NEPOTIS  
*Illustrium Virorum Lib. II.*

C A P. III.

**1** <sup>4</sup> Subinde.

LIB.

*ablative E terminabitur, si homo sit:*  
*Cereali, si res sit & fructus.* Adde  
pag. 102, 106, 108, 111, 115, 119.  
Quam recte autem ista se habeant,  
docebit *Vossius de analogia* 2, 11.  
*Bosius.*

<sup>1</sup> *Corn. Nepos]* Ipsa sunt Gellii  
verba, omissa a Schotto, qui sic re-  
praesentavit hunc locum: *Multis in*  
*Senatu placuit, ut qui captivorum Ro-*  
*manorum ab Anubale redire nollent,*  
*d. c. ad An. ded. sed ea sententia n.*  
*pl. q. id n. v. superata: it t. q. ad A.*  
*n. r. v. adeo detestabiles invisiisque fue-*  
*runt, ut t. v. c. n. s. e. insertis a-*  
*licubi, quae Gellii non erant; con-*  
*tra ea omisis, quae erant. Bosius.*

<sup>2</sup> *Multis in Senatu]* Gemina sunt,  
quae in Cicereone 1. 13. rametsi non  
in omnibus editionibus, leguntur:  
ubi fidem hosti datam, servandam  
esse docet: Secundo. inquit: *Puni-*  
*co bello, post Cannensem pugnam, quos*  
*decem Hannibal Romanam misit, adfir-*  
*ctos jurejurando, se redituros esse, nisi*  
*de redimendis iis, qui capti erant, im-*  
*petrassent: eos cum censores quad*

*quisque eorum vixit, cum pejerassent, in*  
*aerariis reliquerunt: nec minus illum,*  
*qui jurisjurandi fraude culpam inierat.*  
*Cum enim permisso Hannibalis exisset*  
*e castris, reddit paullo post, quod se o-*  
*blium nescio quid diceret: deinde e-*  
*gressus e castris, jurejurando se solu-*  
*tum putabat: & erat verbis; re non*  
*erat. Semper autem in fide, quid sen-*  
*seris, non quid diceris, cogitandum*  
*est. Haec ille. Schottus. Hades ean-*  
*dem historiam, & lib. 3, 32. Vide.*  
*Bosius.*

<sup>3</sup> *Intestabiles]* Sic habent edd.  
quas vidi. quomodo lex xii. Ta-  
bularum, tab. 7. *improbus intestabi-*  
*lisque esto.* Et Horatius 2, sat. 3,  
181. *intestabilis & sacer esto.* Et  
credibile est, *intestabiles habitos,*  
*qui fidem deseruerant, hosti datam.*  
*Schottus tamen edidit, *detestabiles.**  
vide quae apud Gellium praemittun-  
tur. *Bosius.*

<sup>4</sup> *Subinde]* Quo &c Brutus, &  
Caelius, frequenter usi sunt. *Carissius*  
lib. 2. *Gramm. Schottus.*

<sup>1</sup> *Hes.*

## LIB. XV.

<sup>1</sup> Harum partum.

## LIB. XVI.

<sup>2</sup> A fratre patruele.

## INGERTA QUO LIBRO

*Virorum Illustr. posita.*

**K**arthago antea speciem habuit duplicitis oppidi, <sup>2</sup>  
<sup>3</sup> quasi aliud alterum amplectetur, cuius <sup>4</sup> in-

terior

<sup>5</sup> *Harum partum*] Sic Caesar in Analogicis, & Ennius. Idem Sosipater: *Jamque fere quatuor partum pro partum*: quod hodie obtinet. Sic & 12. *Philippica* Ciceronis M. Antonius Muretus vir doctiss. repperit in illis Vaticanae Bibliot' ecae membranis: *Cum omnes actiones horum mensum, pro, mensum.* Et in epistola ad Ap. Claudium: *Prope jam undecim mensum provinciam famam esse gaudebam.* Et ad Trebatium: *Nam primorum mensum litteris commovebat.* Itaque in Pand. Florent. repperisse se perpetuo, affirmat Ant. Augustinus, vir summae & fidei & doctrinae. Sic & Fortunatianus in carmine Paschali: *mensum decus.* Schottus. Vide de his & similibus *Vossium de analog. 2, 14.* Sed Charisi locutus aliter interpongendus est, quam vulgo legitur. Putschius edidit: PARTUM. Caesar de analogicis, HARUM PARTUM. Cornelius Nepos in illustrium decimo quinto. Et Ennius, JAMQUE FERE QUATUOR PARTUM. Distingue: PARTUM, Caesar de analogicis. HARUM PARTUM, Corn. Nepos &c. Boius,

<sup>2</sup> *A fratre patruele*] Rem necessitudinis, sed personam, ostendat. Quae Charisi, (ut pleraque illius, multa sunt & corrupta,) integra esse praefare non auffim. Ablativorum enim terminationes, *e*, vel *i*, sic fere distinguit; quod vel rem, vel personam designent. ut supra de *virgine Vestale.* Sed cum auctorem propediem *Lud Carrio noster devetilibro integriorem dabit.* Schottus. Verba Charisi haec sunt, lib. 1. Iaffit. Grammaticarum: PATRUELE. AB HOC PATRUELE. Cornelius Nepos in illustrium virorum libr. xvi. A FRATRE PATRUELE, inquit, rem necessitudinis, sed personam ostendat: Quae corrupta esse, manifestum est. & videtur aliquid excidisse. Tentabam igitur: cum non rem necessitudinis, sed pers. ostendat. Repetenda heic quae modo diximus ad illa: *A Virgine Vestale.* Boius.

<sup>3</sup> *Quasi aliud alterum*] Subintell. oppidum, als wann eine Stadt in der anderen Stunde. Aliud pro alterum, ne eadem vox reperenda esset. Sic saepe Plautus & Appuleius, ut dudum eruditis observatum. Flo-

terior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia. Hujus rei testis est C. Nepos in eo libro, qui Vita Illustrium inscribitur. *Serv. ad I. Aen. 372.*

*Florus 2, 15, 11. Byrsa, quasi altera civitas. Bosius.*

*4. Interior pars Byrsa.] Servius ad illud I. Aeneid.*

*Mercatique solum, facili de nomine Byrsam.*

Sic & in Antverpiensi Emporio, Europae celeberrimo Meditullio, *Byrsa* (augustissimum id aedificium, peristylis exaedificatum, & insula) hodieque appellatur, quo bis quotidie mercatores frequentes negociandi caussa convenient, quod anno clo. I<sup>o</sup> LXXXIII casu iterum deflagrasse audivi: quomodo saepe capitolium Romae. A corio ducta appellatio, Carthagine quo demensio facta est, quod *Byrsam* vocari Graecis *Appianus in Libycis* auctor est: unde hodieque crumenas, *byrsas* appellamus. Vide & *Eusebius in Dionysium Afrum.* (vs. 195.) *Justinus 18, 5, 9.* Historiarum Philippicarum: *Emto loco, qui corio b. vis tegi posset, in quo festos longa navigatione socios, quad proficeretur, refiere posset: corium in tenuissimas partes secari jubet, atque ita majus loci spatium, quem petierat, occupat: unde postea ei loco *Byrsae* nomen fuit.* Sic Athenis *exegone* erat, in qua Palas: Romae Capitolium, in quo Jupiter colebatur. Strabo lib. 17. Geographiae: η Καρχηδόνις ἡ ἵππη Χειρόνος την ιδευται την πιό λίγην την τόπον η *exegone*, η εὐάριστη Βίργατα, οφεις ιαντες ιερά ηλιος μεγανεύει. *Donatus in Virg.* hoc a scriptoribus filium ait, quod Carthaginenses ruminis ex pelle factis iterentur, ut & *Plato in Dialogis.* Schottus.

<sup>1</sup> *Pro-*  
*Byrsa* idem est, ac *ax*, *ἀξέποντα*, quomodo *Strabo* vocat: & *Appianus* τὸ ὄχυρόντα τὴν πόλεας. Ebr. בָּשָׂר בּוּסָה, a בּוּסָה, quod minire est. Id Graeci suo more mutarunt in *Bóssa*. nam quod de taurino corio *Livius* 34, 61. *Appianus Punicis, Justinus 18, 5, 9. & 10.* aliique narrant, dum duc cordatoribus explosum est. Vide *Scaligerum ad Eusebii num. 804.* & *marquardt Bochartum de coloniis Phoenicum 1, 24.* *Bosius.* Inspice etiam, si liber, *Observationes Miscell.* pro Nov. & Dec. 1732. p. 306, 307, & 308.

<sup>1</sup> *Exterior Magalia]* Idem *Servius Honoratus* in 4. *Aeneid.* *Magalia* Afrorum casas, & *Mapalia* idem significare denotat, sed hoc corripare primam, illud producere. Idem 4. *Georg.* Et varis habitata *mapalia* testis. Vide *Sallustium Jugurt.* & *Festum.* *Carissius Sosipater:* *Magalia*, καὶ νέας Αἴγαρ. *Mapalia*, καὶ νέας Αἴγαρ. Sed utrobiq. Αἴγαρ leg. centeo. *Schottus.* *Magalia* pro *Magaria*, quod verum nomen esse, *Servius* & *Isidorus Orig. 15, 12.* monent, dicuntque a *Magar*, quod Poenorum lingua *villam* significet. Nempe ab Ebr. מְגַר vel מְגַר est מְגַר *magur* habitat, & ea nominum forma, quae Arabibus usitissima est, מְגַר *magar*. vide *Bochart. I. c.* & *imcomparabilis Reinesii nostri Izquierdo* *ibiza* linguae *Punicae* cap. 8, 7. Hoc nomine vulgo quisunque casas Afrorum appellatas Grammatici veteres docent. *Charissi* verba e lib. 1. *Grammat.* *Instit.* adduxit *Schottus.* *Diomedes* lib. 1. *Magalia, casae Afrorum.*

<sup>1</sup> Propius Grammatico accessi.

<sup>2</sup> Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, <sup>3</sup> res <sup>4</sup> Romanas oratione Graeca scriptitavit. In ejus Historiae

frorum. Appiano ea pars Carthaginis dicitur *μίγαρος*; qui & describit. Magaria Plautus dixit vero nomine, Poenul. proem. vers. 86. ubi de duabus pueris Carthaginensibus: *Cum nutrice una perire a Magaribus. Sic enim M. Palatini, Grutero teste. Veteres edd. Megaribus habent. quod de loco Carthagine arboribus confito, moenibusque munito, (quem Appianus μίγαρος vocari ait) interpretatur Petitus miscellan. 2, 1. Bosius. Adde Cortium ad Sallust. B. Jug. cap. 18. n. 8.*

<sup>1</sup> *Propius Grammatico*] Citat idem Diomedes Ciceronis illud ex lib. epist. ad Att. *Proximus Pompejo sedebam: Et cum accusandi cau ex Pisoneana: Proxime Pompejum sedebam. Sallustius Catilinario: Primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat: quod tam uerum propius virtutem erat. Sed de Avaritia vide M. Catonis verba apud Agellium 11, 2 Schottus. Si vulgariter lectionem Diomedis sequimur, haec Ciceronis, non Nepotis, verba fuerint. Sic enim ex ed. Putschii verba Grammatici habent: PROPE, prope me est, ut dicit Ciceron in Pisone, PROXIMUS POMPEJUM SEDEBAM. Sed & Dativus cau idem Ciceron dixit ad Atticum, PROPIUS GRAMMATICO ACCESSI. Nepos in illustri. Sallust. PROXIMA CARTHAGINI LOCA. Sed locus haud dubie corruptus est. nam illa Propius Gramm. acc. nusquam hodie in epistolis ad Atticum, quod sciām apparent. Ita vero lib. 1. ep. 14. cuius initium*

*Vereor, ne putidum sit, legimus: Proximus Pompejo sedebam. intellexi hominem moveri. quanquam ibi Lambinus, Simeo Bosius & J. Gruterus emendent proxime Pompejum; sed perperam. ut e Dionede colligitur. Sic igitur hunc locum distingendum censeo: Sed & Dativus cau idem Cic. dixit ad Atticum. (subintellige: Proximus Pompejo sedebam) PROPIUS GRAMMATICO ACCESSI, Nepos illustribus. Sallust. PROXIMA &c. Atque sic & Schottus viderunt interpunkisse. Bosius. Vide ad Hann. c. 8.*

<sup>2</sup> *A. Albinus*] Forte ex M. Catonis vita, quae & virorum illustrium erat, depromptum: nam, quod vulgo circumferuntur, pars dubiata esse videntur. Refert & Plutarch. in Catone, & in Apulegmati. Scriperat, inquit, Postumius Albinus historiam Graeco Iernone: veniamque a letitoribus petebat: quem subsumans Cato, dandam ei veniam ajebat, si decreto Amphictyonum coactus scripsisset. Cic. in Lucullo: Legi azend Clitomachum, cum Carneades & Stoicos Diogenes ad senatum in Capitolio starrent, A Albinum, qui tum P. Scipione, & M. Marcello coss. Praetor esset, eum, qui cum avo tuo Lucilio consul fuit, Jane doctum hominem, ut iudicat ipsius historia, scripta Graece, jocantem dixisse Carneadi: Ego tibi, Carneade, praetor esse non vides, quis sapiens non sum; nec haec urbi, nec in ea civitas. Tum ille, Huic Stoico non videris. Et 1 de Finibus initio: A Scaevola est Praetor salutatus Albinus Albertinus, ut lepide Lucilius:

*Graec-*

istoriae principio scriptum est ad hanc sententiam: neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret.

*Gracum te Albuti: quam Romanum  
atque Sabinum*

*Municipem Ponti, Titi, Anni, Centurionum,*

*Praeclarorum hominum, ac primorum,  
signiferumque.*

*Maluisti dico. Graece ergo Praetor  
Athenis.*

*Id quod maluisti, te, cum ad me  
accedis, saluto.*

*Xαὶ οὐκαν, Τίτε, λιστορε, τύρων  
ομή, κοροσκη*

*Χαὶ Τίτε, οὗτος Μυτιάντιος  
οὗτος ινίκος. Schottus.*

*3 Res Rom. orat. Graeca scriptitatis*  
 [vit] Romanos qui Graece scripserint, hos memorare licet. *Claudius Aelianus:* ut ipse de se *moiān isogēas* lib. 2. cap. 38. & alibi. *Suidas* enim *Praenestinum* facit *Philostratus* vero, licet Romanum, ita Attico tamen scripsisse, ut Atticis Athenis natus educatusque videatur. *Apud L. Florum*, seu quisquis est auctor, Epitome Livii lib. 53. *Cajus Julius* senator Graece res Romanas scriptis. Et *Justinus initio Philipp.* Historiae, multos ex Romanis, etiam Consularis dignitatis viros, res Romanas Graeco peregrinoque sermone in historiam contulisse. Errant enim pueriliter, qui eundem Justinum philosophum & Christianum fuisse putant. *Pueris nobis*, inquit Cicero *Tusc.* v. *Caius Aufidius, Praetorius in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Graecam scribebat historiam, & videbat caecus in litteris.* Ipse quoque Cicero praeterquam quod versibus Latinis de Consulatu suo li-

bros tres conscripsit, totidem Graece edidit, qui liber totum *Ioscaratis μυεδίνιον*, atque omnes ejus discipulorum arculas, & nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit, ipsamque etiam Graecam nationem conturbavit, & plane a scribendo deteruit. Sic lib. 1. & 2. ad *Atticum*. *L. Lucullus* historias suas Graece conscripsit. *Cic. lib. 1. epist. 19. ad Atticum*, & cum *Sifenna* historico serio contendisse dicuntur, prosa ne, an numeris adstricta oratione, Graeca, Latinave conscriberet bellum *Marsicum*; & sortitum Graecam orationem, *Plutarchus* auctor est: quam ipse historiam editam viderit. Contra *Ammianus, Appulejus, Macrobius* extra Italicum solum natu, Latine scriperunt. Ille se Graecum fateatur in *Historia*, hic *Madaurensim* in *Apologia*. *Macrobius praefatione Saturni*, sub alio se ortum coelo affirmat. Omitto reliquos Afros, *Cyprianum, Tertullianum, Anobium, Fulgentium*, ceteros. Sed &c in *Senecae Rhetoris Controversiam* 26. de Romanis Graece scriptibus dicere memini. *Schottus*. Catonis reprehensioni respondet, *Albinique* institutum tueretur *Vossius de hist. Graec.* 1, 10 qui & tres illius ex hoc opere versus, *Prisciano* laudatos, refert. *Bosius*.

*1 Principio* Macrobius primo. & statim: *si quid in illis libris*. Verum Macrobius non verba, sed sensum verborum Albini retulit. Unde mox pro illis: *Graeca oratio nobis alienissima est*, posuit: & eloquium Graecum

foret. nam <sup>1</sup> sum, inquit, homo Romanus, natus in Latio: Graeca oratio a nobis alienissima est. Ideo que veniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit. <sup>2</sup> Ea quum legisset M. Cato: Nae tu, inquit, Aule, nimium nugator es, quum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut quum imprudentes erravimus, aut quum expulsi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur. Scriptum hoc est in libro Cornelii Nepotis <sup>3</sup> de illustribus viris.

## CORNELII NEPOTIS

*Lib. I. de Vita Ciceronis.*

## C A P. IV.

**C**ornelius Nepos, & rerum memoriae non indili-  
gens, & M. Ciceronis, ut qui maxime, <sup>4</sup> ami-

cus

cum a nobis alienissimum est, forte, ut melius Graeca exprimeret. Bosius.

<sup>1</sup> *Sun, inquit, homo Rom.]* Nescio cur Schottus verbum *inquit* omiserit, quod apud Gellium *Macrobiumque lego. Bosius.*

<sup>2</sup> *Eam quum leg.]* Macrb. Ea cum leg. & paullo post: *cum impruderravimus, aut cum noxiam imperio compellentis admisimus.* Te, inquit, oro, quis perpulit, &c. peteres, ut i-

gnosceretur. Cetera quae Gellius sub-

jicit, eodem *Macrobo* absunt: qui

non commemorat, unde haec hau-

serit. Schottus & Savaro e libro de

*Carone* desumpta putant, cuius supra

<sup>2, 4, 3, 5.</sup> Nepos meminit. Bosius.

<sup>3</sup> *De illustribus viris]* Cod Tor-

nacis addebat: *xiii.* Quod non

puto spernendum. Bosius.

## IN VITAM CICERONIS.

**N**atus Cicero, anno U. C. *104XLVIII,* C. Atilio Serrano, Q. Servilio Caepione Cost. Adolescentis contra L. Sulla dominantis opes pro *Sex. Amerino* dixit, quae exstat oratio. *Off. 2.* Et primam caussam in *Bruto* egit, publican scilicet (nam pro *Quinetio* privatam apud Aquilium Gallum judicem egit) aetatis *xxvii.* anno, U. C. *DCLXXII.* In *Oratore*, adolescentium dicit se eam caussam egisse. vide *Fabium Quinetil. lib. 12, 6.* Dixit & pro *Roscio Comoedo*, anno *104CLXXVII.* post Urbem Cond. *Schottus.*

<sup>4</sup> *Amicus familiaris]* Sic edd. Gellii *l. 15. c. 28.* quibus utor. Schottus copulam addit, *familiarisque.* Bosius.

cus familiaris fuit: atque is tamen in primo librorum, quos de vita illius composuit, errasse videtur, quum eum scripsit <sup>1</sup> tres & viginti annos natum primam caussam judicii publici egisse: Sextumque Roscium parricidii reum defendisse.

<sup>2</sup> Frustra <sup>2</sup> Tullium suspicimus. Refert enim Cornelius Nepos, se praesente, <sup>3</sup> iisdem paene verbis, quibus edita est, eam <sup>4</sup> pro Cornelio seditione Tribuno defensionem peroratam.

## CORN.

<sup>1</sup> *Tres & viginti annos*] Aetatis septimum & viceustum agebat Cicero, cum Roscium defendit, ut *Afsonius Pedianus*, diligens ejus interpres, apud *Agellium*, & *Fabius lib. 12*, 6. auctor est. De aliis Orationib. *Tacitus*, sive *Quintilianus* dialogus est: [cap. 3, 4, 8.] *Nono decimo* aetatis anno, *L. Crassus C. Carbōnem*: uno & *vicesimo* *Cæsar Dolabellam*, altero & *xxx.* (alii legunt, altero & *xx.*) *Afinius Pollio Catōnem*: non multo aetate antecedens *Calvus Vatinium* iis orationibus insecuri sunt, quas hodieque cum admiratione legimus. Schottus.

<sup>2</sup> *IULIUS me praesente*] Conjectura ductus, *Vitae Ciceronis* addidi, in quo si quid peccatum, peccatum ignorantia est, in tanta rei obscuritate, a memoriaque longe remota. *D. Hieronymus ep. 71. ad Pamphilium*, adversus errores Joannis Hierosolymitanus; (quem eo reprehendit, quod se ex tempore de fide, & omnibus Ecclesiasticis dogmatibus, disputasse gloriaretur:) *Non est mirari*, inquit, *Demosthenem*, qui pulcherrinam orationem contra *Aeschinem* multo tempore dicitur exarasse. *Frustra suspicimus Tullium*. Refert enim Cornelius Nepos se praesente &c. Schottus. Reposui & heic verba

Hieronymi nam Schottus aliter inflexerat: *Tullius me praesente &c. peroravit*. Bosius.

<sup>3</sup> *Iisdem quib. edita est*] De *Miloniana* ferunt, non iisdem, quibus habita est verbis editam, sed multo speciosiorem factam, cum Milo esset Massiliæ, quo condemnatus in exilium proscitus erat. *Afsonius Pedianus*, *Fabius lib. 4. cap. 3.* & *Dio. lib. 40 Hift.* Schottus.

<sup>4</sup> *Pro Cornelio seditione Trib.*] De hac ipse in *Hortensio*, qui liber scriptus erat de laudibus Philosophiae, apud *Lactantium lib. 6. c. 2. Malle se vel inum parvum de Officio libellum*, quam longam orationem pro seditione homine Cornelio. Longan vocat, quod, ut ex *Afsonio Pediano*, cui, quae illius orationis ex naufragio super fuerunt, fere debentur) colligas, viginti amplius folia implere potuerit: cum qua nulla earum, quae extant, comparanda est. & *Plinius lib. 1. epist. 20. in hunc grandem librum*, omnia quae per dies quatuor latius dixerat, coartasse dicit *Ciceronem*; Nepos vero iisdem, quibus edita est, verbis peroratam. Quae pugnare videntur. Meminit ejus orationis, praeter *Fortunatianum*, & *Marcianus Capella* in *Rheticis* uterque ille, pro *Corne-*

## CORN. NEPOTIS

<sup>1</sup> Lib. I. Epistolarum ad Ciceronem.

## C A P. V.

Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitae Philosophiam, beataeque vitae perfectricem; ut nullis magis existimem opus esse magistris vivendi, quam plerisque, qui <sup>2</sup> in ea disputanda versantur. Video enim magnam partem eorum, qui in schola de pudore & continentia praecipient argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere.

## M. TULLII CICERONIS

AD CORN. NEPOTEM.

Epistolarum Lib. II.

Itaque nostri, quum omnia, quae dixissemus, dicta <sup>3</sup> essent:

*lio maiestatis, vocat. Hic, in oratione, inquit, pro Cornelio, primo refutata sunt crimina, quaz secuta sunt Tribunatum: post ad ipsum Tribunatum recursus est factus: quae dispositio artificialis, ut diximus, nominatur. Secundam etiam pro C. Cornelio a Pediano, ubi de illius seditione Tribunatu, aliisque laudari video. Schottus.*

IN LIBRUM EPISTOLARUM  
AD CICERONEM.

*N*e potis, Tullitique epistolas inseruimus, tametsi libri Viornum illustrium series interrupti videatur, quod nusquam melius colloccari possent. Schottus.

<sup>1</sup> lib. i. Epistolarum] In editione Lactanti lib. 3, cap. 15. Divin Institution. Plantiniana, a Mich. Thomaso, & nupera Lugdunensi a Servatio Gallaeo, adornata, quibus in

præsenti utor, non invenio, quo libro epistolarum haec Cicerone scripsit. Sic enim Lactantius: Ne potque (vel, ut alii melius; Ne pot quaque) Cornelius ad eundem Ciceronem ita scribit; Tantum abest, &c. Nec aliter in Mst. suis Thomasius legit. Sed neque Gallaeus præter jam latitudinem, ullam hoc loco scripturae discrepantiam in Variis suis commemorat. Bofius.

<sup>2</sup> In ea disputanda versantur] Sic habent edd. quas modo dixi. Quod modo Plautus prol. Menaechm. v. 50 Ut hanc rem vobis examen dispatem. Et Cicero, cum alii, rum 1. Tuscul. 4. Ponere jubebam, de quo quis audire velleret: Et id aut sedens, aut ambulans disputationem, quanquam aliter ibi legit Gebhardus in Crepidis 1, 13. & in natis ad hunc locum Ciceronis, quae Gruterianæ editioni insertae sunt. Schottus tametsi

essent: quae facete & breviter, & acute locuti esse-  
mus, ea proprio nomine<sup>1</sup> appellari <sup>2</sup> dicta voluerunt.

*Ad eundem, ex libro incerto.*

- 3 Hoc restiterat etiam, ut a te factis<sup>3</sup> aggrederer donis.
- 4 Qui habet, ulti appetitur: qui est pauper, & aspernatur.

<sup>1</sup> Quid

men: in ea disputando versantur.  
haud scio, an praeceuntibus libris.  
*Bosius.* Vide, quae notavi ad The-  
mistocl. cap. 9. §. 4.

isthoc capite dicta excusum video.  
idque recte. Uno tamen loco *Pon-*  
*tanus* e*MS.* cod. *dictaria* reponi vo-  
luit, *Bosius.*

<sup>1</sup> *Appellari dicta voluerunt]* Adeo  
carum Nepotem Cicero habuit, ut  
joca feria cum illo, praे ceteris  
libenter communicarit. Vide epist.  
5. lib. 16. ad Atticum. Ciceronem  
vero natura dicacem fuisse, &  
jocularibus, (ut fere ingeniosi solent,  
risus captandi gratia,) quae & den-  
tibus non carerent, mirifice dele-  
ctatum; ex jocis lib. 2. de oratore  
discas, quae olim acute *Adrianus*  
*Turnebus*, Galliae lumen, explicavit.  
*Macrobius* etiam *Consularem scur-*  
*ram* ab inimicis, ut a Vatinio, au-  
ditisse, & a L. Papirio Paeto *scur-*  
*ram velitem* appellatum, affirmat;  
lib. 2. *Saturn.* cap. 1. Libertumque  
ejus, Tullium Tironem, de patro-  
ni jocis libros compostissime, *Fabius*  
*Quinctil* auctor lib. 6. c. 4. idemque  
*Macrobius*, quem vide & c. 3. lib.  
2. & *Plin.* lib. 5. ep. 3. & lib. 7. ep.  
4. ipsum Ciceronem *Philippica* 2. &  
lib. 9. ad *Papirium Paetum*, ubi mul-  
ta jocosa: epist. praeferunt 15. E-  
go, ait, (*exsternes*, licet, *quod habet*)  
*mirifice capior facetiis, maxime nostris*  
*tibus.* Schottus.

<sup>2</sup> *Dicta]* Schottus, *dictaria*, quod  
nescio quibus in libris invenerit-  
nam in optimis edd. hec & toto

*Aggrederer donis]* *Passive* dixit,  
τρέπεται, inquit *Priscianus* lib. 8.  
*Gramm. de significacionibus*, vel gene-  
ribus *Verborum.* *Bosius.* Deponen-  
tia saepse passive usurpantur: consule  
Paseratum ad *Propertium* lib. 1.  
E. 2. v. 5. ad E. 19. v. 6. &c ad lib.  
2. El. 16. v. 33. Lambinum ad *Ho-*  
*ratium* 1. Od. 1. v. 25. Munkerum  
ad *Hyginum* fab. 1. & Cortium  
ad *Sallust.* Catilin. cap. 7. n. 3.  
*Verbum habere* hic ponitur pro di-  
vitimi esse. Vide V. V. D. D. Burm.  
ad *Phaedr.* in *Prologo* libri 3. vf.  
21. & Drakenburg ad *Silium Ita-*  
*licum* 5. 264. quomodo Graecis  
ἔχει. Euripid. *Phoeniss.* 408. κακό-  
το μὴ ἔχει. Consule Lamb. Bos de  
*Ellipf.* L. Gr. p. 192, 193. & Elsner.  
ad *Euang.* *Lucae* c. 18. comm. 24.

<sup>3</sup> *Aspernatur]* *Passive* ἀγένθηται.  
Idem Cicero ex *Oeconomico* Xeno-  
phantis: *Homo ex eo numero homi-*  
*nun, qui apud nos hoc nomine d'gnan-*  
*tur. passive, ἀγένθεται.* Et Ennius:  
*Affectari se omnes cupiant: αγένθηται*  
*σας.* Vide id genus innumeris lib. 8.  
*Prisciani:* apud quem & Cicero in  
*Antonium*, lib. 11. (lege libro 3.)  
quem ipse ementitis auspiciis vitiosum  
fecerat. *Ementitis, θυσίαιντιν.* *Bosius.*

<sup>1</sup> Quid?

<sup>1</sup> Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior aut elegantior? *Suet. Caes. 55.*

<sup>2</sup> Ut Tullius docet, crudelitatis increpans Caesarem in quadam ad Nepotem epistola. Neque enim quidquam aliud est felicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas. Vel, ut alio modo definiam, Felicitas est fortuna adjutrix consiliorum bonorum: quibus qui non utitur, felix nullo pacto esse potest. Ergo in perditis inpiisque consiliis, quibus Caesar usus erat, <sup>3</sup> nulla potuit esse felicitas. feliciorque meo

ju-

<sup>1</sup> *Quid? oratorum]* Idem Cicero *ad Brutum* Oratores enumerans, negat se videre, cui Caesar debeat cedere: atque cum elegantem, splendidam quoque, ac etiam magnificam, ac generosam rationem dicendi tenere. Et Atticus ibidem ita judicabat, illum omnium sere oratorum Latine loqui elegantissime, scripsisse & de Analogia ad M. Tullium, verborumque dilectum originem esse Eloquentiae dicere solitum. Sed de his multi multa. Schottus. Pro huius Schottus edidit Caesar. quod de eo sermone fit. Nos verbum Nepoti usurpatum retinendum puravimus. *Bofius.*

<sup>2</sup> *Ut Tullius docet, &c.]* Etiam hoc in loco malui reponi ipsas Ammiani *notae*: ex Lib. 21. extr. cum Schottus recidisset, quae illius sunt propriae. quae tamen vel idcirco retineri debent, quod non satis liquerit, ejusdem Nepotis an Ammiani sint illa, vel ut alio modo definiam, & quae sequuntur. *Bofius.*

<sup>3</sup> *Nulla potuit esse felicitas]* De hac ipsa Caesaris felicitate Cicero Philipp. 2. Caesar Alexandria se recepit felix, ut sibi quidem videbatur.

mea autem sententia, nisi qui Reip. sit felix, felix esse nemo potest. Ubi, ut ex *notae* moneam, in vet. lib. legitur: mea autem sententia, qui Reip. sit infelix, felix esse nemo potest. [quae postrema sic & in nostris membranis lego; nam priora in iis defunt.] Ut Nero Caesar, & Sylla, quamvis huic *Felicis* cognomen datum. Vide *ad Atticum* lib. 7. epist. De Augosti felicitate quaedam supra, in *Attici vitam*, [ad 25, 19, 1.] Schottus.

<sup>4</sup> *Id quod cupierat]* Regnum aseffectasse Manlium, servato Capitolio, supra in *Chronicis*, ex *Agellio* & *Cicerone Philipp.* 2. Schottus.

<sup>5</sup> *Haec quidam veterum]* Andr. Patricius, Polonus, cuius singularis in Ciceronis reliquiis a *Sigonio* comportandis diligentia, in explicandis industria eluxit, non per omnia Tullianis verbis haec esse concepta putat: in cuius sententiam libenter facio ut concedam: tamen quia in his scalmis & naufragii tabulis, pleraque talia sunt, ut iisdem omnia auctorum verbis perscripta esse praestare non possumus, nec quem in integro situm partes illae tenuerint.

judicio Camillus exsulans, quam temporibus iisdem Manlius, etiam si, id quod cupierat, regnare potuisset.

8 Haec quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum, stylis uberibus explicatas, non edidere superstites, ut in quadam ad Cornelium Nepotem epistola Tullius quoque testis reverendus affirmat.

9 Sententiae illius Tullianae ignarus, docentis, <sup>6</sup> infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimarunt.

Idem

rint, in tanta rerum caligine difficile admodum conjectu sit; apponere volui: five Ciceronis ipsius oratoris eloquentissimi verbis conscripta, five Marcellini hominis Graeculi, verbis horridis conservata ea, ad posteritatemque transmissa: quae sensum, fide bona, re praesentarint. Fors sit merces leviiores, crasso filo, de tantae navijs tactura, consolationem aliquam adferre, preciumque facere, queant: Contenti igitur simus hoc Catone. Ceterum de periculis agit, in quae vocari plerumque historici solent; *pericula*, inquit, *veritati contigua*. Non longe abiero. Cremitius Cordus, quod laudato Bruto, Cassium ultimum Romanorum dixisset, a Tiberio mori jussus est, ut auctor est Dion, & Tacitus *Annae* 4, 34. Junius Rusticus, quod Paeti Thraseae, & Helvidii Prisci laudes edidisset, appellarerque eos viros sanctissimos, Domitianus occidit *Sueton*. Nam paullo aliter in *Agricolae vita* Tacitus: qui Paetum laudasset, Arulenum Rusticum; qui Helvidium, Herenatum Senecinum vocat. Addit, in libros eorum saevitum, ut & in Cremitii Cordi, de quo differri ad *Seneca Rhytoris*

*Controversiar. librum 6. Praefat.* Natura crudelitas ejusdem, in Hermogenem Tharsensem, & Metium Pomposianum: perstringitur itaque a *Favon. Satyr. 7. Schottus. Schottus* edidit: *Quidam vet formidantes ea, quae scriptoribus historiae suorum temporum solent saepe fraudi esse, atque inuidiae, cognitiones actuum variorum stylis jam uberioribus expl. non ed. Superstites.* Ingens viri alias non mali audacia! quippe non solum pro Ciceronianis venditat, quae Ciceronis non esse facile omnes perspiciunt, qui purissimi scriptoris aurum ab Ammiani luto norunt discernere: sed etiam pluscula de suo inseruit. *Ammianus* enim postquam dixerat, sibi adusque confinia propriis memoriae progressio convenire tam referre a notioribus pedem, usq; pericula veritati saepe contigua, & in tempestivis censore declinarentur; solum ista subiicit, quae nos hec representavimus. *Fosius.*

*6 Infelices esse]* Suspicer, vel ab ipso Marcellino conformatum hoc ex superioribus; vel sane ex eadem Ciceronis epistola desumptum: loci affinitate persuasus, quod in eodem ipso 26. Marcellini reppererim utrumque: hoc extremo libro; illud

*Idem ad Atticum de Nepote. Lib. 16. Ep. 5.*

1 Nepotis epistolam expecto. cupidus ille meo-  
rum, qui ea quibus maxime γανεῖ, legenda non  
putet? & aīs μετ' ὄμοιονα: tu vero ὄμοιον, ille qui-  
dem ἀπέρος.

2 Male narras de Nepotis filio, valde mehercule  
moveor, & moleste fero. nescieram omnino esse istum  
puerum. *Ep. 14.*

*Hic*

*nun procul ab initio.* In qua quidem  
re integrum cuique est a me dis-  
sentire: non admodum enim labo-  
rabo, ut persuadeam; nec vehe-  
menter contra pugnabo. Non diffi-  
cile illud quod *D. Augustinus lib. 5.*  
*Civitatis Dei cap. 27.* laudat: *O mi-  
serum, cui peccare licebat:* quod de  
*C. Cinna* aīs *Cicerō 5. Tusc.* Et in  
*Hortensio*, apud eundem *Augustinum*  
*lib. 13. cap. 5.* de Trinitate: *Velle,*  
*quod non deceat, id est ipsum miseri-  
num: nec tam miserum ipse, non adi-  
pisci, quod velis, quam adipisci velle,*  
*quod non oporteat.* Plus enim mali  
pravitas voluntatis adfert, quam for-  
tuna cuiquam boni. Quem locum  
eo libentius recitavi, ut, qua pos-  
sem, ex eodem *Augustino de Vita  
Beata*, integrarem: truncatum enim  
haecenus a *Sigonio*, & *Patricio*, ho-  
minibus sene diligentissimis, alla-  
rum doleo, & miror. *Schottus.*

1 *Nepotis epistolam*] *Homeri* locum  
respexit, ut fere in his epistolis,  
cum ad amicissimum familiarissime  
scriberet. Versus *Homeri* est: *Tā  
ἄνω Δασάρη μῆλον αἴρειν μετανά-*  
Explicat vero acute, ut omnia,  
doctiss. Turnebus 9 *adversar. cap. 22.*  
*Schottus.* De *Nepote nostro* & *Schop-*  
*pius* hunc locum accepit in *parado-*  
*xis litterariis epist. 5.* atque unum  
trium millium instar esse posse.

Adponemus verba ejus, quoniam  
lucis aliquid Ciceronianis adferre  
queunt, & liber in paucorum ma-  
nibus versatur. *Attico*, inquit,  
scriperat *Nepos*, maximi se *Ciceronis*  
epistolā facere, vehementerque adeo  
cupere, ut earum epistolā volumen  
edatur. Hujus rei *Ciceronem Atticus*  
certiorē faciens, et gratitudinē dux-  
it, cum tanti a *Nepote* ficeret, qui  
praescritū una omnia elogantissime  
scriberet, & ab ipso *Cicerone* alter es-  
set, ruit ab Achille *Ajara*, qui Ho-  
mero describi solet fortissimus.

*Tā  
ἄνω Δασάρη μῆλον αἴρειν μετανά-*  
nāra

*Ex Graecorū malis post inculpabiliem  
Achillem.*

Respondet ergo *Cicerō*, permīrūn sibi  
videri suas a *Nepote* expeti, quem tam  
elegantis ac fastidiosi judicii esse compe-  
risset, ut etiam illa, de quibus ipse  
maxime sibi placevet, aspernaretur. Ce-  
terum non se, sed *Atticum* esse illum,  
qui cum Achille comparari debeat, o-  
mnique reprehensione raset. *Nepotem*  
vero proīsus in Latine scribendo di-  
vī-  
num esse, eoque incomparabilem. Bo-  
lius.

2 *Male narras*] *De Cornelli filio*  
nihil dum repperi: quare valde am-  
bigo, sine hic cognationis nomen  
*Nepos*, vel *Caecili* alicuius *Metellī*  
cognomen. Superiora vero, quod

Hic SCHOTTUS inferuit Catonis & Attici vitas.

## CORNELII NEPOTIS

## FRAGMEN TA

*Incera partim quo libro posita, partim quibus  
verbis concepta.*

## C A P. VI.

**N**epos auctore certo comperisse se ait, C. Laelium quondam in Puteolano<sup>1</sup> Kalend. Martiis admonitum ab uxore,<sup>2</sup> temperius ut discumberet, petisse, ab ea ne interpellaretur: serius tandem ingressum

de docto homine sermo fit, ad nostrum hunc pertinere conjeci, nihil ut affirmem tamen. Suspicionem proposuisse contentus, ob eam, quae Ciceroni cum Nepote summa intercessit, necessitudinem, in iis, quae ad familiarissimum utriusque T. Pomponium Atticum missae sunt, epistolis minime praeterisse: nam & libro 2. Nepotis facta mentione est. Schottus. Vix dubito, haec ad eundem Nepotem pertinere, ad quem praecedens locus: non autem ad Caecilium aliquem, ut Schotto in mentem venit. Bosius.

<sup>1</sup> Kalend. Martiis] Quae Matronalia dicebantur, eo quod Mariti pro conservatione conjugii supplocabant, & erat dies proprie festus matronis. Sic Horatii Scholia festum librum 3. Carm. Oda 8. Hinc Martialis easdem Saturnalia muliebria vocat, & Juvenalis, Kal. Martias, femineas. Vide Festum, & Tibullum lib. 3. & 4. Schottus.

<sup>2</sup> Temperius discumberet] Sic edendum curavi, pro, maturius: licet in vulgus editi libri Temporius sere preferant. O & E frequenter commutari solent, ut in Reverti,

animadavorti, adverfus, &c id genus alia, quae post in E conversa. Primum igitur Temperi, post, Tempori, ut Plautus Persa, & Rudente. Et Nepotis acqualis, Cicerio, libro 9. epistola 16. ad Papirium Paetum: Ovidius vero & Columella Temporius dixerunt, quod recentius est: illud antiquius. Sic & Pigneri, & Pignori dixisse veteres, auctor Priscianus libro 8. Sic legendum illud Juvenalis lib. 3.

— Viginti millia fenus  
Pigneribus positis, argenti vascula  
puri.

Et Ovid. 7. Metam.

— Quod das mibi, pigneror omen.  
Hoc est, pigneri accipio. Ad eundem modum Apollinem & Apollinem; forda bos, pro forda dicebant, ut auctor Sex. Pompejus. Agrætius vero litterator hoc discrimen collocat: Pignora rerum; pignera liberorum, & affectionum. Legendum igitur in Prudentio libro 1. adversus Symmachum.

Inde puellarum ludibria, pignera,  
partus.  
Schottus. Editi omnes, temporius,  
quo cum Ovidius & Columella quo-

triclinium dixisse, non saepe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum, scripta illa proferret, pronuntiasse versus, qui sunt in ἑαυτον τιμορεψεμένω:

*Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt,*

*Donat. in vita Terentii.*

L. <sup>1</sup> Otacilius Pilitus Rheticam professus, Cn. <sup>2</sup> Pompejum Magnum docuit; patris ejus res gestas, nec minus ipsius, compluribus libris exposuit: <sup>3</sup> primus omnium libertinorum, ut <sup>3</sup> Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam.

Cornelius Nepos in libello, quo distinguit litteratum ab erudito, <sup>3</sup> litteratos vulgo quidem appellari ait

que utantur, id retinendum censeo. Nepotis aevo sicuri non dicebant tempore, sed tempore; ita nec temperius sed temporius extulisse credi par est. Bosius. Temperius tamen olim Veteres dixisse docet Cl. Burmannus ad Ovid. 4. Mer. 198. qui Auctori suo & Columellae, Codicum auctoritate ductus hanc vocem restituit.

1 *Otacilius Pilitus*] Ediderat hunc locum Schottus mutilat: L. Otac. Pil. primus o. l. scribere hist. orsus, n. n. ab h. q. scr. solitam. Cn. enim Pompeji M. quem docuit, patrisque ejus res gestas compl. l. exp. Vides, nonnulla immutata, quaedam & ransposita ab eo esse, que nos e Suetonio de Cl. Rhet. c. 3. restituimus. Bosius.

2 *Primus omnium libertinorum*] Sic Terentius:

*Servum hominum causas orare, leges non finunt.*

Militare etiam servi prohibiti. Macrob. 1. Saturn. cap. 11. Et Mamertinus Col. in suo ad Julianum Panegyrico, queritur, Juris scientiam sic evuluisse, ut libertinorum hominum esse artificium diceretur.

Et artes liberales dictae, Martiano Capellae, quod libero, non servili homine dignae. Schottus.

3 *Corn. Nepos*] Etiam hoc loco integra Suetonii verba e cap. 4. de Ill. Gramm. reposui: cum Schott. omissis prioribus, tantummodo exhibuerit posteriora, h. m. Corn. Nepos litteratos quidem vulgo appellari ait, &c. Bos.

4 *Litteratos quiaem*] Locus hic dupli mendo suspectus: nam quod in vulgatis Tranquilli legitur, Corn. Nepos in libello, quo distinguit litteratum ab erudito: putabam quodam scriptisse: & ex compendio litterarum mendum natum: nec enim titulum libri tueri ea ἵπηραν potest; liber quo distinguitur litteratus ab eruditio: Apagelis cum istis ineptiis. Deinde ab interpunctione laborat, quod in hanc diem a nemine admonitum, quod sciām, valde miror: ne quidem ab Ach. Statio Lusitano, & E. Vineto Gallo, qui Scholai illustrarunt. Equidem sic interpungebam: Ceteram proprie sic appell. poetarum interpretes, qui a Graecis Grammatici nominantur. Eosdem litteris.

730 CORNELII NEPOTIS  
ait eos, qui aliquid diligenter & acute scienterque possint aut dicere aut scribere: ceterum proprie sic appellandos poëtarum interpretes, qui a Graecis <sup>τυγχανούσι</sup> nominentur.

### C A P. VII.

1<sup>2</sup> Praeter Physicos, Homerumque, qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius

*litteratos*, (lego *litteratores*) vocatos *Messala Corvinus* in quadam epistola: (repetendum δέ τοις, ait, aut simile quid exaudiendum) Non esse fibi dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida quidem, aut litterato Catone: Significat enim haud dubie *Vallerium Catonem*, pietam simul, Grammaticumque notissimum. Memini Jacobum Bangarsum, cuicum Lutetiae mihi omnia amicitiae jura communia, dum *Justinum*, Trogi abbreviatorem, quem nuper emendatorem dedit, moliretur; Mediolanensem mihi Suetonii codicem, formulis centum abhinc annis, & quod excurrit, excusum ostendere, in quo ita scriptum reperti, in quadam epistola scribit. Quisquis ille fuit, vidit locum corruptum: At quod contra libros scriptos de suo addidit, non probbo. *Agellius* lib. 18. cap. 9. in veteri m. f. Buslidiano apud Gul. Canterum Novar. lect. libro 10. cap. 6. Tam ex his qui aderant, alter litterator fuit, alter literas sciens, id est, alter doceus, doctus alter.

Et Catullus:

Munus dat mihi Sulla litterator. Cicero quoque 1. de Finibus: Non satis politum istis artibus, quos qui teneant, eruditi appellantur. Qui vero hic Sigida; forte Tinda appellandas, de quo idem *Tranquillus* in Valerio Catone, ubi & Bibaculi me-

minit: quod & Turnebum animadvertisse video *Advers.* 13, 11. Schottus. De posterioribus Suetonii verbis facile adsentior, legendum litteratores *vocatas*; neque Nepotis ea esse, sed ad Messalam pertinere. Id enim docent, quae proxime subjiciuntur. Quamquam & legi potest: Eodem litteratores *vocatas* *Messala* (vel M. *Messala*) *Corvinus*. Sed οὐ γέρες libelli Suetoniani nolle in dubium vocatam. Nam plane eodem modo *Plutarchus* suorum uni titulum fecit, πόλεων ἀντίστηται καὶ φίλα. Ut similis aliorum inscriptiones nunc taceam. *Bosius*.

1 [Τυγχανούσι] Sic rescripsi editiones Suetonii recentiores sequuntur; & poscere videbatur additum Graecorum nomen. nam Schottus Latinis litteris nomen id expressit. *Bosius*.

2 Praeter Physicos] Hinc summis Plinius libro 2. cap. 67. *Nepos*, inquit, de Septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afranius in Consulatu collegae, sed tum Galliaz proconsuli, Indos a rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii causa navigantes, tempestatis effont in Germaniam abrepti. Strabo vero Amasensis, nobilis ille Geographus, libro undecimo, Herodoto in Melpe mene, Heraclici Pontico, Posidonio qadern

Ilius Nepos, <sup>1</sup> ut recentior, ita auctoritate certior [tradit:] Testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, cumque ita retulisse commemorat. Quum <sup>2</sup> Gallis proconsul praecesset, <sup>2</sup> Indos quosdam <sup>3</sup> a rege

Bac-

eadem Cornelio Nepoti narrantiibus, non creditit, quosdam ab India ad Gades usque & Germaniae littora navigasse. De Oceani navigatione, lege & Senecae Rhetoris *Suspiriam* <sup>1</sup>, cui titulum hunc de vet. codice libro <sup>1</sup>. Observat. per Saturam reddidimus: *Deliberat Alexander an Oceanum naviget*. Schotanus.

<sup>1</sup> Ut recentior, ita auctoritate certior, tradit] Sic in scriptis libris repperit Vossius. Vulgo editur: *ut rec. auctoritate, sic certior tradit.* Vossius utrumque aequo ineptum existimat, legitque *ut recentior auctor, ita certior.* Atque sic fere Plinius 6, 27. Dionysium terrarum orbis situs recentissimum auctorem. Tacitus Agric. 10, 3. Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores. <sup>2</sup> tradit forsitan e Plinio hoc intrusum est quomodo & plurale trahunt infra comm. 8. insertum. Sic autem eopse loco Plinius: *Nepos Cornelius auctor est, Eudoxium quendam &c vide vers. 4. Bosis.*

<sup>2</sup> Indos quosdam] De veris five Asiaticis plerique accipiunt eorum qui jam olim totum terrarum orbem circumnavigatum volunt. Quibus facile largior, non modo Mellam Pliniumque, sed etiam Nepotem, ipsum fortasse Metellum, eos pro veris habuisse. Sed ut ex orientali India, five per Aethiopicum, five, quod plerisque placere video, per Septentrionalem Oceum ad Germaniae littora navi-

gasse credam, nondum adduci possum: qui sciām, etiam hodie, aut impossibile, aut saltem difficultimum esse, per Septentrionem in Indiam enavigare: in Africa vero exteriori ne unius quidem littoris, aut promuntorii, aut montis, nondum urbis provinciae apud Strabonem aliosque veterum mentionem fieri; immo adhuc Ptolemaei aetate creditum, Asiam ultra mare Indicum Africæ cohaerere. Sed de ea *re* plura nos alibi. Cornelius Wieflietus constanter tenet, Indos hōcē non ex ultimis Orientis aut Occidentis partibus, sed ex Laborioris, Esterlandiae, aut vicinis terris venisse; ea quidem fiducia, ut consideret secum sensurum, quicunque dimatis rationem, & quae de illistris narrantur, expenderit. Sed ei objicit Pontane in descriptione chorograph. Daniae, pag. 764. totam illam borealem plagam olim latè perviam creditam, & has terras, acque ac reliquam Americam, veteribus plane incognitas fuisse. Verum esti terrae aut nullae illie esse, crederentur, aut ignotae essent, non tamen coifficiunt, nullos inde incolas ad littora Germaniae tempestibus abripi potuisse. Potius illud objecerim, non videri tum eas regiones habitatas. Vossius Indis similes intelligi vult, arbitraturque veros fuisse Britannos, glasto facatis corporibus Aethiopum colorem imitantes: quis nondum noto isthōc Britannorum more, Metel-

lo

Baetorum dono sibi datos: unde in eas terras deve-  
nissent, requirendo, cognovisse, vi tempestatum ex  
Indicis aequoribus abreptos, emensosque, quae inter-  
erant, tandem in Germaniae littora exiisse. *Mela* 3, 5.

## 3 1 Largitudo.

4 2 Eudoxus quidam avorum nostrorum temporibus,  
quum

lo pro Indis obtrusi sint. *Bosius*.

3 *A rege Baetorum*] Baetorum no-  
men ex optimis aliquot codicibus  
*Melae* restituit *Vossius*; cum in aliis  
legeretur *Botorum*, *Botorum*, *Lydo-  
rum*, & in editis plerisque, ut est  
apud *Plinium*, *Suevorum*. Baetos  
autem interpretatur Batavos, ab  
agro *Betua* vel *Battua* nomen ad-  
eptos, quos &c *Strabo Basileus* vocet:  
atque sic eos appellari ait etiam in  
Iapide in Batavia invento, ubi co-  
hortis Baetorum sub Imp. Antonino  
sit mentio. Fortassis & apud *Strabonem*  
*Batru* rescribi debent. *Bosis*,  
ut recte *Vossius* moner, nullus hec  
locus, cum toti sint mediterranei:  
*Suevos* libri respuunt; *Plinius* au-  
tem, ut solet, pro *Batis*, ignoto  
sibi, ut videtur, nomine, eos sup-  
posuit. *Bosius*.

1 *Largitudo*] Verba Carishi: LAR-  
GITUDO nusquam invenitur, nisi  
apud Nepotem. *Bosius*.

2 *Eudoxus quidam*] Ibidem C.  
*Plinius*: *Nepos Cornelius* auctor est,  
*Eudoxum* quendam sua aetate cum *La-  
thyrum* regem fugeret, *Arabico* finu  
egressum, *Gades* usque pervectum. Mul-  
teoque ante eum *Coelius Antipater*, vi-  
diss se, qui navigasset ex Hispania in  
*Aethiopiam* commercii gratia. Et *Mar-  
tianus Capella*, *Plinius aemilinus*, li-  
bro 6. qui est de Geometria: *Cor-  
nelius* auctor affirmat, quendam *Eu-  
doxum* fugientem regis insidias ex *A-  
rabia* in *Gaditana* pervenisse refugia.

*Coelius Antipater* se locinem vidisse  
confirmat, qui negotiationis ardore in  
*Aethiopiam* ex Hispania navigasset. Idem  
*Cornelius* post captos Indos per Germani-  
am navigavit. Quae postrema se cor-  
rupta clamant, leg. que recta inter-  
punctione: *Idem Cornelius post: captos*  
*Indos per Germaniam* naviguisse: Trun-  
cata enim ex superioribus *Plinii* ver-  
bis exscripta quis non vider? *Schott*. A-  
pud *Martianum* malebam olim, *Idem*  
*Corn. posuit*, *captos Indos per Germ. na-  
vigantes*. Quod neque nunc displiceret.  
*Keuchenio* tamen durissimum vide-  
batur. Vellem caussam adjecisset.  
Forsan & posuit ei non placebat.  
Atqui sic etiam alii illius aevi lo-  
cuti. *Priscianus* lib. 6. INCUS e-  
tiam INCUDES; quod ponit *Nomius*  
*Marcellus* de doct. indagine. lib. 10.  
*Nomius Marcellus* sic ponit; SAPIVI  
pro SAPUI. Et quid dico, illius  
aevi? Purissimi ab hoc loquendi  
modo non abhorrent. Noster 16,  
3, 1. *Sejunustum ab re posita*, ubi vid.  
not. *Seneca* Suasor. 6. extrema:  
Solent Scholastici declamatores ponere.  
Deliberat *Cicerio*, &c. idem suas. 1.  
Eleganter in *C. Cassii* epistola possum.  
Controv. 1. Durum sensum videbatur  
n.n. pure posuisse in narratione. Con-  
trov. 12. Haec subinde refero, quod  
aeque vitandarum rerum exempla po-  
nenda sunt quam sequendarum. Quintilianus 2, 17 Ponuntur hae quoque  
in 2. *Ciceronis* libro de oratore contra-  
dictiones. *Plinius* 32, 11. His adjici-  
mata

quum<sup>1</sup> Lathurum regem Alexandriae profugeret, Arabico sinu egressus, <sup>2</sup> per hoc pelagus, ut Nepos adfirmat, Gades usque pervectus est. *Mela* 3, 9.

<sup>3</sup> Paphlagonia insignis loco <sup>4</sup> Heneto, a quo, ut <sup>5</sup> Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati.

Fauces Oceani T. Livius, ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, <sup>6</sup> ubi minimum, VII M. pass. ubi vero plurimum, XM. *Plin. 3. prooem. ibid. 3, 17.*

<sup>6</sup> Melpum opulentia praecipuum, quod ab Infubribus, & Bojis, & Senonibus deletum est eo die, <sup>7</sup> quo Camillus Vejos ceperit, Nepos Cornelius tradidit. *Plin. 3, 17.*

Ultra Aquilejam VIM. pass. Formio amnis, ab Ravenna <sup>8</sup> CLXXXIX. pass. antiquus Italiae auctus

*ter-*  
mus apud Ovidium posita nomina Neque refugit priscis puritate atque elegantia dictionis sequiparandus, Aug. Buchnerus. cuius ista sunt in commentario nondum edito ad Agricolam Taciti cap. 5. Confirmat conjecturam nostram, quod infra cap. 18. ponit, EOQUE INITIO &c. Bos.

<sup>1</sup> *Lathurum profugeret*] Profugere cum quanto casu construitur. V. Th. Muncker. ad Hygin. fab. 277.

<sup>2</sup> *Per hoc pelagus*] Africum addit Schottus; & mox edidit profectus est. Utrumque libris reclamantibus. Bos.

<sup>3</sup> *Paphlagonia*] Mutilate Schottus: ab Heneto Paphlagones. Bosius.

<sup>4</sup> *Heneto a quo Paphlagones*] Solinus c. 44 ex Plinio libro 6, 2. Paphlagoniae Henetos adjicit Nepos Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postular. Citat & Rodericus, Toletanus Archiepiscopus, libro 1. Chronicorum Hispaniae, cap. 2. forte ex D. Isidoro, quem fere sequitur. Terentianus Maurus:

*Quos Homerus dixit Entræ, ille Venetos autem* Schottus.

<sup>5</sup> *Ubi minimum*] Mc. codex Chilletii; *ubi minus*. Bosius.

<sup>6</sup> *Melpum*] Sunt qui putent esse Meleitum municipium nobile & distissimum: estque in Orbiis. de quibus multa Zanchius Bergomas ad Petrum Betulum, & Gaudentius Merula lib. 1. Antiquit. Galiae Cisalpinae cap. 9. Schottus.

<sup>7</sup> *Quo die Camillus Vejos*] De die nondum in Fastis aut Diariis compéri: annus est in iis Tabulis marmoreis, quo de Vejentibus Dictator primum triumphavit, CCCLVII. Livius libro 5. & rursus Plinius libro 33, 7. Plutarchus Camillo: Valerius 4, 1. Agellius 17, 21. Diodorus, Florus, Eutropius, & Auctor de viris illustribus Schottus. Pro tradidit Schottus edidit, tradit. Bosius.

<sup>8</sup> *CLXXXIX. pass*] Sic Dalechampius edidit. Schottus autem &c. Latius: CLXXXIX. M. pass. Et mox:

terminus, nunc vero Istriae: quam cognominatam a flumine Istro in Adriam effluente a Danubio amne, eidemque Istro ex adverso Padi fauces, contrario eorum percussu mari interjecto dulcicente, <sup>1</sup> pierique dixerat falso, & Nepos [Cornelius] etiam Padi accolat. *Plin. 3. N. H. 18.*

## C A P. VIII.

- <sup>1</sup> **A** Ipes <sup>2</sup> in longitudinem XM. pass. patere a supero mari ad inferum, Caelius tradit: Timagenes <sup>3</sup> XX M. pass. deducit in latitudinem, Cornelius Nepos CM: T. Livius tria M. stadiorum: uterque diversis in locis. *Plin. 3, 19.*
- <sup>2</sup> Inter duos Bosphorus, Thracium & Cimmerium, directo cursu, ut auctor est Polybius, <sup>4</sup> 10 M. passuum intersunt. Circuitu vero totius Ponti <sup>5</sup> vicies semel centena quinquaginta M. ut auctor est Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adjicit. *L. 4, 12.*

mox: antiquus auctae Italiae terminus. Statim rō tradunt asuit a duobus Mff. & recte. *Bosius.*

<sup>1</sup> *Plerique dixerat falso] Aristotle de Histor. animalium 8. & περὶ θαυμάτων: Strabo libro 7. Geograph. Apollonius Rhodius, & Melita lib. 2. Quos miror omnes cum Nepote, Falsitatis argui. Supra pro eidemque, codex Toletanus M. S. eodemque auferendi casu praefert. Schottus. Atque sic & e suis legebat Pintianus; adstipulante etiam Chisletiano: a quo mox Cornelii nomen aberat. In alio fuit, ex adverso Padi faucibus. Forsan legendum est, exadversus Padi fauces, quo loquendi modo Nepos, aliisque usi. vide ad 2, 3, 4. Paullo ante in omnibus editionibus inve-*

<sup>1</sup> *In nio, Danubio amne. nec scripti variant. Bosius.*

<sup>2</sup> *In longitudinem] Sic editum a. pud Plinium. Schottus tamen, in longitude. Bosius.*

<sup>3</sup> *XX. M. pass.] Scriptus Tolitanus codex, quem inspeximus, sic interpungit: xxii. M. pass. deducit in latitudinem autem Corn. Nepos et. m. Schottus. Atque sic & edd. Plini interpongunt. Bosius.*

<sup>4</sup> *Is M passum] Haec quoque omnium, quas vidi, editionum lectio est. Schottus, & reliqui dederant CIM. nisi operarum lapsus est. Bos.*

<sup>5</sup> *Vicies semel centena quinquaginta M.] Tolit idem: vicies semel M. ut auctor est Varro, & fere veteres semel quinquaginta. Nepos Cornelius ccc. M. L. adjicit. Schottus.*

1 In ora Oceani, colonia Augusti, Julia Constantia, &c. & ab ea XXXII M. pass. colonia a Claudio Caesare facta Lixos. Ibi regia Antaei, certamente cum Hercule, & Hesperidum Horti &c. Exstat in ea & ara Herculis, nec praeter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur <sup>2</sup> portentosa Graeciae mendacia, de iis & amne Lixo prodita, qui cogitent, nostros nuper paullo minus monstrifica quaedam de iisdem tradidisse: praevalidam <sup>3</sup> hanc urbem, majoremque Karthagine magna: praeterea ex adverso ejus sitam, & prope immenso tractu ab Tingi: quaque alia Cornelius Nepos avidissime credidit. *Lib. 5. c. 1.*

Aliqui inter Pontum & Caspium mare *CCCLXXV m. 4* pass. non amplius interesse tradiderunt: + Cornelius Nepos *CCLM. Lib. 6, 1.*

Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen. Nepos Cornelius <sup>5</sup> ex adverso maxime Karthaginis a

con-

<sup>1</sup> In ora Oceani] Ediderat Schottus: Minus prof. mir. Gr. mendacia de hortis Hesperidum, & amne Lixo prodita, &c. Atqui Plinius non de his solis loquitur, sed de aliis etiam de quibus praecesserat. Quare quae ex his necessaria videbantur, praemissimus *Bosius*.

<sup>2</sup> Portentosa Graeciae mendacia] Et quidquid Graecia mendax Audet in histeria. Juvenalis Sat. 10. *Lixa, Lybiae civitas*, inquit Stephanus ex *Alexandro libro 1. Lybiconis a Lixo flumine. Schottus.*

<sup>3</sup> Hanc urbem] Lixon: nam de Cerne mox lib. 6, 80. Carthagini quoque objacere supra Plinius: A Claudio Caesare colonia facta Lixos: vel fabulosissime ab antiquis narrata ibi regia Antaei, certamente cum Her-

cule, & Hesperidum Horti. Affunditur autem huic aefuarium e mari, flexuoso meatu, in quo Draconis custodiae instar fuisse nunc interpretantur. Exstat in insula, & ara Herculis: nec praeter oleastros, aliud ex narrato illo aurifero nemore. *Bosius*.

<sup>4</sup> Corn. Nepos *CCLM.*] Duo Plinii m. st. *CCLM.* numerant. Schottus. Idque Pintianus concinnius censet, ne sit tanta in numero differentia inter Nepotem & ceteros auctores. Quare & nos ita rescripsimus, nam vulgo erat, *CCLM. Bosius*.

<sup>5</sup> Ex adverso Carthaginis] Sic & Hanno, e quo *I. Vossius in notis ad Scylacem pag. 24.* Cornelium haec depromisse censet, intrusus est enim in urbem ex re militaris regi*libido* exordio

K 29

continentem passus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. *Lib. 6, 31.*

6 Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit: Me, inquit, juvēt violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum venibat; nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther, Aedilis Curulis, primus in practexta usus <sup>2</sup> improbat: qua purpura <sup>3</sup> quis non jam, inquit, tricliniaria facit? *L. 9. c. 17. & 39.*

7 Onychem etiam tum in Arabiae montibus, <sup>4</sup> nec usquam aliubi nasci putavere nostri veteres: sed &c in

Ger-

*Kαρκονδός.* Atque sic & *Palaephatum* <sup>32.</sup> interpretatur *Vossius*, cum ait, *Kαρκονδός* (sic enim legi volunt pro *Kυρηναϊστ*) Libyam arare καὶ *Kαρκονδόνα*. quanquam alibi (in *not. ad Melae* 2, 7.) putat, *Palaephatum ac Diadorum item Siculum*, confudisse Cernen cum Cercima, perperam acceptis Hannonis verbis: *Kαὶ τὸ δὲ autem exponit, in eodem parallelo: sed negat, ipsum Hannonem sic sensisse.* Utetunc sit, ex adverso *Carthaginis* non potest ita accipi, ac si Cernen intra columnas Herculis prope Carthaginem in ipso finuitam existimat. *Bosius.*

1 *Violacea purpura*] De variis purpurae generibus post *Plinium*, *Caelium*, *Bayfium*, alias, accurate *Salmasius* in *notis ad Tertullianum de Pallio*, & *Oclav. Ferrarius* in *De re Vestiaria*, praecipue *lib. 2. cap. 7.* Qui videri possunt. *Bosius.*

2 *Improbabatur*] Sic *Mf. Vulgati*: *improbabatur*, quod video summos viros non improbase. mox *Schottus* ediderat, nam *purpura quis non*, inquit, *triclinaria facit?* Nos *Plinius* repositorym, quae & viri docti,

quos modo laudavimus, non aliter laudant. *Triclinaria vero Salmasius* ait esse accubitalia, quibus accubita vel lecti tricliniaries sternuntur, in *not. ad Tertull. pag. 175* *Bosius.*

3 *Quis non triclinaria facit?*] Addit de suo *Plinius*: *Spinther aedilis fuit, ubi conditae anno septingentesimo, Cicerone Cos. Dibapha tunc dicebatur, quae bis tintæ esset, veluti magnifico impendo, qualiter nunc omnes paene commodiore purpurae tanguntur.* Haec postrema *Plinio* aliquo adjecta efferrere auderem, nisi in *m. f. Toletano antiquiss. reperiisse.* In *Consulatu vero M. Tullii* nimis rotundus numerus est, qui est in *Fastis Capitolinis extra controversiam annus 1090.* post *U. C. collega C. Antonio*: *P. vero Cornelius Lentulus Spinther, Ciceronis in primis studiosus, Cos. post fuit, anno 1096. cum Q. Caecilio Metello Nepote. Schottus.*

4 *Nec usquam aliubi*] Sic editum in *Plinio*, quod mutari non debuit. passim enim *Plinius ea voce utitur. Schottus tamen habet alibi.* Et mox, sed in *Germ. put. vasis in f. primam.* At

Germania potoriis & primum vasis inde factis dein pedibus lectorum sellisque, Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, quum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo & urceos <sup>1</sup> magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde, triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se.

## C A P. IX.

<sup>2</sup> Νέπως δὲ Κορνήλιος ἐχει πότηγέντες φησίν οὐδὲ νόσον αἴσθηται τὸν Δέκαλλον, ἀλλὰ φαεμάκοις ὑπό τινας τῶν αἰτη-

ΛΕΥ-

At longe aliter edd. Dalech. & Latii: putavere nostri veteres: Sudines in Germania. Potoriis &c. Alius legebat, veteres. In Germania tamen appud Sudines reperitur. Potoriis &c. Nimiris id quidem audacter. Mihi placet emendatio Salmasii in Exerc. Plin. pag. 558. Sudines &c. in Germania. Nam paullo post idem Plinius de Alabastrite, quem eundem onychi facit: Nascitur probatissimus in Germania. Et lib. 37, 2. de gemma onyche: In germania traxit ex lapide Germaniae. Sudines dicit in gemma esse candorem &c. Nos scriptorum codd. lectionem representavimus Dalechampio laudatorum. In Vossiano mox fuit, Nepos Cornelius tradidit, magno fuisse miraculo. Bosius.

<sup>1</sup> Magnit. cador. J. Sic Mf. At Ed. Dal. & Latii: Chiorum magnit. cadorum, praecunte Hermolaos Barbaro; suffragante τῷ πάντῃ Grorovio. qui videndus ad hunc Plinii locum. Fuit etiam in quibusd. libb. columnam, pro columnas; magisque placet. Bosius.

<sup>2</sup> Νέπως ἦ Κορνήλιος<sup>3</sup>] Idem Plutarchus in libello: Εἰ προστίμῳ πολιτείᾳ. Λευκάλλης ἦ Παρμαῖος οὐ πλ-

τὸς ἦ τις ἱεροφύρος σφραγίδες ὅτε τὸ περίτελον τὸ φροντὶ συνειχεν. ἐπεὶ δὲ μεθῆκεν εἰστὸν τὸ βίον ἀπορεῖτο καὶ διαιτατον οὐκεῖτο καὶ ἀφεντον, ὡσπρὸ οἱ σπούδαις ταῖς γαλιώναις εἰσηρθεῖτο καὶ καταπαρερθεῖτο, εἴτα Καλλιθέη τῷ θάπταινθείσαν βίσκειν καὶ τιθασεῖν παρέκχων τὸ γῆρας, ιδίᾳ καταπαρακαλεῖσθαι φίλτρον ἀπ' ἄντοις καὶ γοντίμασιν, ἀχεις δὲ Μαρκῷ διδειλίσταις καὶ αἴθρωποι, αὐτὸς φύκονθει τὴν ιππασθαγάδην καὶ λοπὸν αὐτὸν βίον, καὶ πολὺν θρύψιον i. e. Inter Romanos non inveneris multos Lucullo meliores imperatores, dum is rebus gerendis curam impendit. Ubi vero sese in vitam otiosam domi delitescens, & curis vacuus, demisit, spongiae instar tranquillitate enecatus & contabescens, ac Callistheni libertorum uni se alienum suamque senectutem circurandam tradens, creditus fuit ab eo beneficis, & amatoris poculis corruptus, donec Marcus frater, hoc remoto, ipse reliquam fratris vitam (non longam quidem illam) paedagogi in morem curavit. Haec ille. Ex quibus patet error eorum, qui Virorum illustrium auctorem in Nepotis familiariam, obtorto collo, retraxerunt: iniqui, me Hercule, Familiarum, legitimorumque liber-

Aaa

rorum

λευθέρων Καλλισθένης διαφθαρέντα. <sup>1</sup> Τὰ δὲ Φάρμακα δοθῆναι μὲν ὡς ἀγαπώλο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπὸ αὐτῷ, τοιαύτην ἔχειν δοκεῖται τὴν δύναμιν. ἐκτῆσαι δὲ καὶ οὐλίσαι τὸν λογισμὸν, ὥστ' ἔτι ζῶντ<sup>ς</sup> αὐτῷ, τὴν σολαν διοικεῖν τὸν αἰδελφόν.

*Cornelius Nepos ait: non senio, neque morbo alienata mente fuisse Lucullum, sed a quodam liberto Callistheno venenis corruptum. Datum autem esse venenum, ut Callisthenes impensis ab eo diligenteretur, quod ejusmodi vi pollere id putaret. Ita vero alienasse & soluisse mentem ejus, ut adhuc viventis facultates frater procuraret.*

2. Νέπως ὁ Κορνήλιος Φησίν, & Κερίσσης, Βράτις δὲ Θεραμ-  
Cενταρτ<sup>ς</sup> Διπλὸς Λυσίτανων θυγατέρα γῆμαι γατόν.

*Cornelius Nepos non Crassi, sed Brutus, ejus, qui de Lusitanis triumphavit, filiam nuptum Cajo datam, ait.*

3. Αἴνιζα δὲ τὸ μὲν ἄλλων, ἐλάχιστον δὲ λόγος<sup>ς</sup>, <sup>2</sup> Μαρ-  
κελλον δὲ πεπλωκέναι πυθόμενος, αὐτὸς ἐξεδεχμεν επὶ τὸ  
τόπον. καὶ τῷ νεκρῷ πεπλωσάς, καὶ πολὺν χρόνον τίνετε ρώμην  
Ἐσώματος παταραβάν καὶ τὸ εἶδος, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν  
ὑπερίφανον, οὔτε ἀπὸ θύεως τὸ χαῖρον, ὡς αὖτις ἐργάδη  
πολέμιον καὶ βαρὺν ἀπεκτονῶς ἐξέφυνεν. ἀλλ' ἐπιθαυμάσας  
τὸ παρθένον τὸ τελευτῆς, τὸ μὲν δακτύλιον ἀφείλετο.

τὸ

rorum Censores. Sic enim in Lucullo Aurelius Victor, cui nos parenti eum olim partum reddidimus: *Cum alienata mente despere coepisset, intela ejus M. Lucullo fratri permisisti. De Callisthene, ut vides, verbum nullum: Aut alio igitur Nepote usus Plutarchus, aut falsa illa censoria Italorum notio est, Hernulai Barbari, Catelliani Cottas, Dominici Machanei, & aliorum. Bosius.*

<sup>1</sup> Τὰ δὲ φάρμακα &c.] Nescio cur haec Schottus omiserit, cum & ipsa Nepotis sint. Bosius.

<sup>2</sup> Μαρκελλον πεπλωκέναι πυθόμενος] Cicero Catone: *M. Marcelli inter-*

*tum ne crudelissimum quidem hostis honore sepulcrac carere paſſus est. Crudelissimum autem Hannibalem vocat. Livius lib. 27. Valer. lib. 5. cap. 1. fine: Silius Ital. lib. 12. Orosius 4. 18. Aurel. Victor. de Viris Illustrib. Marcellus quinque Consul, insidiis Annibalibus deceptus & magnifice sepultus. Osfa Romanam remissa, a praedonibus intercepta perierunt. Quis sciret an haec ad librum exemplorum V. ubi & Hannibalis mentio sit, pertineant? Schottus.*

<sup>3</sup> Τὸ παρθένον τὸ τελευτῆς] Apud Plutarchum in edd. Parif. & Francaf. excusum invenio τὸ τελευτῆς nec discre-

τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ ὑπερισεῖλος ἐντίμως  
ἔκαυσε, καὶ τὰ λείψατα συνθεὶς εἰς κάλπην ἀργυρεῖν, καὶ  
χρυσὸν ἐμβαλὼν σέφαρον, ἀπέσειλε τοὺς τὸν οὐρανὸν αἴρειν. Τὸ δὲ 4  
Νομάδων τινὲς φεύγοντες τοῖς κομιζόσιν, ὥρμηταιν αἴραι-  
ρεισθ τὸ τεῦχον. αἰτιλαμβανομένων δὲ σκείνων, ἐκβιαζό-  
μενοι καὶ μαχόμενοι διέφερισαν τὰ δεσμὰ. πυθόμενον δὲ Αννιον  
ταῖς, καὶ τοὺς τὰς παρόντας εἰσών, ἔδει ἀρχεῖ δυνατὸν γενέ-  
θεῖ ἀκοντόντος θεοῦ, τοῖς μὲν Νομάσιν ἴστεβηκε δίκην, ὡκέτι  
δὲ κομιδῆς καὶ συλλογῆς τὸ λειψάνων ἐφρόντισεν. ὡς δὴ τῷ  
θεῖν τινα καὶ τὸ τελευτῆς καὶ τὸ αἰταφίας πλευρόγυρος ὅπω τῷ  
Μαρκέλλῳ γενομένης. Ταῦτα μὲν ἐν οἷς τῷ Κορνήλιον Νείπολον  
πωταὶ καὶ Οὐαλέτον Μάξιμον ἰσορήκαστοι. Διέσιν δὲ καὶ Κατ-  
σαρ ὁ σεβαστὸς κομισθῆναι τὸ υδελατόν τοὺς τὸν εἰρήκαστοι,  
καὶ ταφῆναι λαμπρῶς.

Hannibal vero quum reliquos minimi faceret, Marcello  
lum cecidisse auditio, ipse ad locum occurrit: cadaveri-  
que adsistens, diuque corporis robur et formam contem-  
pla-

discrepant Mſ. quorum variæ in  
editionibus illis subjiciuntur. Bosius.

<sup>1</sup> Χειρὸς σταύρου] De Corona antiquitus imposita mortuis Cicero pro Flacco, & Pet. Victorius 2, 7. Varian. leſt. Valer. Max. lib. 5. cap. 1. de Antipatro, & hoc ipso Marcello: ubi forte aurea leg. Ad quem Maximus locum Plutarchum respexisse autumo in vita Marcelli. ταῦτα μὴ  
in οἱ περὶ Κορνήλιον Νείπολα, η Οια-  
λέτον Μάξιμον ἰσορήκαστοι. Schottus.  
De more coronas aureas mortuis  
imponendi plura habes in Indice,  
v. corona. Apud Valerium non opus  
pro laurea reponere auream, quan-  
quam & Freinsheimio sic vistum, ad  
Curtii, 5, 13, 31. Neque necesse est,  
in codice Valerii, quem Plutarchus  
legit, sic fuisse scriptum, ut qui-  
dem nuper vir doctus ad hunc Va-  
lerii locum censebat. Nam ille de

corona cadaveri imposita, cum eos  
que combusta; Plutarchus autem de  
ea, quae reliquiis ad filium destinata  
superimposita est, loquitur. Ne-  
que satis constat, an Plutarchus,  
ut viri docti volunt, ad ea respxe-  
rit, quae Valerius 5, 1. ext. 6. de  
funere Marcelli retulit. Nam ea  
pauciora sunt, quam ut a Plutarcho  
heic laudata videri queant. nisi di-  
cas solum hodie Valeriani operis  
pitomen superesse: in quam sen-  
tentiam Vossium de histor. Lat. 1, 21:  
propendisse video. Sed & apud  
Plutarchum heic Mſ. codex Vulco-  
bianus, Οὐαλέτον, alias Οιαλέτον  
habuit. quod posterius an heic reponi  
debeat, dispiciant doctiores,  
quamquam non ignoro, Valerium  
Max. alibi Plutarchus fuisse laudatum;  
Bosius.

platus, neque superbam ullam emisit vocem, neque vultu laetitiam (ut consentaneum erat cum, qui tam molestum & gravem hostem interfecisset) prae se tulit: sed inopinatum viri exitum miratus, annulum ei abstulit, corpus digno habitu ornatum, vestibusque decentibus amictum cremavit. reliquias in urnam argenteam lectas, aurea superaddita corona ad filium misit. Sed quidam Numidae, quum inferentes ea incidissent, adimere vi conati sunt: illis reluctantibus, ac vim vi repellentibus, ossa disiecta sunt. Hannibal hoc auditio, ad eos qui aderant; Nihil, inquit, utique Diis invitis fieri potest: sumto de Numidis suppicio, nullam praeterea de Marcelli reliquiis colligendis curam habuit: ut qui Dei alicujus numine Marcello hunc exitum vitae, & sepulturae privationem ita praeter omnium opinionem evenisse crederet. Haec Cornelius Nepos & Valerius Maximus narrant. Livius & Augustus Caesar, perlata ad filium Marcelli urnam, & honorifice sepultas ejus reliquias perhibent.

7 Αννίβας δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ τῷ Πολύβιον λέγοσιν, ἔδει ἀπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ᾽ αὕτηντος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχει Σκυτίων. ἡμεῖς δὲ Λιβίων, Καίσαρες ή Νέπωτες,

1 *Et Nepoti]* Mirum, a Nepote hoc fuisse litteris consignatum; cum supra 23, 5. & 6. invictum Hannibalem faciat. Bosius.

2 *Turdos coepitos saginari]* In Turdario. Martialis lib. 13.

*Inter aves turdus, mecum si judice certes:*

*Inter quadrupedes mattja prima lepus.*

Unde in M. Druso Virorum illustrium locum recte, ni fallor, emendavimus: Philippo Consuli, legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio oborsit, ut multus sanguis effueret e naribus: quae ille luxuria comprobans,

morit jam detruidi se dicebat. Nos de vet. libro οἰστίχως: quem ille, luxuriam opprobrans, muriana de turdis esse dicebat: qua de re plura lib. 1. Observationum per Saturam. Schottus. De turdis & earum saginatione ac precio, plura Lud. Nonnius dere cibaria 2, 29. qui & cap. 32. pluscula de gruibus suppeditabit. Bosius.

3 *Ciconias magis placere]* Elegans carmen exstat in Petronii Arbitri Satyrico, de ciconia:

*Ciconia etiam grata, peregrina, hospita;*  
*Pietaticultrix, gracilipes, cretalaria,*

Avis

πωτι, ἡ τὸ ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ ιόντῳ πιτεύομεν, ἥτας  
τινὰς ἡ τροπὰς ύπτὸ Μαρκέλλος τὸ σὺν Αἰγαῖα γενέσθ.

Hannibalem Marcellus, ut Polybius narrat, ne semel quidem vicit, sed invictus hic vir fuisse uidetur usque ad Scipionem. Nos autem Livio, & Caesari,<sup>1</sup> & Nepoti, & ex Graecis scriptoribus regi Jubae credimus, aliquotiens Hannibalem a Marcello victum, & in fugam versus esse.

## C A P . X.

**C**ornelius Nepos, qui Divi Augusti principatu r̄  
obiit, quum scriberet<sup>2</sup> turdos paullo ante coeptos saginari, addidit<sup>3</sup> ciconias magis placere, quam grues: quum haec nunc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit attigisse. Plin. 10, 23.

<sup>4</sup> Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, &c. Postea praecipuam auctoritatem fuisse lupo & asellis, Cornelius Nepos, &c<sup>5</sup> Laberius, poëta mimorum, tradidere. 9, 17.

Magnitudo<sup>6</sup> lotu arbori, quae piro: quamquam Nepos Cornelius brevem tradat, &c. Vinum quoque exprimitur illi, simile mulfo, quod ultra denos dies

*Avis exsul hiemis, titulus tepidi temporis.*

Rhetor Controvers. 18. de parricidii accusato. Schottus. Adde Vossium de Poetis Lat. cap. 1. Bosius.

*6 Loto arbori]* Unde Lotophagi, de quibus Homerus Odys. 9. & Scholia, & de herba Theophrastus lib. 4. de Plantis cap. 9. Dioscorides lib. 1. & Plinius lib. 13. Schottus. De utrisque fuse Salmasius in Pliniianis. Mox M. Chisl. brevem tradit. Pro illi, Schottus *hic: alii. illo;* non male. Dein quidam, ultra duos dies, Idem Schottus omisit illa, baccarque contras &c. quae tamen pariter a Nepote sunt. Bosius.

A a a 3

2 Sept.

<sup>5</sup> Laberius poëta mimorum] De quo Macrobius 7. & Seneca noster

dies negat durare idem Nepos; baccasque contusas cum alica ad cibos dolio condi. 13, 17.

- 4 <sup>1</sup> Scandula contectam fuisse Romam usque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX, Cornelius Nepos auctor est. 16, 10.  
 5 Cornelius Nepos tradit ante Sullae victoriam duotantum triclinia Romae fuisse argentea. 33, 11.  
 6 Primus invenit lineas colorare, testa, ut ferunt, tripta, Cleopantus Corinthius. <sup>2</sup> Hunc, aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Prisci Romani regis patrem, <sup>3</sup> fugientem a Corintho injurias Cypseli tyranni, mox docebimus. 35, 3.

Pri-

<sup>1</sup> *Scandula contectam*] *Scandula*, quasi *Scindula*, astulæ, non ferræ, sed bipennibus productæ: nisi potius a *scandendo*. Hinc *scandulare* etiam Apulejo libro 3, fabulae Milefiae, & Jurisconsultis *Scandularii*, l. Quibusdam. D. de jure immunit. Vegetius libro 2. de re militari, capite 23. *Tempore hiemis de tegulis, vel scandulis*: quæ si deessent, certe de *cannis, ulna, vel culmo porticus tegetur*, *Scandulae autem e robore aptissimæ*. Vitruvius libro 2. cap. 1, Montium accolæ *crustis marmoreis tecta* contegerunt; alii plumbi laminis. Septentrionales nostri harundine domus suas operiunt, durantque aevis tecta alta. Idem Plinius 16, 33. Penes Germanos regularum usum non fuisse; sed materie informi domum tegere solitos, auctor est Tacitus. Culmis etiam tecta concinnarunt, unde *cubrina*. Seneca ad Lucilium: *Culmis libros texit, sub marmore atque auro servitus habitat*. Schottus. In q. libris fuit, *Scindulam non confitam fuisse Romæ*. Dubito, an id admittat historia. Boſius.

<sup>2</sup> *Hunc, aut eodem &c.*] Dederat Schottus, *alium fuisse tradit Corn. Nepos, &c. omissis illis, mox docebimus*. Longe alio sensu, quam apud Plinium legitur. E cujus verbis appetat, Nepotem solum dixisse, Cleopantum quendam Corinthium secutum in Italiam Demaratum, &c. cetera Plinii sunt. Quare vel totus locus recensendus erat, vel illa, *aut eod nomine alium fuisse, omittenda*. Boſius.

<sup>3</sup> *Fugientem a Corintho*] Hic quoque locus, praeter Livii & Cicen- nis auctoritatem Tuscum. veterumque librorum consensum, nos manuduxit, ad veram in Viris illustribus lectionem constituendam, cap. 6. L. inquit, *Tarquinius Priscus, Demarati Corinthii filius, ejus, qui Cypseli tyramidem fugiens in Etruriam commigravit*. Ipse Lucumo dictus urbe Tarquinius prefectus, Romam petuit. Alius vero hic locus falso perflauit, ad Nepotem, scriptorem illum Virorum illustrium, esse referendum. Schottus.

3 Pege-

Primum Romae parietes crux marmoris operuisse totius domus suae in Coelio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram, Formis natum, equitem Romanum, praefectum fabrum C. Caesaris in Gallia, &c. Adjecit idem Nepos, eum primum totis aedibus nullam, nisi e marmore, columnam habuisse, omnes solidas e Carylio, aut Lunensi. 36, 6.

## C A P . XI.

<sup>2</sup> **A** Edis Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio.

<sup>3</sup> Non amplius ter bibere Augustum solitum super

COE-

<sup>1</sup> Praefectum fabrum C. Caesaris in Gallia] Addit C. Plinius: *Neque indignatio sit, tali auctore inventa re. Hic namque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus: quem [ut res est domus ipsius] clarus quam Catullus dixit habere, quid, uid habuisset Comata Gallia: [Namque] adjecit [idem Nepos] eum primam totis aedibus nullam, nisi e marmore, columnam habuisse: omnes solidas e Carylio, aut Lunensi. Quem locum sic usq[ue] waro ille Jof. Scalger, Iuli Caesaris F. Galliae lumen, restituit: quem Metr. dorus Scopius clavis, quam Catullus, dicit. &c. Mox, Namque idem Nepos, obvia Catulli versus apponam.*

*Quis hoc potest videre? quis potest pati?*

*Nisi impudicus, & vorax, & aeo, Mamurram habere, quod Comata Gallia.*

*Habebat uniti, & ultima Britania*

*Cinaede Romule, hoc vidabis, & fere?*

Schottus. Pro illis, Namque adjectum idem Nepos, etiam in q. Miss. solum-

modo legitur unica vox, addidique, &c absunt illa aut Lunensi; ac pro Carylio, est, a Carylo. Bosius.

<sup>2</sup> *Aedis Martis architectata ab Hermodoro]* Sic & machinata nuditatis. Sallustius Hist. libro 2. *At Luculum regis cura machinata famae brevi fatigabat.* Sed de his supra ad Epist. dicere memini. Architecti vero Hermodori sic meminit Vitruvius lib.

<sup>3</sup> cap. 1. *Architect. Quemadmodum est in portico Metelli Jovis Statoris Hermodori, ut emendat Turnebus lib.*

<sup>11</sup> *Advers. cap. 2. Meminit &c M. Tullius lib. 1. de Oratore. Schottus. Pro Aedis male Schottus editum, aedes. Aedis, aequanitas, pro aedes. Bosius.*

<sup>3</sup> *Non amplius ter bibere]* Sex. Aurelii Valesius, vel ut disertim Jac. Cujacii Jutorum nostri seculi facile principis scriptus codex praefert, Victorini Epitoma: *Cumque esset cibi ac vini multus; aliquatenus vero somni, absimens, serviebat tamen libidine usque ad preborum vulgaris famam. Sic enim legend olim docuimus: vini enim natura parcissimum Augustum libro 2. Tranquillus auctor*

3 In extrema Britanniae parte Memma, quam Cornelius etiam Annalium scriptor, narrat metallis plurimis copiosam, herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam homines, alat. Labi vero per eam multa quam maxima relabique flumina, gemmas margaritasque volventia.

E P I-

est, cap. 77, Schottus. Reposui-  
mus & heic verba Suetonii: nam  
*Schottus* mutilaverat; Non a. t. b.  
*Augustus solitus &c.* omisiss illis,  
*Corn. Nepos tradit.* Bosius.

1 In extrema Britanniae parte] Saepe multumque dubitavi utri Cornelius, Nepot ne, an Tacito, cuius hodieque *Annales*, licet mutili, in manibus doctorum hominum versantur, haec darem: sed dum insulam, oras Britanniae legendo, saepe etiam in altum evectus, diligenter investigo, *Monam* quidem 14. *An-*  
*nali*, & in *Agricolae vita* repperi;  
*Memmae* vero, vel, ut alii libri *Mi-*  
*xiae*, nec vola nec vestigium. *Xiphilinus* vero ex *Dione*: *Britannorum*, inquit, duo sunt genera, *Caledonii* & *Maentae*. Quae vox *Maurorum a Mo-*  
*na* longius recedit. Quare in eam  
veni sententiam, ut nostro adscri-  
bendum censerem, dum alteruter  
e tenebris integer appareat: & *Chro-*  
*nica* Nepos, ut dixi, conscripsit;  
quos libros fortasse Gothus ille *Jor-*  
*nandes*, sive is *Jordanus* est, *Anna-*  
*les* vocavit; securus, ut suspicor,  
aliquot Gothicarum rerum scripto-  
res, quorum, praeter nomen ina-  
ne, nihil ad nos pervenit: quem  
admodum libro priore Epitomam  
illam *L. Annaei Senetae*, quae vul-  
go *L. Floro* attribuitur, exscriptis-  
tis chiepsic. Tarragona, viro clarissimo per-

observavi. *Schottus* Plane adsentior  
er. *Lindenbrogi*, Corn. Tacitum si-  
gnificari. nam ex eo magnam par-  
tem hanc narrationem haustam es-  
se, vel illa fidem faciunt, quae  
*Jornandes* subjicit: *Silurum colorati*  
*vultus*, *torto plerique crine & nigro*  
*nascuntur*. *Calidoniam vero incolentibus*,  
*rufulae comas, corpora magna &c.* Quae,  
& alia *Jornandi* dicta, paene totidem  
verbis in *Agricola Taciti* leguntur. Vi-  
de eum cap. 10. & seqq. Perperam  
igitur inter *Fragmenta Nepotis* relata  
sunt. *Bosius*.

IN EPISTOLAM CORNELIAE.

Unde hoc fragmentum sit, o-  
stendit *Schottus* pag. 177. Ubi du-  
bitare videtur, an legitimum sit.  
Ego non incommode Corneliae ad-  
scribi posse putem: ita eleganter  
*apxaiz*. *Buchnerus*. *Schotti* haec sunt  
ea de re verba in epist. ad lettorem,  
*Notis suis in Fragmenta Nepotis* sub-  
nexa. Nunc, inquit, Corneliae ma-  
tris *Gracchorum* (cui eloquentiam, teste  
*Cicerone & Fabio*, acceptam referebant)  
epistolae fragmentum adjiciam: quid  
legitimunne sit, aut a declamatore a-  
liquo, ut solet, conformatum, nunc  
non disputo. Parva sane papyri fasci-  
ra, repertum in vet. libro *Abbatiae Fal-*  
*sulanae*, mithique ab *Ast. Augustino Au-*  
*gustino* *Floro* attributum, exscriptis-  
tis chiepsic. Tarragona, viro clarissimo per-

EPISTOLA  
CORNELIAE MATRIS  
GRACCHORUM.

## CAP. XII.

**D**ices pulchrum esse inimicos ulcisci. Id neque<sup>1</sup> majus, neque pulchrius cuiquam, <sup>2</sup> atque esse mihi videtur; sed si liceat republ. salva ea persequi. Sed quatenus id fieri non potest, multo tempore, <sup>2</sup> multisque partibus inimici nostri non peribunt; atque uti nunc sunt, erunt potius, quam respubl. profligetur atque pereat.

*Eadem alio loco:*

Verbis conceptis dejerare ausim, praeterquam qui<sup>3</sup> Ti-

humaniter oblatum, post idem a Cl. V. Jacobo Bongarbo descriptum e Britannico exemplari, e Germania dono missum, Corneliani addendum putavi. Haec Schottus. Repperit & Savaro in suo, & Gifanii Petaviique codicibus vitae Attici adjunctorum. Pro genuina etiam exhibet, & alicubi corrigit Pighius tomo 3. annalium Rom. hoc ei titulo praefixo: Epistolarum fragmenta duo Corneliae P. F. Gracchorum matris ad C. Sempronium filium, Tribunatus plebis. Candidatum; ex Corn. Nepotis libro de Latinis historicis. Quae postrema forsitan e codice Gif. defumta sunt; quo, Savaro probari ait, fragmenta haec excerpta esse e libro Nepotis de Latinis historicis. Denique ut Corneliae insigne fragmentum etiam Janus Rutgerius exhibet, ac locis aliquot restituere conatur Variar. lectio. 5, 12. Bofius. In Voss. A. Verba Corneliae

Gracchorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta. Voss. C. Corneliae Graecorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta. Epistola haec in Voss. C. sequitur Catonis vitam.

<sup>1</sup> Dicit] Voss. A. dicas. pro pulchrum Voss. C. pulcherrimum.

<sup>2</sup> Atque esse mihi vid.] Tò esse non est apud Pighium. Idem mox conjicit leg. eos persequi. vers. 3. idem edidit, qui Ti. filium necarunt. maluerunt statim quantum tu ob h. r. versu 4. idem & Rurgesius habent: quos antea habui liberos. Et pro partis eorum habet in primeis partis. Partis autem pro partes accipit; recte. sic enim inflexere veteres. Mox, uti quam min. & aduersum meam fient. putatque post rō facere deesse verbum resistere, vel simile quid. Non opus Bofius. Pro esse mihi Voss. C. mihi esse. Pro profigeretur Voss. A. profigetur.

Aaa 2

A. Grae.

Tiberium<sup>1</sup> Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum molestiae, tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidisse: quem oportebat omnium corum, quos ante habuerim liberos, partis eorum tolerare: atque curare, ut quam minimum sollicitudinis in senecta haberem, utique quaecunque ageres, ea velles maxime mihi placere: atque uti nefas haberes rerum majorum adversum meam sententiam quidquam facere. Praesertim mihi,<sup>2</sup> cui parva pars vitae supereft, ne id quidem tam breve spatium potest opitulari, quin & mihi adverseris, & rempubl. profliges. Denique<sup>3</sup> quae pausa erit? & quando desinet familia nostra insanire? & quando modus ei rei haberi poterit? & quando desinemus, & ha-

<sup>1</sup> Gracchum necarunt] Voss. A. Gracchum necharunt. Voss. C. Graecum qui pro tantum molestiae tantumque, tantaem molestiae motatunque. & pro partes, partibus. pro ageres, agens.

<sup>2</sup> Cui parva pars vitae supereft] Alter Schottus interpuget: cui parva p. v. supereft. Ne id quidem &c. Similiter Pighius: cui parva p. v. restat. Ne id qu. breve spatium eam pot. opit. Et pro eam conjicit legendum iam. Rutg. mallet interrogative legi: quin & mihi adverseris, & rem. profliges? Bos. Voss. C. in tam parvas pausas vitae. pro at ne id Voss. A. ne id. pro adverseris iidem adverses.

<sup>3</sup> Quae pausa erit] Alii: quae causa erit? corrupte, ut opinor. mox Rutgers. leg. & habentes & praebentes molestias, despere? quod fateor me non capere. Extremo hoc versiculo idem Rutgers. scribendum ait perturbanda respubl. Sed nihil mutandum. Perpudescet miscenda repub. dictum, ut pudet d. Eu apud Tacit. Agr. 32, 3. & similia alia. Bosius.

Voss. C. pausas. Pro rei haberi, ei rei LXVI. pro absentes & praesentes, habentes & praebentes.

<sup>4</sup> Post me] Omisit Rutgers. incertum an studio. Pighius vero, per me. Et mox, sentians, ubi non ero. Parentabis &c. Bosius. Haec verba non habet Vossianus A. pro facto Voss. C. facite. pro pudebit. Voss. A. pudet. pro parentabis Voss. C. parentibus.

<sup>5</sup> Et invoc. Deum parentem. In eo tempore] Rutgers. edidit: & invoc. Deum parentem in eo tempore. ne pudet &c. Sed ait haec parum sana fibi videri. Igitur conjicit leg. invocabis Deum parentem nomen. Eo tempore &c. Nobiliss. Mercerus innotis ad Aristaeneti 2. ep. 8. exponebat Deum parentem, Θεύ πατράν, ή πατέαν. Salmasius in Exercit. Plinian pag. 412. putat scriptum fuisse: & invocabis D. M. parentis. Eo tempore ne pudeat &c. Mallem tamen, In eo tempore. quomodo & Nepos ali- cubi loquutus est.

habentes, & praebentes, molestiis desistere? & quando perpudefcat miscenda atque perturbanda re-publ. Sed si omnino id fieri non potest; ubi ego mortua ero, petito Tribunatum, & post me facito, quod libebit, quum ego non sentiam. Ubi mortua<sup>8</sup> ero, parentabis mihi,<sup>5</sup> & invocabis Deum paren-tem. In eo tempore,<sup>6</sup> non pudet te eorum Deum<sup>7</sup> preces expetere, quos vivos atque praesentes, re-lictos atque desertos habueris? Ne ille<sup>8</sup> finat Jipi-<sup>9</sup>ter, te<sup>9</sup> ea perseverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum; & si perseveras, vereor in omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

*6 Non pudet*] Pighius conjicit, pudebit. Ms. Savaronis: ne pudet. Unde Rutgerf. ne puden. Salmafius: ne pudeat. Mihi optima videtur, quae in textu habetur. *Bofius.*

*7 Preces expetere*] V. Ind. *preces.* Bofius.

*8 Finat*] Pigh. finit. mox Rut-

gersf. emendat, *te eo perseverare.* Et statim: *tu te tibi placare possis.* quo-modo Horatius i. epift. 18. *quia tetibi reddat amicum.* Alteram tamen Plautus firmat Persa 1, 1, 30. *Si tute tibi bene esse potes pati.* Bofius.

*9 Ea perseverare*] Voss. C. per-severare.

CHRONOLOGIA  
IMPP. GRAECIAE  
A P U D  
CORNELIUM NEPOTEM,  
Per OLYMPIADAS.

*Ex Herodoto, Thucydide, Xenophonte, ac  
potissimum Diodoro.*

OLYMPIADIS LXII. annus IV. putatur Urbis conditae Varronianus  
225, & incidit in annum Periodi Julianae 4185; ante aetatem vero  
Christianam 529.

Cyrus occidit in bello contra Massa-  
getas. *Nepos* 21, 1, 2. *vide Petavius*  
*Rationar. tempor. parte 2. lib. 3. c. 9.*  
& 10. *Usser. annal. V. T. ad ann. mund.*  
3475. *Riccioli Chronologiae reform. 5,*  
7, 1. &c.

OLYMPIAS LXIII.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4:

OLYMPIAS LXIV.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

*Darius Hyrcanus F. regnum Persa-*  
*rum adipiscitur. 21, 1, 2. Petavius*  
*doct. temp. 10, 18. Ricciol. 5, 7, 3.*  
*Selden. canon. chron. ad an. P. I. 4197.*

OLYMPIAS LXV.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

OLYM.

## OLYMPIAS LXVI.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

## OLYMPIAS LXVII.

1. Circa hoc tempus Miltiades Cimonis F. in Chersonesum mittitur. *Nepos lib. 1. & 2. vid. Petav. part. 1. R. T. lib. 2. 8.*

- 2.
- 3.
- 4.

## OLYMPIAS LXVIII.

- 1.
2. *Miltiades Chersoneso relicta, Athenas redit. 1, 3, 6.* *Darius Scythis bellum inferre decernit : pontemque in Istro facit. Nep. 1, 3, 1.*

- 3.
- 4.

## OLYMPIAS LXIX.

- 1.
  - 2.
  - 3.
  - 4.
- Athenienium auxilio Iones Sardes expugnant. Nep. 1, 4, 1. Herodot. 7, Petav. D. T. 13, &c Ricciol. in chronice magno. Sed Ufferius an. 3504. quadriennio post contigisse vult.*

## OLYMPIAS LXX.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

## OLYMPIAS LXXI.

- 1.
- 2.
- 3.
4. *Themistocles archon persuadet Atheniensibus, ut portum Pyraei, & classem novam exaedificant. 2, 2, 1. & 2, 6, 1. Plut. Herod. Polyaen. 1. Ita Simson. in chron. cathol.*

## OLYMPIAS LXXII.

- 1.
  - 2.
- Darius Datin & Artaphernem adversus Graecos cum classe 700 navium*

vium mittit. Hi Eretriam capiunt; inde in Atticam accedunt. 1, 4, 1, &c 2.

3. *Miltiades* Cimonis Filius Atheniensem Dux Darium vincit, una cum *Aristide* cognomento Justo. 1, 5, 5.

*Pugna Marathonia* Darius Persarum rex profligatur. Herod. 6. Thucyd. 1. Dionys. Gell. & Nepos in Miltiade c. 5, 5. Alii in ann. 2. aut 1. conjiciunt. Vid. not. ad l. c. Nepotis: ibique laudatis adde Usser annal. V. T. ad ann. M. 3514. Ricciol. Chronol. reform. 3, 3, 7.

4. *Miltiades* Parum infelicitate adgressus, in vincula conjicitur, & in iis obit, juxta Petav. 1, 3, 2. & Labbeum, aliasque. Nepos 1, 7, 6. Plut. Cimone.

#### OLYMPIAS LXXIII.

1.

2.

3.

Xerxes Dario Hystaspis F. mortuo succedit. 21: 1, 2. Herod. 7. Vide Petav. 2, 3, 10. Ricciol. 5, 7, 4.

4.

#### OLYMPIAS LXXIV.

1.

2. *Aristides* Ostracismo urbe pelli-  
tur ab ingratibus civibus. Diod. lib.  
xi. Plut. & Nepos 3, 1, 2. vid. not.  
ad 3, 1, 5. Simon. ad an. 4. Ol.  
73. refert.

3.

4. *Themistocles* oraculum interpreta-  
tur de muris lignis. 2, 2, 6.

Xerxes in Asiam proficiscitur, & hy-  
eme Sardibus exacta, vere transit  
in Graeciam. Plutarch. Themist. &  
Ariphid. Diod. 11. Justin. 2. Nepos 2,  
2, 4, & 5. Vide ibi not. & illie lau-  
datis adjice Ricciolum 3, 3, 8. Selden.  
Canon. Chron. 4233.

#### OLYMPIAS LXXV.

1.

- Aristides* ante tempus ab exilio re-  
vocatur. Plut. Nepos 3, 1, 5. v. not.

Bellum Persicum Xerxis in Graeciam:  
Athenae incensae. 2, 2, 4, 3, 1, 5.  
Pugna ad Thermopylas duce Leonida,  
qua 300. Spartani caesi. 2, 3, 1.  
Pugna ad Artemisium Persarum in-  
felix,

- felix. 2, 3, 2. *Xerxes ad Salaminem*  
*victus fugatusque a Themistocle. 2, 4,*  
*5. &c. Plut. Herod. 7. Diod. alii. vid.*  
*not. ad 2, 5, 3.*
2. *Aristides Athen. & Pausanias Lacaemon. cum Mardonio pugnant. 3, 2, 1, 2. & 4, 1, 2.*
3. *Athenienses consilio Themistoclis muros suos instaurant, repugnatis Spartanis. Diod. lib. xi. Plut. Nep. 2, 6. & 7.*
4. *Eiusdem suauis Piraei portus Athenis absolvitur. Diod. ibid. Thucyd. 1. Nep. 2, 6, 2. Sic & Petavius ac Simonius. Sed Uffarius concinit in annum 3. Olymp. 76.*
- Aristidis aequitate Graecorum imperium ad Athenienses defertur, & societatem ineunt. 3, 2, 2. Eiusdem opera aerarium Graeciae in Delo constituitur. 3, 3, 1.*
- Lacedaemonii Pausaniam cum classe communi in Cyprum mittunt. 4, 1, 4.*

## OLYMPIAS LXXVI.

1.  
2.  
3.  
4.

*Lacedaemonii maris imperium affe-*  
*ctant. Diod. Nepos. 3, 2, 2. &c.*

## OLYMPIAS LXXVII.

1.  
2. *Themistocles Ostracismo pulsus, Athenis, & absens proditionis damnatus, ad Admetum, hinc ad Xerxem (sive Artaxerxem) fugit. 2, 8, 9. Diod. 11. Plut. Alter Uffarius. vide not. ad 2, 9, 1.*
3. *Cimon Atheniensium dux vincit Persas praelio navalی ac terrestriی codem die. 5, 2, 2. & 3. Diod. 11. Plut.*

*Bellum in Persas I. ad Eurymedon-*  
*tem fluv. Diod. & Polyae.*

## OLYMPIAS LXXVIII.

1.  
2. *Aristides obit, secundum Simon.*  
*Nepos 3, 3.*

3. *The-*

3. *Themistocles* Magnesiae moritur.  
 2. 10. 4. *Thucyd.* 1. vide *Usser.* a.  
 3538. *Petavios* triennio post ob-  
 iisse conjicit.

4.

*Xerxes* Persarum Rex ab Artabano  
 trucidatus. Succedit *Artaxerxes Ma-*  
*crochir.* *Diodor.* lib. xi. *Ctesias.* Ne-  
 pos 21, 1, 5. vid. *Petav.* R. T. part.  
 2. lib. 2. 10. *Ricciol.* 5, 7, 4. Sed  
*Usserius* fere novennio integro ini-  
 tium ejus anterior facit, ad A. M.  
 3531.

## OLYMPIAS LXXIX.

1.

*Thasii*, qui ab Atheniensibus de-  
 cerant, a *Cimone* victi. *Thucyd.* *Diod.*  
 xi. *Nepos* 5, 2, 5.

2.

*Bellum in Persas* II.

3.

4.

## OLYMPIAS LXXX.

1. *Cimon* ostacismo ejicitur. 5, 3, 1. *Bellum Corinthium* excitatum a Me-  
 garenibus. *Diodor.* 11.

2.

3.

4.

## OLYMPIAS LXXXI.

1.

2. *Cimon* in patriam revocatur. 5,  
 3, 3.

3.

4.

Atheniensum cum Lacedaemoniis  
 per *Cimonem* foedus quinquennale.  
*Diod. lib. xi.* *Thucyd.* 1. *Nep.* 5, 3, 3.  
*Petav.* a. P. f. 4264. & *Labbeus* in  
 annum 4. Olymp. 82. conjiciunt.  
 Sed *Nepos* quinto exsili anno id fa-  
 ctum ait.

## OLYMPIAS LXXXII.

1.

2.

3. *Cimon* Persas in Cypro vincit, *Bellum in Persas* III. ab Atheniensi-  
 & maris imperium suis vindicat. bus motum.  
*Diod. Plutarch.* *Thucyd.* lib. 1. 6.  
*Nepos* 5, 3, 4.

4. *Ci-*

4. Cimon in Cypro moritur. Autō- Persae a Cimone Athen. duce vici  
res idem. pacem cum Atheniensibus compo-  
nunt. *Diod. xi. Thucyd. 3.*

## OLYMPIAS LXXXIII.

1. Bellum Lacedaemonium III. gestum  
a Lacedaem. cum Megarenibus.  
*Diod. lib. 12.*
2. Athenienses ad Coroneam vici a  
Boeotis. *Diod. 12.*
3. Agesilaus nascitur.  
Bellum Euboicum duce Pericle cum  
Eubocensibus gestum. *Diod. lib. 13.*
- 4.

## OLYMPIAS LXXXIV.

- 1.
- 2.
- 3.
4. Bellum Samium, quo Samii, qui  
desecerant, anno seq. in porestatem  
Atheniensium veniunt Pericle du-  
ce. *Diod. lib. 13.*

## OLYMPIAS LXXXV.

1. Bellum Byzantium, quo Byzantii sub-  
acti. *Diod. lib. 12.*
2. Bellum Corinthium & Corcyraeon.  
*Diod. 12. Thucyd. 1.*
- 3.
4. Corinthiorum & Corcyraeontum ad bel-  
lum apparatus. *Diod.*

## OLYMPIAS LXXXVI.

- 1.
- 2.
- 3.
4. Corcyraei vincunt Corinthios auxi-  
lio Atheniens. *Diod. Sed Petavius R.*  
*T. 1, 3, 6. & D. T. lib. 13. ac Lab-  
beus in annum seq. conjiciunt.*

## OLYMPIAS LXXXVII.

- 1.
- 2.
- 3.
4. Bellum Peloponnesiacum incipit. *Diod.*  
*I. 12. Thucyd. 2. & 3. non a. anno*  
*2. ut volunt ex Diodor. alii. v. Pe-  
tav. 2, 3, 11. Strauch. breviar. chro-  
nol. 4, 28. Langium de ann. Chr. 2, 16.*

## OLYMPIAS LXXXVIII.

- 1.
2. Athenienses duce Chabria & Lache-  
Bhb te

3.

4.

te prospere ad Syracusas pugnant.  
*Diod.*  
 Artaxerxi Reg. Persarum mortuo  
 succedit Xerxes. *Diod.* Alii biennio  
 post id contigisse volunt. v. Simf.  
 an. 3582.

## OLYMPIAS LXXXIX.

1.

2.

3.

4.

Inter Athen. & Laced. 50. anno-  
 rum induiae fuit; post annos 8.  
 dissolutae. *Thucyd.* 5. Alii eas in an-  
 num praeced. conjiciunt.

## OLYMPIAS XC.

1.

2.

3.

4. *Alcibiades* instaurat Rempub. Ar-  
 givorum. *Diod.* Athenienses bellum Siciliense susci-  
 piunt.

## OLYMPIAS XCI.

1. *Alcibiades*, Nicias ac Lamachus  
 duces Athen. ad bellum cum Syra-  
 cusani gerendum missi. *Diod.* lib.

13. *Thucyd.* 8. *Nep.* 7, 3, 1.

2. *Alcibiadis*, quod contra Remp.  
 conjurasset, postulatio & fuga ad  
 Spartanos. *Diod.* *Nepos* 7, 3, 3, 7,  
 7, 2. *alii.*

3.

4.

*Bellum Decelianum.* *Decelia* munitur  
 a Spartanis *Alcibiadis* jussu contra  
 Athenienses, 7, 4, 7.

## OLYMPIAS XCII.

1. *Alcibiades* exsul agit cum Athe-  
 niens. ut restituatur in patriam.  
*Diod.* lib. 13. *Thuc.* 15. *Nep.* 7, 3, 5.

2. *Alcibiades* ab Atheniensibus revo-  
 catur. *Iudem* *auctores.*

3. *Conon* sedat Corcyrae seditionem.  
*Diod.*

Athenienses duce Thrasyllo & Thra-  
 sybulo navalii praelio Lacedaemonios  
 ducemque Mindarum vincunt. *Di-*  
*od.* 13.

Athenienses iisdem ducibus Lace-  
 daem. vincunt navalii praelio ad Cy-  
 zicum, duce eorum Mindaro oc-  
 cis.

ciso. Diodor. ibid. Thucyd. Xenoph. 1.  
Ufferius id triennio posterior facit  
priori.

4. *Alcibiad.* & *Thrasylbulus* in Thracia prospere pugnant. Diod. ibid.

## OLYMPIAS XCIII.

1. *Alcibiades* Athenas reversus, fit summus Imp. & brevi exsulat. Diod. ibid. Nep. 7, 7, 1.
- 2.
- 3.
4. *Conon* ad Euagoram Cypri Regem fugit. Diod.
- Lysander* Athenas capit, &c triginta tyrannos eis inponit. 8, 1, 5.
- Atheniensium* ad Andrum cum *Lacedaemoniis* pugna, ducibus *Alcib.* *Adimanto* & *Thrasylulo*. Diod. Nep. 7, 7, 1. *Athenienses* *Conon* duce male pugnant cum Callicratide ad Methymnam, & altera pugna ad Mytilenem. Diod. lib. 13. Factum hoc alii censem anno seq.
- Dionysius* senior Syracusis tyrranidem obtinet. Dionys. Halyc. l. 7.
- Athenienses* a *Lacedaemoniis* ad Aegeos Potamos a *Lysandro* debellati. Diod. l. 15. Nepos 6, 5; 4, 7; 9, 1, 9, 1, 2.

## OLYMPIAS XCIV.

1. *Alcibiades* in Phrygiam fugit, & illuc opprimitur. Diod. Plut. Nepos 7, 10, 6.
2. *Lysander* accusatus, absolvitur. Diod. Nep. 6, 3, 4.
- 3.
4. *Thrasylbulus* devictis tyrannis, Atheniensibus libertatem restituit. 8, 3, 1. &c. Diod. 13, 14. Xenoph. rer. Gr. 2.

## OLYMPIAS XCV.

- 1.
2. *Conon* Athen. exsul Persicae classi praeficitur adversus Lacedaemonios. Diod. lib. 14. Nep. 9, 2, 2.
- 3.
- 4.

## OLYMPIAS XCVI.

1. *Agesilaus* cum Persis in Asia bellum. 17, 2, 2. Diod. 14.
- Lysander*, dux Lacedaem. ad Hali-

- artum imperfectus. 6, 3, 4 *Diod.* 14.
2. *Conon* vincit Periarchum Lacedaemon. classis praefectum ad Cnidum. *Diod.*, *Xenoph.*, *Plut.* *Age-silaos*. *Nep.* 9, 4, 4. Alii anno seq. id evenisse volunt. vid. *Usser. a.* 3610.
3. *Conon* muros Athen. ope Thebanorum restituit, & a Tiribazo custodiae traditur. 9, 4, 5. 9, 5, 3. *Diod.* 14.
4. *Iphicrates* ad Corinthum feliciter pugnat *Diod.* 14. & *Nepos* 11, 2, 3. Deponit Imperium, & *Chabrias* succedit.
- 

## OLYMPIAS XCVII.

1. *Thrasyllos* cum classe missus in Thraciam & Lesbum. *Diod.* 14.
2. *Agisilaus* Rex Lacedaem. agrum Corinthium populatur 17, 5, 1. &c.
3. *Thrasyllos* ab Aspendiis necatus. *Diod.* 14. *Nepos* 8, 4, 4.
- 4.
- 

## OLYMPIAS XCVIII.

- 1.
2. *Chabrias* Euagorae adjutor datus, totam Cyprum devincit 12, 2, 2. *Xenoph. rer. Gr.* 5. Ita *Usser. a. M.* 3617. Alii Olympiade 97. contingisse volunt. v. not.
- 3.
4. *Datames* ab Artaxerxe Ciliciae praeficitur. *Diod.* *Nep.* 14, 1, 5.
- 

## OLYMPIAS XCIX.

- 1.
- 2.
- 3.

Lacedaemonii, duce Phoebida, arcam Thebarum Cadmeam occupant. *Diod.* *Aristid.* *Polyb.* *Nep.* 16, 1, 2. *Bellum Laconicum Boeoticum.* *Diod.* 15. *Aristides:* Isoer. in Panegyrico.

OLYM-

## OLYMPIAS C.

1.  
2.  
3.  
Thebani exiles ope Atheniens. Cad-meam recipiunt. 16, 3, 3. Diod. Xenoph. *ali.*

4. Agesilai in Boeotiam expeditio.

12, 1, 2.

Chabriae victoria de Spartanis. *ibid.*

Chabrias Acorin Aegypti R. adju-tum profectus, Athenas revoca-tur. 12, 2, 3. Diod.

Idem novo pugnae genere Boeo-tos servat. 12, 1, 2. Diod. 15,

Iphicrates ab Athen. auxilio regi Bellum Lacedaem. *L.*

Persarum Artaxerxi mittitur. 11, 2, 4. Diod.

## OLYMPIAS CI.

1. Timotheus Lacedaemonios ad Leu-cadem superat. 13, 2, 1. Diod lib. 15. Xenoph. *lib. 5.*

Chabriae interfecto succedit Iphicra-tes. Diodor. *ibid.* Alii tamen Cha-briam demum post aliquot an-nos, bello sociali, periisse vo-lunt, vide Simson. *ad an. M. 3629.*

2. Lacedaemonii maris imperium relin-quunt Atheniensibus. 13, 2, 2. Diod. 15.

Bellum Lacedaemonium II. inter A-thenienses & Lacedaemonios. Diod. & Xenoph.

Item Iphicrates, Diodor. Xenoph. Frontinus. Nepos 11, 2, 1.

Iphicrates exercitui conductitio praefectus adversus Aegyptios proficiscitur, & paullo post A-thenas revertitur. Diod. & aliter paullo Nepos 11, 2, 4.

4. Pharnabazus cum Iphicrate aduersus Aegyptios proiectus.

## OLYMPIAS CII.

1. Boeoticum Bellum.  
2. Epaminondas Spartanos ad Leu-stra profligat. 15, 3, 3. Pugna Leucitra Spartanorum cum Thig.

Thebanis. Diod. &c. al. v. Petav. de  
doctr. temp. 10, 31. Selden. can. chron.  
Alii in annum seq. conjiciunt

3. Iphicrates Euridicen defendit. 11,  
3, 2. Aeschin. de falsa leg.

4. Epaminondas Laconiam invadit,  
Spartam capit, Messenem resti-  
tuit. 15, 8, 4. &c. Diod. & alii.

Iphicrates Lacedaemoniis adversus  
Arcadas auxilio mittitur.

Pelopidas & Epaminondas Arcadi-  
bus auxilio a Thebanis mittun-  
tur. Diodor. Plutarch. in Pelop. Ju-  
stin. lib. 7. Nepos 16, 4, 2. alii.

Bellum Laconicum Arcadicum Lace-  
daemoniorum cum Arcadibus.

Boeoti duce Epaminonda in Pelepon-  
nesum ingressi, & a Chabria Athe-  
niens. duce repulsi. Diod. Xenoph.

### OLYMPIAS CIII.

1. Pelopidas ab Alexandro Pheraeo  
in vincula conjicitur. Diod. Plut.  
Nepos 16, 5, 1. Pausanias in Boeot.  
2. Epaminondas exercitum Theban.  
incolumem domum reducit. 15,  
7, 2. Plut. Pelopida.

Pelopidas liberatur. 16, 5, 2. Diod.

3. Epaminondas in Peloponneso bel-  
lum gerit. 15, 7, 3. Diod.

4.

Thebanorum cum Arcadibus bellum.  
Dionysius Syracusarum Tyrannus  
moritur. Nepos 21, 2, 3. Eusebius in  
Chronico: alii.

Bellum Arcadum &c Eleorum. Diod.  
lib. 15. Xenoph. Justin. Front.

### OLYMPIAS CIV.

1. Pelopidas praelio adversus Alex-  
and. Pheraeum victor cadit. Plat.  
Nepos 16, 5, 4. Diod.

Timotheus in Thraciam profectus,  
Potidaeam, & Toronem occu-  
pat. Diod. lib. 15.

Cum Olynthiis bellum gerit. Ne-  
pos 13, 1, 2. Demosthen. Olymp.

2. Epaminondas Spartam iterum ten-  
tat. Lacedaem. ad Mantineam  
vincit, ibidemque interficitur. 15,  
9, 1. &c. Diod. & alii passim.

3. Agesilaus & Chabrias a Rege Per-  
sarum ad Tachum Aegypti Re-  
gem deficiunt. 17, 8, 2. 12, 2,  
3. Diod. 15. Polyaen. 3.

Agesilai interitus. Xenophon. Plat.

Thebani Epaminonda perorante de  
maritimo imperio comparando co-  
gitant. Diod. Pausan. Ereticis.

Pugna Mantineensis duce Epaminonda.

Artaxerxi Mnemoni Regi Persarum  
mortuo succedit Artaxerxes Ochus.  
Alii tamen triennio ante obiisse vo-  
lunt. v. Petav. D. T. 10, 29. & l.  
13. Labbeum a. M. 3688.

Diod.

Diod. Nepos 17, 8, 6.  
 Datames ab Artaxerxe deficit, 14,  
 5, 5. & deinceps. Diod. 15.  
 Chabrias Nestanebo regnum consti-  
 tuit. 12, 2, 1.

4

## OLYMPIAS CV.

1. *Philippos Macedo regnare incipit. Di-*  
*od. 16. Justin. 8. &c.*
2. *Chabrias cum Charete adversus Bellum sociale Atheniensium.*  
 Atheniensium socios, Chios, Rhodios, Coos & Byzantios, misissim, in paelio occubuit. Diod. l. 16. & Nepos 12, 4, 1. &c.  
 Dionis fuga & praeparatio ad bellum cum Dionysio. Diod. ib. Ad. lib. 12. *Variar. Hist. cap. 44.* Nepos 10, 4, 1. &c. Sed fugam Sisponius vult contigisse biennio ante.
3. *Chabrias cum Dionysio bellum. Alexandri Pheraei interitus. Diod.*  
*Plut. Diod. Nepos 10, 3, 5. Plutarch. & alii.*

## OLYMPIAS CVI.

1. *Iphicrates & Timotheus ab Atheniensibus multantur. 13, 3, 5.*  
*Dion Syracusas in libertatem vindicat. Diod. lib. xvii.* *Athenienses cum Sociis acriter pu-*  
*gnant; ducibus Charete, Iphicra-*  
*te & Timotheo. Diod. Nepos 13,*  
*1, 2.* *Nascitur Alexander M. vid. Petav.*  
*R. T. 2, 3, 12. Uffser. a. M. 3648.*
2. *Dion moritur annos natus circiter LV. Euseb. in Chron. (ubi vi-*  
*tiose Dionysius pro Dion legeba-*  
*tur;) Nep. 10, 9, 6. Petavius D.*  
*T. lib. 13. & R. T. 1, 3, 10 Son-*  
*sonius, Labbeus; aliisque anno seq-*  
*obiisse volunt.*
3. *Charles Sextum capit. Diod.* *Philippos oculum in expugnatione*  
*Methones amissit. V. Vitas compara-*  
*tas Schotti.*

## OLYMPIAS CVII.

1. *Phocion Athen. Persarum dux est*  
*contra Cyprios. Diod. l. 16,*  
 3.  
 4.

## OLYMPIAS CVIII.

1.

2. *Iphicrates* Athen. dux *Dionysii* Siculo naves auro donisque Apollini Delphico consecrandis onustas intercipit. *Diod.*

3.

4. *Timoleon* in Siciliam expeditio. *Hicetas* Princeps Syracusarum a *Timoleonte* superatus. *20, 2, 3.*  
*Syracusas* in libertatem restituere conatur. *Diod. Nepos 20, 3, 3.* *Plutarch.*

## OLYMPIAS CIX.

1. *Timoleon*, pulsis Poenis, *Syracusis* potitur. *20, 2, 4.*  
2. Remp. *Syracusar.* instaurat, ejectedo *Dionysio*. *20, 3, 1.* &c. *Diod. 16.*  
3. Contra *Siculos* rem feliciter gerit. *Diod. Nepos 20, 2.*  
4. *Phocion* Athen. dux *Clitarchum* Tyrannum Eretriae a Philippo constitutum profigat. *Diod. l. 16.*

## OLYMPIAS CX.

1. *Timoleon* Carthaginensium exercitum ad Crimeum superat. *Plut. Nepos 20, 2, 4.* *Diod. Polyaen. lib. 6.*  
2. *Timoleon* Carthaginensibus pacem potentibus concedit, & Mamerum capit. *20, 2, 4.* *Diod.*  
Idem toti Siciliae pacem ac libertatem restituit. *20, 3.* *Diod.* *Pugna ad Chaeroneam*, qua Philippus Athenienses vicit. *Diod. Dionys. ad Amphaeum. Pausan. in Attic. alii.*  
3.  
4. *Timoleon* moritur. *Nepos 20, 5, 4.* *Plutarch.*

## OLYMPIAS CXI.

1.  
2.  
3.  
4.
- Philippos Rex a Pausania satellite occiditur. Diod. lib. 16. Nepos 21, 2.*  
*1. &c. alii. Alexander M. Philippo Patri succedit.*

## OLYMPIAS CXII.

1.  
2.
- Alexander debellat Darium ad Arbelam.*

bella. v. Petav. D. T. 10, 36. R. T.  
2, 3, 12. Strauch. brev. chronol. 4, 39.

## OLYMPIAS CXIII.

Hephæstionis mors. Nepos 18, 2, 2.  
Aelian. lib. 12, 7. &c alii.

## OLYMPIAS CXIV.

Alexander Babylone moritur, vel  
veneno, vel intemperantia. 21, 2,  
1. Diod. 18. Curt. 19, alii v. Petav.  
l. c. & in Paralip. p. 859. Uffen. q.  
M. 361. Strauch. breviar. 4, 31.  
Antipater & Craterus Aetoliam de-  
ficientem oppugnant. Diod.  
Perdiccas interficitur. 18, 5, 1.  
Diodor.  
Antipater rebus Macedonicis praefi-  
citur. 18, 5, 1.

## OLYMPIAS CXV.

2. Eumenes fit regum tutor, bellum  
que adversus Antigonum compa-  
rat. 18, 6, & 7.  
3. Phocion ad Antipatrum proficiisci  
recusat, & paullo post necatur a  
civib. suis. Plat. Nép. 19, 4, 3.  
Eumenes in Persiam copias suas  
hiematum dividit. 18, 8, 1.  
4. Eumenes adversus Antigonum bel-  
lum gerit, & satrapae Orientis  
se conjungunt. 18, 2, 1. &c.

Nicanor a Cassandro Athenas missus  
Piraceum occupat. 19, 2, 5.  
Argyrapidius phalanx Eumeni ad-  
juncta frustra ab Antigono & Pto-  
lemaeo sollicitatur. Diod.

## OLYMPIAS CXVI.

1. Eumenis cum Antigono anceps  
praeliam. Ab Antigono capitatur,  
& occiditur. Diod. Nepos 18, 10.  
2. (Petav. ait anno decimo ab A-  
lex. obitu sublatum. qui in ann. 2,  
aut 3. hujus Olymp. incidit.)

## CHRONOLOGIA

annorum Catonis,

A. SCHOTTO

A U C T O R E.

M. PORCIUS. M. F. CATO CENSORIUS.

## Anno U. C.

521. Natus, M. Aemilio Lepido, M. Publio Malleolo Cos. Sic enim ipse apud *Cicer. de Senect.* differens: *Anno postquam primum Cos fuerat Q. Fabius Maximus Verrucosus, qui Tarentum cepit, ego natus sum.* Alii 519. anno natum putant, L. Postumio Albino, Sp. Carvilio Maximo Cos. In his *Kar. Langius Gandensis vir doctiss. legitime, Anno post Consul primum fuerat, quam ego natus sum.* quomodo & in vet. lib. scriptum se repperisse Aldus Manutius minor affirmit. [vide notas ad 2, 4, 1, 2.]
539. Annos natus XVII. primum stipendium meruit, & militavit ad Capuam sub eodem Fabio iv. Consule. *Corn. Nepos in vita Cat. c. 1, 2.* Alii xix. numerant, ut altero anno a primum Cos. Fabio Maximo natus sit Cato. [vide not. l. c.]
544. Aetatis XXIV. si a natali DXXIX. numeres, ad Tarentum stipendium fecit, Fabio v. Cos. ut ipse apud *M. Tullium de Senect.* disputans.
545. Aet. XXV. Tribunus militum in Sicilia fuit M. Claudio Marcellio V. T. Quintio Crispino Cos. *Cicero Cat. majore, & Nepos hic Cornelius c. 1, 2.* [vide quae diximus ad eum locum.] C. Claudii Neronis Cos. castra sequitur; strenuus habitus & laudatus re bene gesta in praelio Senensi ad Metaurum, quo cecidit Asdrubal, exercitu Alpes trajiciens, ut copias cum Annibale fratre conjungeret. *Livius 27.* & *Nepos l. c.* Quæstor obtigit P. Scipioni Africano majori, in Africa Proconsuli, a quo perpetuo dissensit; Augur, annos natus XXVIII. P. Corn. Scipione Afr. P. Licinio Crassio Cos. *Livius 29.* & *C. Nepos c. 1, 3.* M. Tullius vero in Bruto, & Catone, anno inseq. DXLIX. Cethego & Tuditano Cos. Quem locum *Andr. Patricius in 2. lib. Cic. de Repub.* sic concinnabat: *Cum eo (Fabio) quartum Cos. adolescentulus miles ad Capuam*

- Anno U. C. Capuan profectus sum, quintoque anni post Tarentum. Tunc Quae-  
fior: quem magistratum gessi Coss. Tuditano. & Cetilego. Deinde  
Aedilis. Quadriennio post factus sum Praetor, cum quidem ille  
admodum senex, suorum legis Cinciae, de donis & muneribus,  
fuit. Ex Cic. inf. ubi de sodalitatibus & magnae Matris De-  
uum sacris, & in Bruto. Alter Corradus & Lambinus: quo-  
rum hic comm. in Aemilium Probum, bis Quaestorem facit.  
[Lambini lectionem probabat etiam Langius. Expungunt autem il-  
la de aedilitate & praetura. quod etiam, sed paulo alter, facit  
Pighius ad an. U. C. 549. vide ut. Gruterianus ad Cic. l. c.] Non sequor. [Quaesturam tamen como sequenti denum gessisse,  
verum est. qua de re diximus in notis ad 2. 4, 1, 3.]
551. Quadriennio post Aedilis plebis factus, cum C. Aelio, qui  
hic C. Holcius appellatur, & a Livio lib. 32. [§ 58.] Cato  
in Cic. dialego de Senect. ut quidem vulgo interpongitur. A-  
gebat tum fort. annum actat. 31.
555. Praetor quadriennio post, Sardiniam provinciam obtinuit.  
Q. Ennius poëtam inde deduxit. Liv. 31, & 32. annal ab  
U. C. Cicero in Cat. [ex vulg. lectione] & Plut. & Nepos hic c.  
1, 3. A quo postea in Graecis, licet senex, est institutus.  
Plin. 7, 30. Valer. Max. 8, 7. & D. Hieronym. epistol. ad Ne-  
potian.
558. Consul cum L. Valerio Flacco, quo auctore Roman e Sa-  
binis commigraverat. In hoc magistratu totam citeriorem  
Hispaniam quae rebellaverat, pacavit, bello ab Emporiis  
inchoato: adjuvante P. Manlio Praetore. Veget. 2, 3, & 1,  
8. Hic ejus abstinentia eluxit, & frugalitas. Plinius &  
Appuleius. Matronis cultum repetentibus Oppia lege adestrum.  
restituit. Lege Livium 33. Plutarch. Valer. 9, 1. Nepotem cap.  
2, 1.
559. Hoc anno Proconsul ex eadem provincia de Senatus senten-  
tia triumphavit. Plut. Fasti Capitolini, Appianus Ibericis, Fron-  
timus, Florus & Zonaras. [Nepos l. c.]
562. Legatus (non, ut Cic. in Cat. memoriae vitio, Trib. militum)  
Manii Acilii Glabronis Cos. Auctor de viris illustr. Fe-  
stum vide in Ordinarium; & in Oratores. Livium 36. Appia-  
num, & Jussum 31.
569. Aetatis XLIX. Censor gravissimus cum L. Val. Flacco, L.  
Quintium Flamininum, Titi fratrem, senatu movit, & in  
aerarium redigit, quod ad scorti spectaculum, Gallum re-  
um jugulasset. Luxuriam hominum repressit, quea inci-  
piebat pullulare. In quo honore, quod tam severe praefuiisset,  
Censorii cognomen tulit. Livius 39. Plut. in Cat. &  
Cicero, item in Bruto. Fasti Capitol. Val. Max. 2, 9, & 4, 5.  
Nepos hic c. 2, 3. & Seneca Rhetor controvers. 2. ubi plura no-  
teamus.

## 764 CHRONOLOGIA ANNORUM CATONIS.

- Anno U. C. Octogenarius jam, [immo major octogenario, nec ante annos 600. U. C. 503. vide not. ad 24, 1, 2. & infra ad annum 605.] Ser. Sulpitium Galbam, qui Lusitanos Praetor diripuit, vehementi oratione accusavit. *Auctor de viris illustr. Valer. Max. 8, 7.* Non (ut *Livius* 39. & *Plut.*) nonagenarius, nam octogesimo quinto aetatis mortuum constat.
604. Initio tertii belli Punici Carthaginem, nova molientem, delendam censuit; certatumque in ea sententia, de Reip. salute & commodo, cum P. Scipione Nasica, qui servandam urbem, ne otio & ignavia in luxum juventus Ro. ut accedit, dilapsa, civilia arma tractaret, censebat. Pervicit tamen sententia Catonis. *Livius, Florus, & Auctor de viris illustr.*
605. Hoc anno mortuum puto, 85. annos natum, L. Marcius Censorinus, M. Manilio coſſ. Paternulus vero male, P. Censorinus, M. Manlio coſſ. Cicero Bruto: *Cato*, inquit, annos quinque & octoginta natus excessit e vita: cum quidem ei ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset. Valerius vero 8, 1. & 7. octogesimum sextum annum agentem adversus Galbam perorasse ait. Plinius 14, 4. sexcentesimo U. C. mortuum, rotundo numero dixit. Non recte, ut puto, *Plutarch. enarratio* Catonem, & *Livius* nonagenario majorem faciunt.

HEN-

# HENRICI ERNSTII CHRONOLOGIA HISTORIAE T. POMPONII ATTICI.

**A**nno Urbis 644. Triennio ante M. Tullium Ciceronem. *Q. Caec. Metello Numidico & M. Junio Sulla Coss. Tit. Pomponius Atticus nascitur. cap. 1, 2.*

Anno Urbis 666. Ciceronis 20. *Cn. Octavio & L. Cornelio Cima Coss.* Athenas se contulit Atticus, annum agens vigesimum terrium: quando anno proxime praecedente P. Sulpitius Rufus Trib. pl. a Sulla interfecitus est c. 2, 2.

Anno Urbis 674. Cic. 28. *P. Servilio Vatia, & Ap. Claudio Pulchro Coss.* Athenis Cicero Epicureos, Phaedrum, & Zenonem, frequenter cum Attico audivit, ut ipse ait lib. 2. *de Finib.* & *Tuscul.* 3. &c. Acad. 1.

Anno Urbis 688. Ciceronis vero 42. *L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato Coss.* aetatis anno 45. cum iam annos 22. Athenis commoratus erat, Romanum remigravit. c. 4, 5.

Anno Urbis 692. Ciceronis 46. ipsius Attici 49. cum legati locum obtinere posset apud *Q. Ciceronem Asiae praetorem*, nolebat. Quo anno Romae Coss. erant *M. Pupius Piso, & M. Valerius Messala.* c. 6, 4.

Anno Urbis 697. Ciceronis 51. *Cn. Cornelio Lentulo, & L. Marcio Philippo Coss.* pridie Idus Febr. T. Pomponius Atticus Piliam uxorem duxit, annum agens aetatis 54. in quibus nuptiis Cicero coenavit. Epist. 3. li. 2. ad fratrem.

Anno Urbis 703. Ciceronis 57. Attici 60. *L. Aemilio Paullo, & C. Claudio Marcello Coss.* Caesarianum bellum incidit: quod sequenti anno prorsus inflammam abicit. c. 7, 1.

Anno Urbis 709. Ciceronis 63. Attici 99. *C. Jul. Caesar*, quum ipse una cum *M. Antonio* consul esset, a conjuratis in Pompeji curia 23. plagiis confossum est. Sequenti anno Antonius Mutinam circumsedit, Brutumque oppugnavit: hostis patriae judicatur. Sed a Lepido recipitur. cap. 9. 1. & 2.

Anno Urbis 710. Ciceronis 64. Atticus, natus annos 67. matrem nonagenariam extulit. c. 17, 1.

Anno Urbis 712. Attici 66. *M. Brutus & C. Cassius* ab Octavio, & Antonio ad Philippos vieti, sibi met ipsius violentas manus intulerunt. c. 11, 2.

Anno Urbis 721. cum Atticus 77. annos complexisset, decessit & sepultus est, qui erat annus 30. antequam DEUS noster JESUS CHRISTUS in carne apparuit: Cui uia cum Patre & Spiritu Sancto sit laus, Honor & Gloria.

A. D.

# ADDENDA & EMENDANDA.

- Pag. 17. Qualem cognitam judic. Vocem cognitus illustrat cl. Burmannus ad Ovidum 12. Metam. v. 69.
37. In Not. B. lin. 22. pro *proaem lege prooem.*
51. A. lin. 12. Adde. De verbo *hortari* consule Graevium ad Justin. 2, 4.
56. In Not. A. lin. 22. Adde. Huc refer, quae notat Cortius ad Cic.
9. Fam. 20, 5. &c ad Sallust. Cat. 12, 4. quomodo & Graeci locuti sunt, & inter alios Theocritus Idyll. 5. v. 98. dixit *ιχθύας*, ἀτί τε οὐκ εἶπεν οὐδεν μάρτυς, teste antiquo Scholiaсте.
60. B. lin. 34. Adde cl. Butm. ad Quintilian. Declam. 261.
65. B. lin. 21. pro *Victorium ad Ciceron. lege Victorium & Cortium ad Cic.* quem vide & ad Sallust. Fragm. p. 934.
67. B. lin. 39. Adde. Meos tamen codices defendunt satis, quae profert Cortius ad Sallust. Catil. 51, 11.
76. B. lin. 20. pro 1732. lege 1732.
80. A. lin. 18. Adde Gronovium ad A. Gellium lib. 2. N. A. cap. 22.
102. A. lin. ult. Adde. Quam lectionem etiam praefert Cortius ad Sallust. Catilin. 44, 5.
114. B. lin. 16. Adde & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris illust. cap. 17. n. 4.
141. B. lin. 4. Adde. De hac constructione vide Indicem in verbo *dico.* Burm. ad Ovidium 5. Fast. 597. & Duker. ad Florum 2, 6, 45.
143. B. lin. 19. Post ponenda sit adde vide ibi *Cortii notas.*
157. A. lin. 14. Post *sacrius* adde J. Arntzenium ad Victorem de Viris illust. 42, 6.
162. B. lin. 37. Adde Cortium ad Sallust. Jug. 61, 1.
172. B. lin. 29. Adde Gronovium de Centes. & Unc. Us. pag. 647.
173. B. lin. 17. Lege *Delphos videtur retinendum.*
185. A. lin. 7. Pro *auem lege autem.* & B. lin. 7. post Sect. 38. adde Autorem vitae Virgilianae p. 3. *Fama est, eam libidinis pronioris in pueros fuisse, sed boni ita eum pueros amasse putaverunt, ut SOCRATES ALCI-BIADEM, & Plato suos pueros.*
193. A. lin. 24. Adde. Falsters in Amoenitatibus philologicis legendum putat Eumolpidas sacerdotes a populo coactas. quoniā nemo ex ejus sententia in dubium vocare potest, quin Eumolpidae fuerint feminae; quem docte refutaverunt Eruditi Lipsienses in Actis M. Aprilis 1733. p 175.
218. B. lin. 2. Adde. Suidam in *τὸν Κλάρον* docentem. Σύμθετος τοῦ περιεστοῦ τὸ λίγεσσον ιππὸ Θεᾶς ὁ τὸ Μελίνη, ὁ τὸ Κλάρον; ιππὶ δὲ αἰθρόποτος Ο' ΕΚ ΚΛΑΡΟΤ, ασανθως καὶ ιππὶ πάλαι πόλεως καὶ Κλάρου.
234. B. l. 29. Pro *πρέστε* lege *πρέστε.*
259. A. lin. 25. Pro *ἱ-ξεις* lege *ἱ-ξεις.*
261. B. lin. 5. Pro *ex Dionis* lege *ex Dinonis.*
268. B. lin. 20. Pro faciente lege ferente, Ibid. lin. 18. pro *hee* lege *hit.*
278. A. lin. penult. Adde Butm. ad Quintilian. Declam. 19, 10.

## ADDENDA ET EMENDANDA.

283. B. lin. 2. Adde. Hanc lectionem praefert Cortius ad Sallust. Iugurth. 45, 3.
300. A. lin. 28. Pro *& Bosium* lege *& Sim. Bosum*.
303. B. lin. 10. Adde *Thresfa* retinendum; Thresfæ enim mulieres Graecis despectæ erant. Consule Nibilist. Nic. Heinßium & Burmannum ad Ovidium Ep. 19. Heroid. v. 100. De scriptura vocis *Coti* consule cl. Torrenium ad Valerium Maximum lib. 3. cap. 7. Ext. 7.
317. B. lin. 27. Dele *sed*.
318. A. lin. 2. Adde cl. Arntzenium ad Victorem de Viris ill. cap. 42. n. 2.
320. A. lin. 33. Pro *qui curru vel navi* vekuntur lege *qui curru vekuntur*.
322. B. lin. 20. Post 182. Adde Casaub. ad Suetonii Cæsarem cap. 76.
352. A. lin. ult. Postea compcri de hoc verbo latius disputasse J. Arntzenium ad Victorem de Cæsarib. cap. 16. n. 2.
363. A. lin. 10. Pro *Witboſius* lege *Witboſius*. & B. lin. 9. post *vs.* 682. adde J. Fr. Gronovium ad *Livium* 33, 8.
367. B. lin. 12. Pro *euynav* lege *euynav*.
386. B. lin. 1. Pro *nihil sine* lege *nihil domi militiaeque sine*.
390. A. lin. 32. Adde. Conjecturam Bosii rejicit Tib. Wopkens lib. 2. Lect. Tull. cap. 1. p. 121.
410. B. lin. 21. Pro *Ovidium* *vs.* 99. lege *Ovidium* 1. Met. 99. Et lin. 23. post *vs.* 422. adde. Nonnunquam tamen etiam remotioris substantiæ genus prævalet. Vide Burm. ad Ovid. 4. Met. *vs.* 177, &c laudatos Lipienses.
412. B. lin. ult. Adde Tennulum ad Frontinum lib. 3. Strateg. cap. 12. n. 7.
469. A. lin. 33. Pro *caeterum* lege *denique*.
478. B. lin. penult. Pro *Genitivo* lege *etiam Genitivo*.
487. A. lin. 10. Adde. Reclite contra Gebhardum ac Magium Neporem defendit cl. Bosius. Si de Graecorum nocte in tres tantum vigilias, Romanorum vero in quatuor divisa, elegantissimam dissertationem legere velis, adi Cel. Drakenburgium ad Silium Italicum 4, 89.
493. A. lin. 9. Pro *Nec necesse est, ut cum Boeclero forma venustus*. lege *Itaque non necesse est ut ita.*
503. A. lin. 27. De hoc loquendi modo latissime egit Cl. Burmannus ad Val. Flacc. 6. Arg. 647.
547. B. lin. 12. Pro *Artzen* lege *Arntzen*.
582. B. lin. 21. De verbo *convenire* vide Cl. Burm. ad Ovid. 1. Metam. 41.
590. B. lin. 3. Pro *Passer*. lege *Passer*.
596. B. lin. 26. Pro *Rheda* lege *rheda*.
640. A. lin. 1. Pro *misquam* lege *misquam*.
642. B. lin. 8. Post *Servius fluitat*. Adde, quae ad vulgatam lectionem Prudentii Cathem. III. 11. *Trina superne regat pietas* defendendam reæ adducuntur in Observ. Misc. pro Nov. & Decemb. 1733. p. 321.

IN-

I N D E X  
IN  
CORN. NEPOTEM.

*Primus numerus vitam; secundus caput cuiusque vitae; tertius versiculum capitum notat. Latterae Fragm. vel Fr. designant Fragmenta; Lamb. Schott. Sav. ea quae ex commentariis notisque Lambini, Schotti, atque Savaronis; Boecl. Loccen. Vorst. quae ex indicibus Boecleri, Loccenii, Vorstii sunt desumpta.*

CURANTE

JO. ANDREA BOSIO.

A.

**A** Condiscipulatu conjunctissime vivere cum aliquo 25,  
5, 3. a fundimentis disjicere arcem in Separato, funditus 20,  
3, 3. domum 23, 7, 7. a lassitudine acquiescere 14, 11, 3. a puerio in exercitibus versatus, inde apneuria 5, 2, 1. a stirpe ad hanc aetatem, ab initio familie & originis. 25,  
18, 2. ab adolescentia usque ad extr. aeratem 24, 2, 4. ab consulatu usque ad extr. tempus 25,  
16, 3. In his omnibus tempus significatur. ab Lacedaemoniis summa imperii maris transfeatur ad Athenieuses, illis ademta, confertur Athemenibus, 3, 2, 3. ab rara tenui initio tantum ope- profligatae, tam parva occasione, 16, 2, 3. E quibus locis simili apparere, nō AB etiam ante consonas ponit solere: cuius rei exempla prasterea habes 1, 3, 3. 10, 1, 2.  
11, 2, 2, 17, 7, 3, 18, 10, 3, 23, 3, 4.  
23, 12, 3. ab aliquo magnas praedas facere 12, 2, 3. nisi tamen nō a glossima est. v. not. ab anno vi- ges. inde ab anno attatis vic. denso vide not. 18, 13, 1. ab ianua pro-

spicere 23, 12, 4. nisi malis ad praecedit. puer referre. v. infr. v. Janua: ab interitu retraxit Thebas Epamin. 15, 8, 4. ab invidia tantum se putabant futuros, abfuturos, rematos, liberos futuros. 12, 3, 4. Abalienare aliquem rebus suis, ad defensionem impellere, 17, 2, 5. sic et abalienata oppida 22, 2, 2. adde alienare. Abdere se penitus in Thraciam 7,  
9, 1. velute in finum securitatis, de eo, qui suam fortunam oculere studeat. Boecl. Sic Caesar 6. B. Gall. ne desperata salute se in Menapiis abderer. Et Cicero 13. ad famil. 29. abdidit se in intimam Macedoniam. Et 7, 18. Abdo me in Bibliothecam. adde infr. penitus. Abesse tantum a cupiditate pecuniariae, ut 25, 12, 2. a societate sceleris, ut 20, 1, 3. ab insolentia, ut 17, 5, 2. adeo vacare hic rebus: elegans formula: pro qua alii malunt, tantum abest, ut cupidus esset pecuniae, ut potius &c. tantum abesse ab invidia, quantum 12, 3, 4. in eod. vulg. Sed ibi leg. est ab invid. futuros. vid. not. tantum abest ut putem, adeo non posso, Fr. 5, 1. abest

# RERUM ET VERBORUM.

1. abest hoc a persona principis, non docet p. p. 15, 1, 2. abesse ab urbe, peregre esse 25, 20, 1. ubi tamen cod. Schotti, ab urbe esset, v. nor. abest haec urbs ab illa rot milia pass. distat 23, 6, 3. 1, 4, 2. Jonge aberat ab his regionib. 1, 4, 4, 3.

Abhorre a consilio alicujus 1, 3, 3. opp. accedere ad consilium. ibid. non abhorre ejus mores a meis, de similitudine morum, 55, 14, 1.

Abjicere aliquid in proposito sinere jacere, tanquam rem vilim, 23, 9, 3. abjectus opponitur florenti 25, 8, 6.

Abit res a consilio ad vim pugnatum, in praelio scil. 8, 1, 4.

Abrogare alicui imperium 15, 7, 3. magistratum 7, 7, 3.

Abripere, quae regi portantur intercipere 14, 4, 2. cives alicujus gentis, captivos abducere, 1, 4, 2. abripi vi tempestatum, de navigantibus, Fragm. 7, 2.

Abscedere oppido, quod oppugnatatur, 11, 2, 5. non abscedere prius, non desistere a pugna 15, 9, 1.

Absens, absenti imperium abrogatum 7, 7, 3. absens damnatus proditionis Themist. 2, 8, 2. sustulit T. Sempronius Hannibal, scil. per Magomen fratrem, 23, 5, 3. absenti abrogant magistratum Alcibiadi Atheniensis 7, 7, 3. absentem accusant Themistoclem legati Athen. 2, 8, 2. reum faciunt Alcib. Atheniensis, 7, 4, 3. absentes damnantur, qui exere. deseruerant 18, 5, 1. absente bono due res pejus administratur 9, 1, 2. absentia levanda invidiae quaesita 12, 3, 4. v. ad utrumque locum not.

Abiungi capitibus sub. a poena vel criminis, vel in judicio. vide Voss. de construct. cap. 26, 1, 7, 6. judicio aliquo 11, 3, 3.

Abstinere se cibo 25, 22, 3. pro gno vulgo obtinet, abstinere cibo. Sic Caesar B. G. 8. paucis diebus se se cibo abstinuisse. Cie. 7. epist. 26. me ostreis & muraenis abstinebam. v. Voss. de construct. c. 22. & Jo. Rhodni Ind. Scribenii.

Abstinentia Epamin. tentata, animi scil. adversus pecuniam invitti 15, 4, 1. Aristidis 3, 1, 2, 3, 3, 2. Cic. ad Att. Ep. 17. Sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam, ut nullus teruncius insumatur &c. Idem offic. 2. Nulla alia re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt, quam abstinentia & continentia. Lamb. Sic: abstinentiae signa, continentiae; apparet enim libidini aut luxuriae. 17, 7, 4. vid. not.

Abstrahi a re maiore 14, 4, 3. Plus est quam abduci. nam vim & coalitionem involvit. v. Donat. ad Terent. Adelph. 5, 3, 57. Lucretius 3, 261. abstrahit invitum patri sermonis egestas.

Abundare copiarum omnigenere 18, 5, 2. abundans omnium rerum via 18, 8, 5.

Ac, pro, quam, aliud facturn, ac pronunt. 17, 3, 4. aliter ac sperabat 22, 2, 1. non fecus ac 10, 2, 1. Pro, sicut, pari diligentia ac in bello 23, 7, 5. pari ac dictator imperio, de magistro equitum 23, 5, 3.

Acarnanas (populum Epiri) adjunxit Atheniensibus Timotheus 13, 2, 1. Ita quidem vulgo editur: sed leg. Athamanas. v. not.

Accedere Africam 23, 8, 1. aslu 2, 4, 1. Lemnum 1, 1, 4. ad Atticam 1, 4, 2. ad amicitiam alicujus 18, 1, 4. ad consilium aliquod, consensum & approbationem notat, 1, 3, 5. alibi: sequi consilium alicujus v. 6. cui oppon. mox; abhorre a consilio. ad hastam 25, 6, 3. Sic ad hastam suam accedere dixit Luvius 43. alii, ad vestigalia. vid. Gronov. ad Senec. epist. 101. & infra v. hasta. ad manum, collatis fignis demicare 18, 5, 2. ad tempopl. capeisse tempopl. 9, 1, 1. proprius muros 1, 7, 2. accedit mihi animus 1, 4, 5. accesserant ad corporis firmitatem plura animi bona, juncta erant firmitati corp. 15, 3, 1. accessisse febrem sensit supervenisse priori morbo (cum & rursus decessit c. 22, 3.) 25, 21, 4. Alia ratione

I N D E X

vatione febris accedere dicuntur, cum paroxysmus advenit.

Accesio facta est pecuniae 25, 14, 2.

Accelerare sibi aliquid 25, 22, 2.

Accersi ad le aliquem jubere 25, 21, 4. Sic enim leg. videtur pro arcessi, vel acesisti, quae alii placent. vide notas.

Accidit casu, ut 13, 12, 1. hoc secunda victoria 16, 5, 4. accidit, ut 7, 3, 2. & 25, 20, 3. existimans id quod accidit, evenit, subsequuntur est, 14, 4, 3. sicut rurum accidit 7, 7, 2. accidit hoc ei. de novo. Symptome morbi, 25, 21, 4. huic, quod ceteris mortalibus 9, 5, 1. calamitas Lacedaemoniis 17, 6, 1. accidunt opera alicuius res adversae, secundae 7, 6, 2.

Accipere calamitatem 9, 1, 3. conditionem, acceptare, retum habere id, quod offertur 14, 8, 6. fidem, relata, dare 14, 10, 2. imperium ab exercitu 22, 3, 3. injuriam, adsciri injuria, 25, 11, 5. vulnus 10, 6, 2. 14, 6, 1, 1, 7, 5. celeriter quae traduntur, de docilitate discipuli, 25, 1, 3. ubi ramen ait malum artipere. v. not. libenter, audire 23, 2, 4. accipiebat lacrimans talem benevolentiam civium, excipiebat, vel, audiens. accipitur hoc auribus, de illis, quae fanya innotescunt: oppon. oculis cernere, 20, 2, 2. Et Cicer. Phil. 8, 10. Haec auribus accipere potuistis. M. Seneca fusus. 1. propitiis auribus accipitur. Quintilian. declam. 237. Intelligo averfis aurib. accipi hanc pattem orationis. acceptus male, qui praelio fusus 18, 8, 1. Metaph. desumpta a convivio. vid. Thesaur. Buchneri.

Accredere pro credere, 14, 3, 4. quo usi & Cie. ad Att. 6, 2. Plaut. Asin. 5, 2, 4. Lucret. 3, 870. Horat. 1. epist. 13, 25. Columella 1, 1, 3. Ead. ratione Lucretius 4. dixit adopinari.

Accrescunt dolores 25, 21, 4.

Accubare in acta, accubitu humili, 17, 8, 2. in convivio 16, 3, 2.

Accurate scribere 6, 4, 1. accutius agere cum aliquo majori industria rem agere, 7, 10, 2. accuratissime accusare 6, 4, 2.

Accusare avaritiam alicuius, pro, accusare aliquem avaritiae, 6, 4, 2. Similiter Cicero 7. ad fam. 17. Superbiu[m] tuam accusant. Idem ad 2. Fr. dixit accusare inertiam adolescentium: Iustin. 2, 15. tarditatem collegarum. Voist. accusati hoc criminis 6, 3, 4, 15, 8, 1. criminis Pario 1, 8, 1. Utrobique subaudiendam praeposuit. de, docent Schopp. Gramm. Philos. p. 87. Voss. de construct. c. 26. accusari capititis 4, 2, 6. subint. in judicio, vel in cassia, actione, vel de poena. proditionis 1, 7, 5. sub. de crimine, vide Sanili Minervam lib. 5. pag. 293. Schopp. Gramm. Philos. p. 63. Voss. l. c. Nec ossiet. quod etiam dicimus damnare aut plectere capite. nam illic genus poenae; hec, criminis indicatur.

Accurbs Phoeniciac; sic enim legendum, monuit Bangarf. ed Iustini prol. 10. aliquae. vide not. 14, 5, 1. & 5.

Acer ὄξοςμος, ὄξε, asper, iracundus, irritabilis 13, 3, 5. acrius instare 18, 4, 2. premere adversarios 23, 11, 5. acerimus vir promptissimus, expeditiss. 7, 5, 1. Servius ad Aen. 1. quidam acrem in unam quamque rem vegetum ac nimium tradunt. Sic acerima mens Divi Augusti ap. Tacit. hist. 2, 76, 4. acerimus leo 18, 11, 1. concursus confictus 18, 4, 1. acerime occupatus in apparando, summo studio 23, 1, 7.

Acerba mors, luctuosa tanquam præmatura 5, 4, 3. Curt. 9, 6, 19. metapb. ducta a fructib. arborum, qui ante maturitatem acerbi sunt. Servius ad illud Aen. 6, 429. funere mersit acerbo: Immature; a pomis translatio[n]e facta. acerbius imperium, mox vers. 3. expon. quo quis crudelissime se gerit. 18, 6, 2. Sic acerbitas rigor. opp. obsequio, 10, 6, 5. Cic.

# RERUM ET VERBORUM.

Cic. ad Q. Fr. 1, 1. si implacabiles iracundiae sunt, summa acerbitas est. Similiter usi Caesar 1. B. C. 32. & Liv. 44, 10. acerbitas temporis pristini, indigna prist. t. illata 7, 6, 3. Ita Tacitus usurpat 2. A. 71, 3. & Suet. Calig. 2. acerbitates serum & verborum. Boecl. Addit. Tacit. 30, 71, 4. & Thes. Buchneri.

Acharnana civis Acharnis oriunda vel illic habitans, v. not. 2, 1, 2.

Acheruns. ab Acherunte redimere. ab inferis & sepolcro 10, 10, 2. Cic. or. post reddit. in Senatu dixit excitare ex Acherunte. Lambinus.

Acies pro praetorio 23, 5, 4. sic: acie decernere, vel contendere 1, 4, 4. acies instruta, opp. praetorio fortuito & in itinere commiso 18, 8, 1. acies instruta e regione sc. hostium 1, 5, 3; navium (vel classium) constituitur 23, 11, 1. in aciem producere aliquot peditum & equitum milia 1, 5, 4.

Acquiescere, significanter, de morte, vitam laboriosam secuta 23, 2, 5. acquiescere a lassitudine 14, 11, 3.

Acroama 25, 14, 1. altitudinibus autem ad acroamata conviviorum i. c. symphoniacos. vid. Laurent. Pignor. de servis, & Muret. l. 6. var. lett. c. 15. Boecl. Addit. laudatos Ernstio in not. ad h. l. & Andr. Domus in not. ad Chrysostomum pag. 700. Buchner. in access. ad Fabrum.

Cum praefatio. cum eo, ope & tempore ejus 15, 10, 4. in q. edd. Sed leg. eſt contra ea. v. not. cum aliqibus eſſe praefemta aut ſocietatum indicatur, 18, 10, 2. Sic: cum Aegyptiis bellum gerere adv. regem in ſocietate Aegyptiorum 12, 3, 9. cum quibus ne arma contra te ferrem 25, 4, 2. vide ſup. bellum. cum offenſione magna civium redire 1, 7, 4. cum ſumma offenſione alioſ ſuſtanere 25, 7, 4. comitante, ſubſequente offenſa. Ad hunc modum Iuſtinus 7, 2, 5. cum amore popularium administrato regno. Vorſt. cum tanto ſcelere domum redire, admifſo tali ſcelere; vel, macula ſceleri inquinatum, 22, 1, 6. cum epiftola mittre aliquem ad 4, 2, 5. cum imperio habere aliquem apud exerc. praefeffe exercitum 23, 7, 3. Sic Cie. pro Flacco: qui nuper ſummo cum imperio fuerit. Vorſt.

Cuncta Graecia univerſa 2, 9, 4.

Cupere. cupit ſe tecum adiuitate coniungi 4, 2, 3. uterque ſe principem eſſe 25, 20, 5. in quibus vulgo ſe iſe moijſtutur. v. inf. ſe,

Cupidus. nullius rei cupidus, niſi singularis impetui 21, 2, 2. non cupidior ſalutis, quam fidei ſci. amico opprimendo ſervandae. 18, 3, 1. cupidiflum litterarum 24, 3, 1. cupide elabore, vehementer ſtudeo 3, 1, 4. cupiditas hujs major intercedit ea in re impetus animi catiuenti 10, 1, 3. cupiditatē habere noticiae clar. virorum ſtudium 25, 18, 4. ad cupiditatem imperii trahi conſuetudine 1, 8, 2. cupiditate bellandi flagrare 22, 1, 3. incendere alioq. 23, 2, 1. mirabili pugnandi flagrare 1, 5, 1. cupiditate aliqua rapi in Macedoniam velocioriter deſiderio 18, 6, 2. cupiditate diſſentire ſc. imperii; non odio tyraniduſ, ut additur, 20, 2, 3. & cupiditate pecuniae tantum abſeſſe ut 25, 12, 2. cupiditatibus turpissimis imbuī, volupt. 10, 4, 3.

Cura, ſtudium, diligētia. curam diligētiamque adhibere 25, 21, 5. curare ſibi habere aliquid 25, 20, 4. cura omnes vincere 18, 1, 3. magna custodiare 23, 9, 4. non fine cura rem administrare 9, 4, 3.

Curo per hunc ut id fiat 15, 4, 5. curare praeceptum diligenter, efficer 18, 9, 5. curare aliquem interſiciendum, de auctore, & mandante 20, 1, 4. 10, 6, 3. curare rem deportandam ad 18, 13, 4. reficiendos muios 9, 4, 5. legem ferendam de legiſtatore 8, 3, 3.

Curatio ſc. mayli 25, 21, 3.

Currendo exerceri 15, 2, 5. vid. Hier. Mercurial. l. 1. c. 10. cursor 1, 4, 3. v. not. cursum dirigere aliquo, & πλεγ, de navigatione 1, 1, 6. ſic etiam Caeſ. B. civ. 3, 25. Vellej. 1, 4, 1. & 2, 19, 4. Curt. 10, 1, 17. Cic. de nat. deor. 2, 131. Iuſtin. 22, 5, 1. loquuti. Hinc paſſim cursus pro maritima profelliōne, ſea potius ordine ejus. Ut apud Cic. ad fara, 13. ep. 68. ex quibus cognovi cursus navigationum tuarum. adde Clar. Vorſt. de Lat. ſaſi. ſuſp. c. 3. pag. 22. & currendo pro navigare. vide Lamb. ad Horat. l. 1. ſda. 28. Et apud

# I N D E X

*apud nostrum transcurrere Helle-  
spontum in q. edd. 18, 3, 3.*

**C**ultus gazae regiae 14, 5, 3. custo-  
dem in hortis imponere (*vel, ut  
alii, ponere*) qui fructus custodiat  
5, 4, 1. *v. not.* custodes pontis 1, 3.  
1. corporis, *σωματοφύλακες* 14, 9,  
3. ap. *Alexand.* 18, 7, 1. qui quales  
fuerint, explicat *Curt.* 5, 1, 42. ubi  
*v. com.* Freinsh. custodes appositi  
puero, luxuriae correctores 10, 4, 5.  
*Sic Horat.* 3. od. 4. nequitiae ap-  
positus custos. *ubi v. not.* Lamb. &  
*sup.* apponere. custodibus datis  
praesidio militari, a qua captivi de-  
ducerentur, Freinsh. 2, 2. custodum  
praefectus sc. qui captivos custodi-  
bant 18, 11, 1. custodib. sepius do-  
num 10, 9, 1. a custodibus se sub-  
ducere 7, 4, 4.

**C**ustodia, vincula, captivitas, hinc:  
in custodiam dare aliquem 18, 11,  
1. conjici 19, 3, 4. custodia eadem  
teneri *endam carcere* 5, 1, 1. penes  
quem summa est imperii custo-  
diae 18, 11, 3. custodia illa cre-  
ditur huic ponit tuendi etra 1, 3, 2.  
**C**ustodire templum ab aliquo 23,  
9, 4.

**C**yclades insulae mari Aegei, circu-  
lari figura sitae, vulgo Insulae Ar-  
chipelagi, a Miltiade subactae 25,  
2, 5.

**C**yme, urbs maritima Aeolidia in ora  
sinus Smirnae, hodie Focja nova,  
clara clade Turcarum an. 1630. vide  
*Ferrar. Lex. Geogr.* cum addit. Bau-  
strand. *Memorant Mela* 1, 18. *Plin.*  
*N. H.* 5, 30. & epitome Stephani. 7,  
7, 1.

**C**yprus, insula Asiae in mari Syriaco.  
In eam mittitur cum classe Pau-  
stianas 4, 2, 1. Cypri bellum gerit  
**C**habrius 12, 2, 2. sub. in insula,  
*vel* regno. Sic & alii loquunt, *ut*  
doceat Voss. de construcl. cap. 25. Cy-  
priorum classem capit Cimon 5,  
2, 2.

**C**yrenae, urbs Librae, praecipua pro-  
vincia Cyrenaicae, ubi hodie regnum  
Barcae, versus Syrium magnum: vulgo  
Cairoan. Meminit Strabo, Plinius,

alii, 17, 8, 6. Cyrenaci, 23, 8, 1.  
**C**yrus (*major*) rex Persarum, in  
praelio cadit 21, 1, 2. Cyrus (*mi-  
nor*) frater Attaxerxis Mnem. bel-  
lum fratri parat 7, 9, 5. superatus  
a fratre opera Tissaphernis 9, 3,  
1. *De nomine Cyri, post alias Rupert.*  
ad Besold. Usser. annal. V. T. tom. 1.  
pag. 146.

Cyzicum obſidione liberat Timo-  
theus 13, 1, 2.

## D.

**D**aminare aliquem capit 4, 3, 4.  
& abbi. damnari capit 18,  
5, 1. proditiois 2, 8, 2. fa-  
ctiliegi 7, 6, 4. Ubique de criminis  
subaudiri volunt Sanctius, Schoppius  
in Gramm. Philos. & Voss. de conſtr.  
c. 26. repugnante Cl. Vorſio de Latin.  
merito ſupp. c. 19. qui mallet Gra-  
cifimum eſſe, ac ſeſvand. ſtrata; vel  
ſuppliceri vocem nomine. quod poſte-  
rius etiam Schoppio in accessionibus ad  
Minervam Sanctorum pag. 293. in  
mentem veniſſe video. Non nego id  
ſubaudiri poſſe: ſed tamen nec alterum  
plane improbare auſim; cum diſerie  
veteres dixerint damnare criminis  
diri fati, impudicitiae, adulterii,  
mortis, ſceleris; ſicut, accuſare  
crimine inceſti, arguere criminis  
pigritiae, ſuribundae mentis, ab-  
ſolvere criminis commotae men-  
tis. vide Sanctum p. 293. unde ſimil  
paret; etiam ad toto ſceleris vocem  
criminis subaudiri poſſe, & mortis  
quoque vocem hec uſurpari: quod u-  
trumque negabat vir doltus. In alio  
a. exemplu, ubi illud criminis locum  
non habet, Ablatius aliud ſubaudiri  
poſſet; alioſ & iſum non enim damno:  
ut hec in diſobis prioribus exemplis.  
damnari timore, populi ſit. de cauſa  
impellente, 2, 8, 1. damnatus voti  
20, 5, 3. Damnari voti, eſt, ne-  
ceſſitate perſolvendi voti obligari. Sic  
Virgil. reus voti. Lambin. Macro-  
bius 3. Saturn. 2. Haec vox, ait,  
voti reus propria eſt facrorum; ut  
REUS vocatur, qui ſuſcepta voce fe-

# RERUM ET VERBORUM.

inminibus obligat : DAMNATUS auctor, qui promissa solv. adeoque compos voti factus, vid. omnino Bris. Form. 1. Boecl. Addic Gruter. not. ad Livii l. 8. & Interp. ad illud Virg. Eclog. 5. 80. damnabis tu quoque votis. Atque sic & Livius semel iterumq[ue] loquuntur; ut docet Voss. l. c. qui supplendum existimat obligatio- ne aut perfolutione, aut simili voce. Posse & subandire de damno, ut voti vocabulo res vota designetur, sicut cum dicimus potiri votis, sub rebus, damnatio, de multa imposi- ta 1, 8, 1.

Damon, musicus 15, 2, 1. vid. not. De petentib. aditum conveniendi 4, 3, 3. alicui annum temporis de his rebus 2, 9, 4. v. not. Paullo aliter: dato tempore ad comparandum relitto spacio temporis conjuratis, quo compararent bellum 23, 2, 3. do- num Apollini victoriae ergo, of- ferre, conferrare, 4, 1, 3. vide infra domum. alicui fidem jurare 23, 2, 4. fidem de re, super re 14, 10, 1. filiam in matrimonium 22, 3, 2. filiam nuptum 4, 2, 2. & 10, 1, 1. imperium urbis, praeficere ubi 1, 3, 1. sic saepa Curt. ut 3, 3, 1. & 3, 13, 14. dare manum five patens manus, v. not. viellum se confisi- 22, 1, 4. occasionem sui oppri- mendi 10, 4, 1. operam ut 2, 7, 1. operam honoribus, capessere honor. 24, 1, 1. operam palaciarum, fide- re, 15, 2, 4. operam rei familiari- sit. iuendae angendaque 25, 4, 3. potestatem se belli gerendi 17, 2, 2. praevidit quod satius est 2, 8, 5. si- gnum se. rei parrandae 1, 7, 3. si- gnum pugnae 23, 11, 1. lignum praelii 11, 2, 2. tantum pecuniae ad classes aedificandas cons. ree 3, 3, 1. Sic: quantum quisque daret ad sublevandos amicos scil. 1, 3, 5. tem- pus, diem, ex compositis, praesinire 16, 2, 5. tempus Itineris impendere, tribuere 2, 10, 1. testimonium ad 6, 4, 1. vela ventis, de navibus in altum proventis 23, 8, 2. veniam concedere, annuere postulatis 2, 10, 1.

cam veniam, in eo annuere 4, 4, 6. 10, 2, 2. 18, 6, 4. v. venia, dare alicui iusjurandum, jurare 23, 2, 3. sic Plaut. Mysell. 5, 1, 36. Et Ter. Hec. 4, 4, 75. alicui classem 1, 7, 1. criminis, arguere 15, 8, 2. decem millia peditorum 1, 4, 1. id negotii 9, 4, 1. populo talenta aliquot muneri 17, 8, 6. negotium alieni, qui simulet se inimicum 10, 8, 2. ut interficiat, 7, 10, 4. poenas civibus puniri 1, 3, 5. po- testates summas amicis 16, 1, 4. alieni soporem, porrigerere medicamen- tum soporiferum 10, 2, 5. sic dare medicamentum Curt. 6, 10, 34. ve- nenum, id. 10, 10, 14. &c. statuam ponere 13, 2, 3. supplicium multi- tudine aliqua se. casorum hominum. vid. supplicium. puniri propter aliquem 17, 5, 2. verba, re & facto per dictum claudere 23, 5, 2. vestitum suum, permutatione facta 14, 9, 3. soiorem suam uxoriem collocare, concedere, de marito illius alteri con- jugi sua cedente, 5, 1, 3. librum testimonii loco 6, 4, 3. aliquem in custodiā, in vincula conjicare 18, 11, 1. fe duritiæ operam dare, de instituta ritua 7, 11, 4. Sic Cie. Verr. 5. dare se labori atque iti- neribus; & alibi: rei familiari vitæque rusticæ. se fluctibus ci- vilibus, committere 25, 6, 1. se ro- tum reip. 2, 1, 3. Ita q. edd. sed rectius alii, dedere. Se adversariis alicuius applicare se illis, in certas partes concedere, 25, 9, 2. v. not. sic dare se legionibus ap. Tacit. Ann. 1, 31, 1. & ap. Terent. dare & de- dere se alicui. v. Chrestomath. Boe- cleris. senatum legatis, diem dare, ut senatum adire, mandataque sua & postulata expouere possint 23, 7, 6. pro- pria vox. vide Brisson. form. l. 2. Boecl. Sic apud Liv. 33, 33, & 40. concilium datum legatis. datur hosti locus nocendi occasio 22, 1, 2. huic facultas perorandi, dicendi causam 29, 4, 2. alicui aliquis ad- jutor 9, 4, 2. 12, 2, 2. sc. in bello. summa belli committitur 16, 5, 3. huic

# INDEX

hunc facultas vivendi pro dignitate  
relinquitur 25, 2, 2. accubanti epistola effertur 16, 3, 2. datur occasio a fortuna 1, 3, 3. dantur dothes filiabus Arist. de aerario 3, 3, 3. alicui in consilium duo sapientes tanquam adjutores & consiliarii 13, 3, 2. collegae duci belli 7, 3, 1. data occasione 22, 1, 2. data extra recipere in fidem 2, 3, 4. dati ad supplicium, publico supplicio effecti 4, 5, 5. datum muneri castellum 23, 12, 3.

Darius Hyrcanus F. Persatum rex 21, 1, 2. adversus Scythas infeliciter bellat 1, 3, 3. Graeciae dominatum agitat 1, 4, 1. &c. pugna Marathonia vincitur 1, 5, 5. Darii regis praefectus Ochi sc. 7, 5, 2.

**DATAMES** bello Artaxerxis in Cadusios illustratus, patri succedit 14, 1, 4. adversus defectors quoque magni sui ejus opera c. 2. 1. Tigrum vincit capite 4. quem insolito ornata regi adduct cap. 3, 2. &c. Assim imprudentem opprimit c. 4, 5. hinc benevolentia regis, aulicorum invidia c. 5, 2. quorum infidias Pandates Datami aperit u. 3. &c. igitur deficit a rege u. 6. adversus Pisidas proficitur c. 6, 1. & 2. deflectionem socii egregie diffimulat u. 3. & 4. hostem vincit u. 7. a filio proditus regi c. 7, 1, cuius exercitum ingentem adversus se missum concidit c. 8, 3. ad pacem invitatur u. 5. mox infidias appetitur, quarum primas discutit c. 9, 1. &c. denique Mithridates imagine amicitiae virum ilicit. c. 10. & in colloquio per fraudem interficit c. 11.

Datis classi Pers. praeficitur 1, 4, 1. Dea pax 13, 2, 2. nam ethnici natura Sionis, praesertim rā vñst, virtutes, vita &c. Boeci.

De exercitu non amplius hominum mille cecidit 14, 8, 3. non potest repertiri, neque de Graecis rebus, neque de Ital. quod 24, 3, 2. de servis suis fidelissimum misit ex 2, 4, 3. Sic: de suis triginta habuit secum 8, 2, 1. de his qui 2, 9, 1. Ita Livius 38, 54. Quem eam

rem velit Senatus querere de iis qui praetores nunc sunt. quid facerent de reb. suis, alias, rebus suis, vid. inf. facere, 2, 2, 6. de vehiculo loqui ex, de eo qui insidet reb. 20, 4, 2. de rep. nil capere praeter 15, 3, 4. de quotidiano cultu nihil mutare, ex, 25, 14, 2. de aliquo supplicium sumere ab aliquo, ut loquitur Valer. Max. 4, 1. Quomodo Terent. De Davo audi. Vorst. de sua re in jus ire propter negotium proprium 25, 6, 3. de templo effterri ex 4, 5, 4.

Debere de honestate, sive eo, quod fieri debet. hic debet suos nosse 9, 4, 1. debent hi habere partem regni 10, 2, 4. quantum deberet paternam. tantum operae dedit rei fam. 25, 4, 3.

**De necessitate**. debent bello exercitati esse, qui 15, 5, 4.

De aere alieno debere, eos longius non est passus, de aeris alieni solvendi tempore observato 25, 2, 4.

Debilitantur animi militum terruntur 14, 6, 1. debilitari invidia ciuium, premi, collabesci 33, 1, 2. debilitari dicuntur etiam opes aduersiorum, potentia inclinata & decrescente h. e. frangi, immitti. 17, 5, 2.

Debitum naturae reddere, mortis ex mortis 21, 1, 5. Nam, ut ait Flaccus, debemus morti nos nostraque. Sic fere Cicero pro Caelio: & naturae & legibus satiscit: quem leges exsilio, natura morte mulcavit. Lamb. Idem Phil. 14. exir. O fortunata mors, quae naturae debita, &c. Lucret. 3, 985. vita que mancipio nulli datur, omnibus usu. Plura Gebh. ad h. l.

Decedere, mori 3, 3, 3. 21, 2, 3. sub de vita. decedere morte ex conspectu hominum significanter de morte voluntaria taedio ingruitudinis sumta 20, 1, 6. decedere in vinculis 5, 1, 1. in magna paupertate 3, 3, 1. decedere de foro. publico abscondere & luce fori, 25, 10, 2. decedere Sicilia 22, 1, 5. ex provin-

# RERUM ET VERBORUM.

cia, 24, 1, 3. decedit febris, de-  
cessit &c. 25, 22, 3. ut ap. Cicer. 7.  
ep. 2. & ad Att. decepsit quarta-  
na: & ap. Ter. decedit ira Hec.  
3, 5, 55. post decepsum Dionysii,  
discussum, postquam Syracusis exces-  
sisset, 20, 2, 3.

Decemplex (sic MSS. male v. Lamb.  
decuplex) numerus hostium σεγ-  
μάτισσα, decem partibus superior 1,  
5, 5. v. Paschal. de Coron. 5, 33.  
Boecl.

Decemviri in civitatibus 6, 1, 5. v.  
not. decemviralis potestas, de corun-  
den imperio 6, 2, 1,

Decelia, penult. producta, Δεκέλεια,  
Frontino 1, 3, 9. Decelea, (ubi v.  
not. Keuchenii) oppidum Atticae 7,  
4, 7.

Decernere cum aliquo, dimicare,  
configere 23, 4, 1. exercitu integro  
18, 9, 6. classe 23, 10, 4. v. not.  
Similiter Curt. 3, 1, 1. Datus sta-  
tuit ipse decernere. & passim Cie.  
aliquis. Integrum est decernere acie  
1, 4, 4. (nisi tamen ibi leg. est, con-  
tenderent vel cernerent. de quo v.  
not.) sive praelio decernere, ut ap.  
Justin. 13, 8, 4. Simplici cernere, sic  
nisi Lucret. 5, 394. Ennius Ann. 6.  
& in Medea, Virgil. Aen. 12, 709.  
Plaut. Bacch. 3, 2, 15. &c. utrumque  
factum imitatione Gracorum, quibus  
ξέρειν τὸ πόδεπον & διακελεύειν,  
est praelio dimicare, & signis collatis con-  
currere. decrevit bellum inferre,  
constituit 1, 3, 1. decreverunt illud  
tempus expectandum 7, 4, 2. de-  
cernere alicui honores, 7, 7, 1.  
statuas 1, 6, 4. decreto publico confer-  
re. proprium in hac re id verbum fuit.  
vid. Emund. Figrel. de statu illistr.  
Rom. 6, 15. decreta populi Athen.  
19, 2, 3.

Decertare classe, sic q. edd. 23, 10,  
4. sicut acie. MS. Schotti 1, 4, 4.  
Sed aliter utroque loco libri meliores.  
v. not.

Decidere ex equo in terram 18, 4,  
2. decidere, dejici de fortuna, de  
statu suo, 18, 11, 5. nam cadere &

decidere dicuntur, qui adversam for-  
tunam incurvant. Vide Laberii mimos.  
Buchn. h. l. qui & Laberianos ver-  
sus exhibet emendatique in Thes. vi.  
cado. Iis simile est illud Seneca con-  
trov. lib. 3. praef. Saepe illi bene  
cessit, saepe decedit.

Declarare quid in re aliqua offendere,  
documentum ejus dare 11, 3, 2.  
imaginem consuetudinis atque vi-  
tae alicujus exprimere scribendo 15,  
1, 3. res tantas tam breviter suffi-  
cienter explicare verbis pacuis 25, 18,  
6. declaratur navis dutis; ostenditur  
quae sit 23, 11, 2.

Decorum moribus nostris, praef. 6,  
ta ἀρετώστα intellig. honesta aut ho-  
nesto non aduersa. Boecl.

Decurrere in spatio, de equis exerceri  
cursu solitis 18, 5, 5. Eleganter Vir.  
gil. 5. Aen. Pelago decurrit aper-  
to. Cie. Tusc. 5. Video calcem;  
ad quem cum sit decursum, Lucret.  
4. translate dixit spatium decurrere  
amoris. Lamb. Altis vitae, vel ae-  
tatis.

Dedere se de viito 14, 4, 5. se to-  
tum reipub. de rudimentis civilium  
officiorum, 2, 1, 3. v. not. ne de-  
deretur timet Hannibal, sc. Ro-  
manis 23, 9, 1. qui cum dedi vo-  
lunt, tradi in suam potestatem 23,  
12, 2. deditum esse alicui, ut praec-  
ceptoris discipulus, diligentia, studio,  
amore 15, 2, 2. deditus rebus Ve-  
nereis 7, 11, 4. vino; epulis, 16,  
3, 1.

Deducere aliquem secum; sibi adsci-  
ficere comitem 25, 4, 2. ex provincia  
Roman sc. 24, 1, 3. copias in camp.  
1, 4, 2; regem, ex Tracia ut huc  
veniat efficere, accire 7, 8, 3. ubi ta-  
men alii leg. inducere. sed sine ne-  
cessitate. v. not. Deducere aliquando  
idem est ac perducere, conciliare.  
v. Suet. Caes. c. 50. & ibi not. Tor-  
renti ac Berneggeri, qui initio dedu-  
xerant, coloniam sc. 20, 3, 2. deducere  
aliquem a viatu pristino,  
denovere, abstrahere 10, 4, 5. deduci  
aliquo vele 15, 4, 5. ubi tamen  
alii legunt duci. deduci ad regem  
ff ad-

# I N D E X

admissionis causa sc. 23, 11, 2. deducitur classis in praetium 23, 11, 1. sermo ad finem 15, 3, 3. ubi male alii, adductus vel perductus deductus eo est multitudo, vel, ut alii, res militum, ad id periculis ventum 15, 7, 1. v. not. Sic Quintilian. decl. 337. si eo me deduxit error.

Deesse alicui de fama dimicanti, in iudicio non defendere 13, 4, 3, deesse tanto viro non poterant malefici necessis erat eum habere maleficos 22, 3, 2. nullus honor huic defuit, ita circumloquitur honoratissimum 20, 3, 5. nulli defuit fides ejus, opera, res familiaris omnibus fide officioque praestit fuit 5, 4, 3. nemini res ulla defuit omnia necessaria suppeditante Attico.

Defendere aliquem, desertioni opponiatur 18, 10, 2. asty adversus hostes, 2, 4, 1. alibi: tueri oppidum, 1, 3, 2. deos ac penates suos ab hoste 2, 7, 4. se a navib. hostium 23, 10, 5. se moenibus 1, 4, 4, 2, 4, 2. defendi opib. alicuius 11, 3, 2. defendi ab aliquo in iudicio, 19, 2, 3. sic: ad defendendum aliquem convenire 13, 3, 2. & defensio, excusatio in iudicio facta 15, 8, 1. & Fr. 4, 2.

Deferre aliquid senatus, exponere, referre 23, 12, 2. vid. not. sic: deferre de re q. 14, 7, 1. deferre summam imperii ad aliquem committere alicui, 23, 3, 1. sic: defertur ad hunc summa rerum 18, 5, 1. defert huic fortuna aliquid: mox: conciliat; & paulo ante: tribuit. 25, 19, 3. v. not. deferri ei iussit munera, afferri 25, 4, 2. deferti in Ciliciam: sc. itinere 14, 4, 4. delatum Karthaginem, nuntiationum 23, 3, 1. delati honores, potestates collati 19, 1, 2. delatas fibi praefecturas accipere oblatas 25, 6, 4. Utroque loco alii variant. v. not. delatum accipere nolle, oblatum, de pecunia opp. erexitum 15, 4, 5. sic de vestib. Tacitus 13, 13, 6. Delicere sc. ab obsequio 5, 2, 4. ab a-

micitia alicuius 9, 2, 2.

Degredi a suis, longius provelhi 16, 5, 4.

Dejercere valde & sancte jurare, Fr. 12, 3. sic Plaut. Men. 5, 2, 63. Tarent. Eun. 2, 3, 39. & Hec. 5, 2, 5. Utroque loco Donat. exp. valde jurare.

Dejicere se e super. aed. parte 10, 4, 5, in mare 12, 4, 3. hoc dejecto, de eo qui cecidit in pugna, significanter 8, 3, 1. v. de hoc signif. voeis Taubman. ad Virg. Boecl. Sic dejicere hostem dixit Clodian. de bello Get. v. 164. numerosos ducis artus, idem alibi: dejectum ab hoste Curt. 3, 5, 5. dejectum fratre trem Seneca Thelaid. v. 637. Respondebat Graecorum κατέλαβεν, quo primus in ea significacione usus Homerus rhaps. 2. Diodorus 14. κατέπληξαν τὸς λακεδαιμονίου, ἢ γάρ τι πειραταὶ κατέλαβον. Lib. 16. οὐδὲ πειραταὶ κατέλαβον. Hinc ἀγροτελεῖον, invitatus. Dejicere proprio sacrificiorum verbum est. Flaccus Argonaut. 1, 191.

Et Zephyris Glaucoque bovem, Thetidique juvencam Dejicit Antaeus. Mallentur igitur tyranni ut victimae. Seneca Herc. Odi. v. 921. Victimae haud ulla amplior foecit magisque opima macari Jovi. Quam rex iniquus. Justinius 5, 10. Tyranni ut pacis victimae trucidantur. Plutarch. Dion: οὐχεισθενταί θάνατοι ἐπειδὴ διάλογος απορρεότες. Haec fere Gebhardus. Sic dejectae cohortes ap. Caes. B. Civ. 1, 46. dejecti hostes ap. Lucan. 2, 694. v. Bucm. Theb. dejiciuntur hermae, detinbantur 7, 3, 2.

Deinde post plenastice 18, 5, 5. v. not. Delectari aliquo, alicuius convictu & familiaritate 10, 2, 3. facto 14, 3, 4. animo, ventre, de convivis 25, 14, 1.

Delecta manus militum sc. 1, 1, 4, 16, 4, 2. non semper praestantiam notat haec vox, sicut vulgo existimant, sed certos homines ad negotium destinatos nominatosque &c. Boecl. sic de-

# RERUM ET

# VERBORUM.

delecti mittuntur 2, 3, 1. delecti ex his 1, 1, 2. delectus est, qui constitueret, delatum est ad eum rei arbitrium &c. 3, 3, 1.

Delectus novi, de milit. recens letitiae 23, 6, 4.

Delegare quem ad volumen aliud, ablegare remittere. 24, 3, 5. ubi ramen alii mallent relegare. Sed. v. not.

Delere impetu aliquo totum bellum, v. bell. 7, 8, 6. Delere urbem idem Curt. dixit 5, 7, 10. & 9, 4, 7. delecti sunt barbari penitus fugari 4, 1, 3. sic deletae cohortes Tac. hist. 4, 18, 2. copiae b. 2, 14, 7. exercitus b. 2, 26, 3. & ap. Curt. 4, 9, 22. deleta fana est in q. edd. sed in Mff. est delecta. 20, 3, 2. v. not.

Deliberare, tu deliberata, utrum colloqui malis 9, 3, 3. At in illo: deliberantibus Pytia respondit, idem est ac consultare oraculum 2, 2, 6. sic: deliberatum mittuntur delecti 1, 1, 2. Schoppius 2. verism. 10. cum his comparat illud Cic. 1. offic. deliberanti consilium dare: & alterum 5. Tuscul. nec amicis deliberantib. deerat. itemque Sennae verba extr. epist. 3. cum rerum natura libera: illa dicet tibi. add. Gifan. obseru. Lat. L. pag. 63. & qui loca ab eo adducta, ut solet, descripsit, Pareum in Lex. Crit. Consultandi verbo sic usus Tac. An. 23, 54, 4. cum consultantes vocat, qui Apollinis Clavii oraculum consularent. Sicuti vicissim consulere interdum est deliberare, consultare. ut apud eund. Tacit. 15, 2, 5, 2. consultuit inter primores civitatis Nero, bellum ancepit, an pax inhonesta placeret. add. Pareum in Lexico Crit.

Delicate facere multa odioosa mollescer, voluntarie 7, 2, 3.

Deligere ducem 15, 7, 1. ad bellum gerend. 6, 3, 5. sic: delectus dux 20, 1, 3. diligere diem, ad 16, 2, 2. delectus v. sup. post delectare.

Deligata in cornibus juvencorum farmenta 23, 5, 2.

Delphi urbs Boeotiae, 13, 1, 2, 2, 2, 6.

Delphos corrumpere conatur Lyt. oraculum Delphicum 6, 3, 2. Delphi ci dei responsum Apollini in oraculo Delph. 4, 5, 3. ubi tamen & dei in q. MSS. deest. v. not. De urbe & oraculo hoc plura, post alios, nobiliss. Clasenius de oraculis gentil. 2, 2,

Delus (una Cycladum insularum in mari Aegeo, vid. Buchn. Thes.) aerarium commune Graeciae 3, 3, 1.

Demades (orator Athen.) Athenas tradi cepit Antipatro 19, 2, 1.

Demaenetus, Athen. petulans homo 20, 5, 3.

Demergere hunc dementi ratione, cogitata patescere 4, 3, 1. Sic ap. Virgil. mala falx. Ecl. 3. qua quis male uitur, ut Servius at. Vorit. Ita Cic. Philipp. 2, 7. Quid est dementius, quam objicere alteri salutaria? fortuna adoritur deprimere 10, 6, 1.

Demetrius, (rex Asiae) Antagonis filius, in custodia generi perit 21, 3, 3.

Demetrius Phalereus Athen. in factione optimatum erat 19, 3, 1. ei 300. statuas decrevit pop. Athen. 1, 6, 4. v. not.

Demigrare Lacedaemonem confugit causa 7, 4, 5. Coreyram, alibi: concedere 2, 8, 3. demigrare ex insula, quam sc. incoluerant 1, 2, 5. Usus & Caes. 4. B. Gall. ac Cic. pro Rabir. & alibi. Loccen. demigrationis societatem petere sc. in coloniam 1, 1, 2.

Democratia Athenis restituitur 8, 3, 1.

Demoliri arcem 20, 3, 3. propugnacula tyrannidis 20, 3, 3. tectum 4, 5, 2. Ita Curt. 8, 10, 30. Similiter Cie. demoliri patiem, patrem muri &c.

Demosthenes (celeberrimus Athenis orator, immo Graecorum oratorum princeps) in exilium pulsus 19, 2, 2. proditus a Phocione v. 3.

Demum. nunc demum 20, 5, 3.

Denique, praeced. uno membro, & sequente vase postremo: 18, 12, 1. q. d. breviter, uno verbo, &c. sic saepe alii. v. Freinsh. Indd. Flor. & Curt. Eodem, ut videtur; sensu isto

# I N D E X

- pluribus membris praecedat. usurpatur  
16, 4, 3. & 21, 2, 2.
- Denuuntiare, denuntiant, se damnaturum cum imperio & severitate edocere 12, 3, 1. si Curt. 7, 7, 25. &c.
- Depellere de provincia aliquem de successore in regendo provincia 24, 2,  
1. hostem terra proficere 7, 8, 3.
- Sicilia 20, 2, 2. periculum evadere  
4, 3, 5. ut ap. Tac. b. 4, 42, 2. depe-  
pellere praefidia barbarorum ex  
his regionib. 4, 2, 1. servitatem a  
civitate 20, 1, 1. depelli a gradu,  
2, 5, 1. v. gradus. a re ea ele-  
ganter, cum consilio demovemur 14,  
7, 3.
- Deponere prius animam, quam o-  
dium, de inexpiabili odio 23, 1, 3.
- Deponere odium usitatum, sed animam, rarius. dicit tamen Propre-  
tius. Lamb. Sic alibi: ponere vi-  
tam 4, 5, 5. ubi v. not. déponere  
pecuniam in templo, sc. custodiae  
& securitatis causa 23, 9, 3. Mos  
passim obvius: v. not. ad b. 1. &  
ad 3, 3, 1. deponere imperium 20,  
3, 4.
- Depopulari regionem 17, 3, 2.
- Deportare. ad deportandum eum  
missa navis, ad vendendum. de eo,  
qui severa denunciatione magistrat.  
vocatus erat dom. 7, 4, 3. deportare  
ossa alicuius ad v. ossa 18, 13, 4.  
triumphum ex provincia 24, 2, 1.
- Deprecari pericula, incommoda a-  
micorum ne illos affligant 25, 12, 2.
- Sic deprecari bellum, & mortem,  
Justin. 8, 2, & 11, 9. Vorst.
- Deprimere naves, demergere 9, 4, 4.  
deprimere preces alicuius obsti-  
natione diurna, contempnere. sic  
Mff. & edd. vet. 25, 22, 2. Male  
Lamb. compressit. v. not.
- Depugnare. ad depugnandum cogi  
ad prael. committendum 2, 4, 4.
- Dercylus, Antipatri praefectus Atti-  
cae 19, 2, 4.
- Descendere in Graeciam, de adven-  
tu Xerxis per mare 3, 1, 5. Graeci  
αὐλαῖον vocant. Schott. descendit  
civitas univ. his obviama in Pi-  
zaceum 7, 6, 1.
- Desiscere 22, 2, 2. ab aliquo 7, 5, 1,  
14, 5, 5.
- Deseri ab aliquo in bello 14, 2, 4.  
deseruit eum nulla in re, de fideli  
confantique opera 23, 8, 3.
- Desiderat haec obsonii genera tem-  
pus praesens poscit 17, 8, 4. arti-  
fices quos desiderat cultus dome-  
sticus, quib. opus est ad cultum dom.  
25, 13, 3. non multum desideret  
historiam, qui expetat 25, 16, 3.  
desiderat illius imperatoris opera,  
opus est eam sollicitare 15, 5, 3. Sic:  
desiderari coepit est diligentia  
Epinionidae, hunc potius praesse  
cujus virtus spectata erat, omnes  
cupiebant 15, 7, 1. ~~περιεργῶς~~  
instar esse potest ad hunc l. illi Taciti  
de Agric. 41, 3. cum damna da-  
minis continuarentur, poscebatur  
ore vulgi dux Agricola, compa-  
rantibus cunctis vigorem, con-  
stantiam, & expertum bellis a-  
nimum, cum inertia & formidine  
eorum, qui tum res gerebant sc. [v.  
not. ad 6, 3, 2.] Eodem sensu dicitur  
de absente & exile: confestim no-  
tae virtutis desiderium consecu-  
trum est 5, 3, 2. Boecl. Cimonem  
Athen. in bello, in pace, diu  
desideraverunt, de mortuis desiderio  
5, 4, 1. hoc sensu clare loquitur Plin.  
Paneg. de Nerva cap. 10. eo ipso  
carus omnibus ac desiderandus,  
quod prospexerat, ne desideraretur.  
Boecl.
- Desistere molestiis Freinsb. 12, 6. de  
contentione, controversiam omittere  
13, 2, 2. non destitit inimicitias  
suscipere semper suscepit 24, 2, 4.  
juvare patriam 17, 7, 1. nunquam  
desit animo bellare 23, 1, 3.
- Desperare de rebus summis 18, 9,  
2. desperavit praestare se posse,  
quaes pollicitus erat 2, 10, 4. non  
desperatur de virtute eorum cre-  
deretur, adiungit esse aliquod in virtute  
eorum praefidium 1, 4, 5. desperati,  
abjecti afflitique 25, 8, 6. despera-  
tis rebus generi, id est, cum des-  
perasset, generi conata successura aut  
eventum habitura 14, 6, 3. desperatis

# R E R U M E T V E R B O R U M .

rebus provinciarum 25, 8, 5. cum diffisi essent provinciis : quae illis datae fuerant : Cretae & Lybiae. P. Manut. v. not. nostras. ad desperationem pervenire 22, 2, 3.

Despicere aliquid negligere, non curare, tanq. rem cura & sollicitudine indignam 16, 3, 1. rei familiaris fructus, non cupere redditus ; honore contemtum 25, 6, 4. despectus, qui non metuitur : paullo ante : contemtus 8, 2, 2.

Despondet vix anniculum virginem Caesar Neroni 25, 19, 4. Magna ea, vulgo etiam, licentia sponsaliorum, nullo aetatu respectu, hinc immaturitas sponsarum ab Augusto tege coercita. Suet. 34. vid. Lips. ad 3. A. Tacit. Boecl. add. not. Locennii. Ceterum etiam ex b. 1c. appetat non esse perpetuum discrimen inter spondere & despondere, Donato traditum ad Ter. Andr. 1, 1, 75.

Destinavit praecoccupare constituerat, in animo habebat, 18, 2, 4. antea : cogitabat v. 3. Sic aliquotiens Curtius & Tacitus : ap. quem destinata hoc sensu legas 4, 40, 9. Videtur autem subiud. in animo. Est v. proprie verbum sagittariorum. v. Ind. Freinsheimii.

Destitui ab aliquo, de rejectis precibus negotio auxilio 7, 5, 4.

Detecta aedes verluste, tecto vetustate corrupto prolapsoque 25, 20, 3. Alter Ms. Schotti. v. not. Verum detectam aedem etiam Livius dicit, de ablato, sed data opera, tecto, lib. 42, 2, & 7. & Metaphorico apud Plautum hominem cum aedificio comparantem. Moestell. 1, 2, 60. & se. 3, 6. Philolaches ait, ignavia esse grandinem, imbre & tempestatem illam, quae modistam omnem, reverendiam & virtutis modum, qua tectus fuerit, sibi detexerit.

Deterrei a conaru resistendi de per timecente hostem, eique se dedente 14, 4, 5. Sic: non deterrei religione ab incepto (quae duae postremas voces abfuere ab opt. libris. v. not.) 10, 5, 8. At paullo latius accipitur in fogg. deterrebantur a ditione

deducebantur a consilio dedendi se fiducia adventantis classis regiae 1, 7, 4. deterritus ab ea voluntate (deponenda tyrannidis sc.) consilio 10, 3, 3.

Deterior peditatu, adūctip, inferior ; infirmior 18, 3, 6. sic: melior peditatu, instrutor, validior. Deteltans compellabat impium i. e. detestabatur & vocabat imp. 20, 1, 5. detestabilis & invitus. Ita Schottus edidit Fr. 2, 2. sed leg. intestab. v. not.

Detrahere de aliquo, de invidiosa & obredatoria depressione 12, 3, 3. Ita Cie. pro Rabir. c. 7. quo facilius de hoc senatu detrahere positis. Paullo ante dixerat : in invidiam vocatis. Et Philipp. 2, 1. An in senatu facillime de me detrahili posse credidit ? Ap. eund. Q. Fratr: qui de se detrahere volunt. Ammian. Marcell. 30, 29. de fortibus detrahebat, ut solus videretur bonus arib. eminere. Sic : detrahere de rebus gestis alicujus, obtrestando ea imminuere 20, 5, 3. detrahere pondus, sc. loricarum, leviores loricas invenire 11, 1, 4. detrahere multae partes novem minuere multam demendo partes novem 13, 14, 1 signum sc. epistolae, 4, 4, 1. detraxit ei multum, quod alienae erat civitatis decerpit, detravit, sub. de autoritate & Macedonum favore, 18, 1, 2.

Detrimentum existimationis nullum facere 24, 2, 4. rei familiaris adfert peregrinatio 25, 2, 3. sine detrimento exercitus se expedire salvo atque integro exercitu 23, 5, 2. Detrudere aliquem ad fortunam humiliorem ex regno, significant & ordinaria metaphora, qua fastigium, ascensio, decessio, de magnitudine fortuna usurpantur 20, 2, 2. Boecl. Vet. Scholastes Horatii: de imma detrusus. v. Priscum ad Miles. Apulej. pag. 393.

Devehi nave Corinthum 10, 4, 2. Devenire domum alicujus. Sic libb. vet. 16, 2, 5. v. not. in urbem 16, 5, 7. Fff. 3. Dac.

# I N D E X

- D**everttere Thasum, sc. ex itinere in urb. 6, 2, 2. Sic enim leg. eo loco, non divertisset, ita namque loquitos veteres, docet Dausquis in Orthographia, quomodo & Cc. ad Attic. 3, 7. dixit itineris causa deverte-re & in Philipp., deverttere Massiliam. Reponit hanc vocem Lambinus etiam 16, 2, 5. sed sine causa. v. not. ad eum loc.  
**D**evia itinera, occulta & insueta 18, 3, 5.  
**D**evincere bello totam insulam 12, 2, 2. dev. exercitum hostium penitus vincere, ad internectionem cedere, ut ad resurgentem nullae vires restent. 1, 2, 2. sic: devictae Athen. copiae 9, 1, 2. devicti Atheniens. ib. c. 2, 2. ut apud Curt. 9, 2, 23. Perfae. devincere virtutem aliquius, significanter, deprimere, iniuriam reddere. ob obrectantibus 23, 1, 2.  
**D**evincire sibi aliquem consuetudine sua, benevolum reddere 25, 1, 4. dev. aliqui. liberalitate, mox. suum reddere, valentiore significatu 7, 3, 4.  
**D**evocare est: vocare de foro ad coenam. 5, 4, 3. Usus eo verbo, praeter Cic. & Horat. a Lamb. laudatos, etiam Plin. 34, 8. & ex emend. Gronovii, sed alio sensu 35, 7. Male a. mutat h. l. Lamb. v. not. Et pejus etiam alii: denotaret.  
**D**evovere aliquem, de publico devotionis ritu 7, 4, 5. & c. 6, 5. De verbo & more, v. Briffon. form. 1. & Plutarch. in Alcib. It. Lamb. qui exponit denique, pro, aqua & igni interdicere. firmat mentio pilarum, quae adhibitas inter infamiae notas & proscriptiones. Nec displicet interpretatio: ita tamen ut omnino exercitatio- nis quiddam ac dirarum habuisse, ita exclusio relegatioque videatur. Boecl.  
**D**evorio in pilis scripta, de elogio sive indice devotionis 7, 6, 5.  
**D**eus Delphicus, pro Apolline 4, 5, 5. ubi tamen in ope, libris vox Dei aherat. dii publici, patrii, penates 2, 7, 4. Conjugantur, ut publi- cili notent religionem & sacra uni-

versa: & quoniam unaquaque civi- tas certos ac veluti proprios deos ha- bebat, adduntur patrii: penates autem sua cuiusque domestica sacra notant. Majoris expressionis causa, id innuitur quod alias voce divino- rum notatur, in formula veteri: divina humanaque omnia. item per aras; ut in illa: aras tocosque Mens loci: religionem, sacra, tem- pla, communis gentium jure, tum cae- teris praefidis tum moenibus defendi posse ac debere. Nominatus quad est potissimum, nec excluduntur, quae ad humana & focos pertinent. Boecl. deorum numen facit cum iis qui fidem servant 17, 2, 5. nisi tam- locus corruptus est; ut doctiss. Schif- fero visum. vid. not. siue deorum numine nihil rerum humanarum agitur 20, 4, 4. deos sibi iratos reddit perjurii 17, 2, 5.  
**D**euti victo pro abuti, ut videtur, 18, 11, 3. Male antea vulgati, se uteretur. v. not.  
**D**extra fidem dare 14, 10, 1. da- ta recipere aliqui. in fidem 18, 11, 3. De hoc more v. not. ad ut- rumque loc. & Freinsh. ad Curt. 6, 4, 14.  
**D**iadema (regium capitinis insigne) cum sceptro in sella positum 18, 7, 2. Ita solebat in aula fieri & tabernaculo regis. quem morem hic observare ja- bet Pasch. de coron. 10, 10. ut imi- tatum intelligamus Eumenem usitatum regni schema, reposendique & asser- vandi diadematis consuetudinem. Boecl. add. not. & laudatos Freinshemo ad Curt. 10, 6, 15.  
**D**ianae templum ap. Goritynos 23, 9, 3.  
**D**ibapha Tyria, purpurae genus, Fr. 8, 6. de quo videndi, quos in not. laudavimus. Tertull. de Pall. c. 3.  
**D**icere. qui dicere ne ab exercitu discederet, ediceret, veteret disce- dere, de nuncio a rege ad ducem misso 14, 5, 1. dicere causum 7, 4, 3. capititis, 11, 3, 3. 19, 2, 3. in judicio capitali pro se respondere. Sic: di- cere pro se, in judicio scil. 13, 7, 5.  
mon.

# RERUM ET VERBORUM.

*mox: verba facere, dicere differ-  
te 15, 3, 2. in dicendo exercita-  
tus 15, 5, 2. dicendo valere 7, 1,  
2. Haec vox proprio eloquentiam no-  
rat & artem dicitur matrem Paus.  
vixisse eo temp. refertur, traditur,  
sub dictum vel simile quid. Vulgo  
Graecissimum esse censit: sed Lat-  
inam constructionem esse, ac alteram  
potius vulgatam dicitur mater vix-  
isse Graecam, docet Schopp. in Gramm.  
philos. & paradoxis litterar. adde  
Heins. ad Ovid. Fast. 4, 507. dicta  
est ei provincia, destinata, opp.  
datae 18. 2. 2. sic dos dicta ap.  
Cic. pro Flacc. & Nonium in Dice-  
re. & dicere diem. v. Salmas. de  
modo usq. c. 16. & Nic. Heins. ad  
Ovid. Fast. 6, 594. & ad xi. Me-  
tam. vs. 213.*

*Dicitare. vulgus dicitabat tyran-  
num non ferendum crux jaedabat,  
10, 7, 3. dicitur hanc libi esse  
belli causam praetindit, ~~εργατι-~~  
~~σηςτι~~, hoc utuntur praetextus 6, 1, 4.*

*Dictator Fabius 23, 5, 1. Dicebatur  
hic magistratus (i. e. dicendo crea-  
batur) hinc dictator, & propria voce,  
~~αὐτοκράτωρ εργάτης~~ Polyb. dicitur  
3. hist. ultimum rebus trepidis  
consilium, Liv. 4, 56. quo Roma-  
ni ad vindicandam maximis periculis  
rempl. usi. Vellej. 2, 28, 2. quem loc.  
feliciter restituit Gerard. Vossius.  
Boecl. Adde not. Boecleri ad cum  
loc.*

*Dictum de oratione captiosa 1, 2, 5. de  
sententia s. vers. Homeri 10, 6, 4.  
dicta (vel dictoria) proprio nomi-  
ne appellata, quae facere & bre-  
viter & acute loquuti essemus,  
Fr. 5, 2. v. Boecler. Chrestomath.  
Ter. & Thes. Buchn.*

*Dicto audiens aliqui, obediendi signif.  
6, 1, 2, 11, 2, 1, 14, 2, 3. iussi ali-  
cujus 17, 4, 2. v. audiens.*

*Dictis caussa 25, 8, 5. ~~εργάτης~~,  
~~τέρης καύσης~~, verbo, non re: in spe-  
ciem, simulacri caussa, perfundiorie,  
non ex animo. v. Petr. Pithoeum  
Subseciv. part. 2, c. 8. Manut. ad*

*loc. Nep. nostri, ubi exempla conges-  
fit. Taurello & Cajac. tribuitur for-  
mulae ubique ferme depravatae restitu-  
tio. Explicant & per illud Graec.  
~~ἀποδίδοντες χάρα:~~ quod tamen sua  
cautione non caret. Boecl. Ita scil.  
hunc locum, praeceps Cujatio observ.  
10, 37. legum Manthus, Lambinus,  
Schottius, Boeclerius, Ernstius, &  
cum iis aliis. Formulam autem dicas  
caussa praeter jam dictos & laudatos  
Schotto ac Ernstio in not. ad h. l. illu-  
strant etiam Brodacus miscell. 10, 18.  
Duaren. disp. annivers. 1, 47. &  
comm. in L. 7. D. de Patis, Ant.  
Augustin. Emendat. 2, 1. Lael. Biscio-  
la Subseciv. 8, 12. Bignon. de verb.  
signif. lib. 4, Elmenhorst. ad Apul.  
l. 1. de philosoph. not. & in Ind.  
Schott. observ. bim. 5, 33. Ritters-  
hus. leit. sacr. 3, 12. Salmas. defens.  
miscell. c. 17. &c. Verum in omnio.  
Mss. & edd. vett. Nepotis legitur  
necis caussa. v. not. nostras.  
Dies, quem diem sic univ. civit.  
prosecuta est. i. e. quem discessum,  
sive quod discessus ejus tempus. Dies  
pro eo quad per diem accedit. v. not.  
& quis ibi laudavimus. Ita Iann.  
12, 27. & Marci 14, 35. ~~εργα~~ pro  
eo quod in ea suscepimus erat dies  
induciarum praeterit, sc. ultimus  
terminus, meia. 17, 3, 1. de qua vid.  
H. Grot. de J. bell. & pac. 3, 21.  
4. Pessis etiam capere, pro tempore  
induciarum rato, Boecl. Sic Cr. ep.  
14. ad Tironem: dies promissorum  
adest. Locc. diem obire, mori,  
subire, supremum, quac integra physi-  
sis reperiuntur 1, 7, 6, 7, 10, 6, 10, 2,  
5, 20, 5, 4, 21, 1, 2. v. inf. suprem.  
diem certam praestituere aliqui sc.  
ante quam redire abeat dominus 12,  
3, 1. diem noctemque navem in  
falo tenere 2, 8, 7, 3ic: dies no-  
ctesque iter facere 14, 42, 4. in  
diem emere, ut solvas post aliquod  
tempus sive ad certum diem 15, 9, 5.  
Sic injure. R. in diem addictio.  
item ad diem pecunia promissa.  
L. 77. de verb. oblig. in diem le-  
gatum. L. 111. 9, 3. quando dies u-  
Fff 4. suspe*

# I N D E X

- susfr. leg. cet. Loccen. usque ad  
 hanc diem hoc tempus 23, 2, 5. die  
 ipso colloquendi (pasillo ante tem-  
 pus dixerat) 14, 11, 2. die natali  
 maxima fecit praelia Tim. 20,  
 5, 1. in dies 25, 21, 4. dieb. pau-  
 cis sub. in; intra paucos dies 23,  
 10, 4. v. Vorst. de Lat. falso susp.  
 pag. 222.
- Differre** in nulla re a privato 17, 7,  
 4. differre rem in crastinum, re-  
 jicere 16, 3, 2. differendo negare  
 5, 4, 2. οργος πρωπικη, cuius fun-  
 damentum explicare illa Senecae pos-  
 sunt 1. benef. 1. distulit, i. e. ti-  
 mide negavit. & mox: qui tarde  
 fecit, diu noluit. it. lib. 2. c. 5.  
 tarde velle, nolentis est. Boecl.  
 dilato rumor, emanato, disperso  
 10, 10, 1. Ita plane loquitur & Sue-  
 ton. Aug. 14. Idem in Jul. 13. fa-  
 ma diffulit. Tacito absolute est dif-  
 fertur An. 3, 12, 6, & 4, 25, 5. Si-  
 mili phras. Terent. Hean. prol. 15.  
 differre rumeores; Tacit. A. 1, 4,  
 2. ac Petron. differre aliquem ru-  
 moribus; Sicut Livius 34, 49. fer-  
 monibus. Virgilius Aen. 8. Diditur hic  
 subito Trojana per agmina rumor.
- Difficillima** natura, sub. homo vel  
 vir 25, 5, 1. quam & asperitatem  
 vocavit, qua praediti vocantur Phi-  
 losophi διστολαι, δυστολαι, qualcum  
 διστολαι Terent. in suo Demea; in quo  
 tamen & alia concurrunt. difficile  
 fuit judicare 25, 12, 5. sicut difficile  
 sit judicari 25, 16, 1. ut difficile  
 sit intellectu 25, 15, 21.
- Dignus** memoria, οργομεμπόνοιστοι, <sup>οργομεμπόνοιστοι</sup>,  
 celebrari dignus ad posteros 13, 4, 4.  
 si qua digna memoria erunt, di-  
 gna cogniti 15, 1, 4. non satis di-  
 gnum summorum viorum perso-  
 nis genus scripturae conveniens,  
 congruent, ex illorum dignitate, praef.  
 1. v. not. Sic ap. Val. Max. 9, 2.  
 tormenti genus haud dignum pas-  
 so, auctorib. dignissimum.
- Dignitas.** ad hanc dignitatem per-  
 duxit hunc agellus, de honorib.  
 summisque potestatib. a populo delatus,
- 19, 1, 4. Sic dignitate regia esse  
 non auctoritatem modo, sed potesta-  
 tem regiam notat 1, 2, 3. dignitas  
 equitris, de ordine & nobilit. equi-  
 tum R. 25, 1, 1. dignitati servire,  
 consulere exsuffatione & honori suo  
 25, 6, 5. dignitas magna corporis,  
 augusta corporis forma, consilios in  
 magnitudine, proportione, & pulchri-  
 tudine, Loccen. 10, 1, 2. dignitas  
 honesta, mascula & viro digna pul-  
 chritudo, si tolerari debet haec lectio.  
 18, 11, 5. grandius dicitur, quam ve-  
 nustas, aut pulchritudo, ita dignitas  
 formae saepe, το ειδος αγοραν τυχεν-  
 ιδος. [v. Thes. Buchneri.] etiam de  
 feminis usurpatur. Zenobiam di-  
 gnitate formae haud degenerem  
 reputaram, auctor est Tac. 12, 51,  
 4. i. ex forma supra vulgarem angu-  
 gesta, pro generosa agnita. Boecl.  
 adde not. ad h. l. dignitate portus  
 urbem aequiparat pro splendore &  
 visenda rei specie 2, 6, 1. dignitate  
 vitae omnes superare 7, 11, 2, cum  
 splendoris jungitur, intelligiturque  
 το επιφορης μητρειας νη  
 χαραξος. Boecler. pro dignitate  
 vivere 25, 2, 2. Intelligitur hic di-  
 gnitas vitae exactae ad τα νεανισκα,  
 quae bonum sc. virum decet. Boecl.  
 pro dignitate hominis amplio fu-  
 nere efferre eum prout meretur il-  
 lius conditio ac fortuna 18, 4, 4.
- Digrediens** paullo ante discedens, 14,  
 11, 4.
- Dilabi**, fuga, & discessione, qua quis-  
 que potest, salutem petere 7, 2, 2.  
 Exempla & amplior. exposit. v. ap.  
 Muret. var. lett. 11, 5. Boecler.  
 dilabuntur copiae simul cum nun-  
 cio de nuda discessione 18, 3, 4.
- Dilegere** affinitatem alicujus eligere:  
 sic MS. Schotti 25, 2, 1.
- Diligere** puerum amore Venereo 4,  
 4, 1. (nisi tamen posteriora verba a  
 glossa sunt, quod Piccarto visum) v.  
 not. sic: diligi turpius quam par  
 est 22, 3, 2. diligi quam merui  
 maluit Timoleon 20, 3, 4. diligens  
 vegetatis, φιλαγαθης 15, 3, 1. dili-  
 gente

# RERUM ET VERBORUM.

gente patre uti 25, 1, 1. i. e. amante: nisi malis pro parco accipere, quomodo Ciceronem ea voce nisi obseruant Gifan. obs. L. L. pag. 70. Schopf. ep. de disc. Lat. L. pag. mibi 94. & Parens in Lex. Critico.

Diligens imperator (al. imperii) de ducis industria & strenua administratur. 9, 1, 2. Tali loquendi formula Tac. strenuus militiae 3. H. 42, 6. &c. Boecl. diligentia multa comparet in his libris 24, 3, 8. auctoris scil. diligentia omni affectare munditatem omni studio 25, 13, 5. minus diligenter hoc celatur proditur, detegitur ex negligencia 9, 5, 3. diligentia Epaminondae desideratur, φιλονομία, 15, 7, 1.

Dimicare, pugnare, praelium committere 7, 8, 2. mox: configere v. 3. sic: dimicare armis. armis cum. dimicare adversus quem, resistere, in aciem exire ad. 1, 4, 5. dimicare de summa imperii 23, 8, 3. de summis rebus 18, 10, 3. dimicare equitatu 18, 3, 6. in terra 2, 3, 1. Panlio latiore significatio dimicare cum aliquo est bellare, 9, 4, 3. sic: dimicatur in Asia bellum geritur 17, 2, 1. dimicare de fama in judicio, sub. conservanda, 13, 4, 3. Sic: Cie. pro Arch. dimicare de vita. Vorst.

Dimittere imperium deponere 20, 2, 3. vitam 23, 12, 5. amittere, ut loquitur Horatius 1, 1. seu negligere. sic: occasionem 1, 3, 3. &c. quod μερογενεῖας est, tempus rei gerendae 7, 8, 6. Priore formula usus & P. Syrus: Cavendi nulla dimittenda occasio. itemque Cae. B. C. 5, 57. posteriore idem Cae. 2, 21. Curtius dixit opportunitatem dimittere 4, 4, 1. non dimittere a se praeceptorem, non desinere ejus disciplina & institutione nisi 15, 2, 2. dimisit eum nusquam ab se, retinuit in convictu assiduo, 25, 4, 2. dimittere aliq. faucion ac fugatum 23, 4, 1. neminem nisi viatum dimisit 23, 3, 3. Elegans formula,

qua Graecorum δημοσιότητε καὶ σύγχρονη τὰς μάχας μὲν ὑπερχειρί, notatur. Boecl.

Dinon historicus 9, 5, 4. vid. not.

Diomedon Cyzicus Epaminondam frustra tentat corrumpere pecunia 15, 4, 1. & seqq.

DION Syracusanus describitur a bonis fortunae, animi, corporis 10, 1, 1. & c. 2. Dionysio intimus v. 3. legati-nibus adhibitus v. 4, 5. Platoni Syracusas accito deditus c. 2, 2. & 3. similitatem tacitam cum Dionysio exerceat c. 3, 1. mox suspectus Corinthum dimittitur c. 4, 1. uxore & filio spoliatur v. 3, 5. bellum parat tyranno c. 5, 1. Syracusis potius & ad partiones tyrannum redigit v. 3. &c. adversis conficitur c. 6. multa impotenter agit c. 7, 4. Callicrate quodam simulata amicitia decipitur c. 8. & interficitur c. 9. post mortem controverso affectu desideratur c. 10. ejus caedis mentio etiam 20, 2, 1.

Dionylius prior diligit Dionem 10, 1, 3. &c. c. 2, 1. ejus causa Platonem accersit v. 2. somno Sopitus obit. v. 5. idem fortis, continens, ambitiosus, felix 21, 2, 2. & 3.

Dionylius filius Platonem & Philistum accersit 10, 3, 1. &c. Dionem ingenis praestantia suspectum Corinthum dimittit c. 4, 1. a quo bello petitus ad partiones redigitur c. 5, 5. & 6. Dionne interfecto rursum Syracusis potius est. 20, 2, 1.

Dionysiorum tyrannis 10, 1, 1.

Dionylius Theban, musicus 15, 2, 1.

Dirigere cursum, quo intend. navigando provehi, ad term. itineris contendere 1, 1, 6. v. sup. curr. eo dirigere navem sc. ad portum. 12, 4, 2.

Discedere ab aliquo abiit 7, 8, 5. domos suas 2, 4, 2. discedere inter se longe, a se invicem 18, 8, 3, hospes qui nunquam discedere voluerat qui semper eum comitatus fuerat 7, 10, 5. discedere a judicio capit 15, 8, 5. sic: discesserat aliquoties liberatus sc. a judicio, 19, 2, 3. discedere pari praefilio 5

# I N D E X

- lio, ut noster vicerit, acquis manibus abscedere 2, 3, 3, discessit superior, victoriam reportavit 14, 8, 4. 22, 1, 2, 23, 1, 2. superior praelio 18, 10, 2. respondet formulae antea laudatae, victum a se dimittere. Boecl. discedere infectis rebus a pugna, omisere oppugnationem, 1, 7, 5. ubi tamen illa a pugna melior. libris absunt. v. not.
- Discere**, cognoscere, intelligere praef. sicut docere aliquando est expone-re. v. docere. discitur facilime ex hoc quod quis studiosus est audiendi 15, 3, 2.
- Disciplina** militari erudire exerci-tum 11, 2, 4. nobilitati 11, 1, 1.
- Discrimen**, in magno discriminare esse pericula 14, 5, 4.
- Disertus** 13, 1, 1. diserte dicere 15, 3, 2. disertissimus omnium Graecae linguae eloquentia 7, 2, 1. in libris vulg. & Mss. Boecl. ac stro-que Bavario. Verum in aliis est di-tissimus. v. not.
- Discumbere** temporius maturius coe-nare Fr. 6, 1.
- Disjicere** copias alicuius dissipare 1, 2, 1. Ita Caes. B. G. 1, 25. disjecta phalange. Tac. 2. A. 45, 3. disjectas per catervas. disjicere munitiones 18, 5, 7. arcem a funda-mentis destruere, demolire 20, 3, 3. sic: domum 23, 7, 7. disjecta moenia 20, 3, 2. sic & Livius 24, 2. disiectus est ille globus con-fessionis dissipata societas, privato aerario constituendo deflinita 25, 8, 4.
- Dispaltati** in agris 6, 1, 2. dispalata multitudo 23, 5, 2. palabundi & dispersi passim vagantesque. Cie. & Caes. palantes. Sesenna hisp. 3. dis-palati ab signis, dispersi omnes ac dissipati. v. Nonium c. 1. 250. Gellius 1, 11. ne sparsi dispalati que prouerent. paulo diverso si-gnificatu Saltusius (sive quis alius auctor est) epist. 2. de rep. ord. cap. 13. Haec multitudo in artes vi-tasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens. nam hic animorum distractio & separatio, ibi corporum, innuitur.
- Dispensare** pecuniam 9, 4, 1. de ea, quem ταμιεῡ Graeci vocant, pecunia cogendis, administrandisque praefecto. dispensator aliquando dicitur: (ser-vile alias id nomen:) v. Marcell. Donat. in Suet. August. 67. Adde Thes. Buchneri & ibi laudatus.
- Dispertere** bona militibus 10, 7, 1. servis unguenta, coronas, men-sam secundam 17, 8, 4. disparti-untur regna familiaribus, passive 18, 2, 1.
- Dispicere** hujus consilium plerisque non probant 2, 3, 1. huic crudeli-tas illius improbat 10, 1, 3. pluri-bus cum nonnulli dicunt nolunt ad-sentiri 4, 5, 5.
- Dispositi** ab imperatore milites, in acie stantes paullo ante: ordinati, 11, 2, 2.
- Disputare** de rep. differere 15, 3, 3. mox: sermonem habere, in disputanda Philosophia, seu, ut Schot-tus edidit, disputando versari. Fr. 5. 1. v. not.
- Dissentire** ab aliquo 24, 1, 3. dissen-sio oritur inter hunc & illum diffi-dunt, unde mox factio 10, 6, 3. disensione unius disjicitur glo-bus confessionis quod ille con-sen-tire nollet 25, 8, 4.
- Dissidere** ab aliq. de rege bellum cum alio gerente 23, 10, 2.
- Dissimilis** hujus, factis, moribus 12, 3, 4.
- Dissociati** civium animi, de civ. di-scord. 2, 5, 2, 2.
- Dissolvete** regiam potestatem, ab-rogar. ita Graeci καλαντες, 6, 3, 5. dissolvitur societas, sc. inter amicos Alex. 21, 3, 2.
- Dissolutus**, neglectum legis, boni moris, estimationis sign. 7, 1, 4, haec dissolutio (ita cum vocat Treb. Poll. in Valer. jun.) contemptum parit: sicut flagitia & iniquitas prin-cipum, timorem. Ut sententiose lo-cutus sit Pollio, cum dixit: Non est quidquam ad audaciam malis, ad spem bonorum bonis promi-tius, quam cum vel malis time-tus a

# RERUM ET VERBORUM.

tu, vel dissolutus contemnitur  
Imperator. in Gallien. cap. 5. Boecl.

Distrinerti litibus, vexari ac distracti 25,  
9, 4.

Distracti, non prius distracti sunt  
quam de pugnantibus & inter se  
complexis 18, 4, 2.

Districtus tantis bellis, occupatus 23,  
13, 2.

Diversi discidunt, in diversas partes  
14, 11, 3 postea: quo diversus a-  
bis? Aen. 5, 166. Boecl.

Dividere agros civibus partiri, distracti-  
buere, assignare, 5, 2, 5. bona ci-  
vium; paullo ante: dispartire mili-  
tib. 10, 7, 2. inter se bona publi-  
cata 8, 1, 5. copias hiatum, in  
hiberna distracti 18, 8, 1. ubi-  
tamen alii leg. dimisit. v. not.

Divinus (de Attico) 25, 9, 1. qui ea  
parte prudentiae, quae divinatio sive  
providentia dicitur, valet. restitu-  
dine, inquam, constantiaque confitit  
ac propositi. Ita Boecl. Videri possit  
potius idem esse ac divinandi peritus,  
(quomodo alios hac voce usos, docent  
Buchner. Thes. Parenz in Lex. Crit.  
Reines, epist. ad Fred. Helmium,  
aliquique:) siquidem divinatio in seqq.  
retineri deberet. Sed ea merito su-  
specta est, legendumque forsan divina;  
ut ita vocetur bonitas naturalis.  
Vide paullo post divinare, divina res  
conficitur sacrificatur. Iovi hostiae  
immolantur 23, 2, 5. Nonius c. 4.  
facere rem divinam, religionibus  
exhibere. v. not. in Sidon, 5. ep.  
17. Savaro. Sic Cic. 1. divin. cum  
res divina fieret. Et divinam rem  
facere, Plautus ac Livius: res di-  
vinas perficere, Virgil. Aen. 8.  
Loccen.

Divinare de exitu. θόρης θεαί τινά  
χρηστού εἰπεῖν, inquit Diodor. 17,  
6, 1. divinatio est prudentia 25,  
16, 4. v. not. divinatio appellan-  
da est perpetua naturalis bonitas  
25, 9, 1. Ita quidem libri omnes editi  
scriptaque. sed Buchnerus mallet legi  
divinitas, quod etiam Schottus in  
spentem venerat. v. not. Conjecturæ

summi viri favens, quae toto iſhōe  
capite subiiciuntur. niſi tamen malis  
divina legere, de quo nos in Adden-  
dis ad notas h. l.

Dives. ditissimus eloquentia Grae-  
cae linguae 7, 2, 1. uero unig. eſſ  
disertiss. v. not.

Divitissimus. 19, 1, 2. denuo notas adi.  
Divitias orbis terrarum accipere  
nolle pro carit. pariae ψευδο-  
uōe de summo pretio, 15, 4, 2. di-  
vitisi ornate cives 2, 2, 3. alibi:  
locupletare.

Diutina contentio 13, 2, 2. pax 15,  
5, 4.



Divum. sub divo 4, 5, 2. & iuxta  
Savar. & alios 18, 5, 7. (Sed v. not.)  
i. e. in aperto aere, non sub tecto.  
Scripturam hanc ē MSS. Codd. No-  
stro, itemque Lucretio 4, 211. Ci-  
ceroni 1. in Verr. c. 19. Horatio  
3. Od. 3, 23, 1. Od. 18, 13. ac 3.  
Od. 2, 5. Suetonio in Jul. 72. &  
Aug. 82. dudum Gifanius, Tor-  
rentius, aliquie afferuere. Antea  
namque ferme ubique sub dio lege-  
batur; quod Feltus Σπή τε διε δι-  
ctum vult. Rettius Varro de L. Lat.  
4, 10. qui ab antiquo Diovis derivat.  
Unde Horat. 1. Od. 1. sub jove  
frigido, i. e. sub divo, in aere fri-  
gido.

Divus. Σερθεδεὶς consecratus. Absolu-  
lute ponitur pro Julio Caesare,  
25, 19, 2. conf. not. nam & hoc in-  
ter arcana firmandae dominationis fla-  
gitia inventum. Boecl.

Docere, exponere, narrare 1, 6, 1, 16,  
4, 1. ostendere, demonstrare 14,  
5, 3. 17, 2, 1. docere lectores ex-  
emplis 25, 19, 1. docere aliquem  
musicam p̄aeſ. 1.

Docilitas ingenii 25, 1, 3.

Doctor literarum graecarum 23,  
13, 3.

Doctrina multa comparet in hoc li-  
bro, eruditio 24, 3, 4. doctrina,  
non natura solum, hoc fecit 25,  
17, 3. doctrinae, doctrinarum co-  
gnitio & proficiens 15, 2, 2. doctrinae  
pue-

# I N D E X

- puerilis aetatis, quae tradi solent pueris,** 25, 1, 2.
- Dodona.** Urbs Chaoniae in Epiro: Iovi sacra. Pro oraculo Dodonaeo sive potius sacerdotibus oraculi 6, 3, 2. v. Plutarch. in Lysandro.
- Dodrans.** ex dodrante heres 25, 5, 2. novem partes hereditatis intelligend. cum dodrants novem partes sive uncias assis ex 12. sc. alias significet. Nam assis vocabulo hereditatem totam; 12. partibus assis partes hereditatis appellari omnes noverunt. v. Budae. de ase. Donat. ad Suet. Jul. 83. &c. Boecl. add. not. Ernstii & Gronov. de pecun. vet. 3, 10.
- Dolopes Scyrum obtinent**, 5, 2, 5. populi Theffaliae.
- Dolor desiderii**, ex desid. concept. 25, 4, 5. tantum indulxit dolori, ut eum pietas vinceret 21, 1, 4. **Sensus**: indignatione justa in scelus matris & vindictam ita exarxit, ne obliuisceretur interim, matrem esse, super eius facinore doleret. Igitur filii officio animoque dolor irritati conjugis est coercitus. Boecl. dolore incendi 6, 3, 1.
- Dolo pugnant**, qui pares non sunt armis 23, 10, 4.
- Domesticis rebus** (*vel, ut alii, opibus*) robustus 23, 10, 2. v. not.
- Domicilium**, sedes 17, 3, 1. sibi constitutere, habitandi locum 2, 10, 2. **domicilium imperii orbis terrarum** erat in ea urbe, de Roma 25, 3, 3. quasi fortuna imperii ibi habibaret. Tac. caput rerum 1. A 47, 1, urbs, unde in omnia regimen 3. A. 47, 2. Cicer. **domicilium imperii atque gloriae** 1. de orat. 23. Flor. definat. **hominum ac deorum domicilio civitas** 1, 13, 18, 1d. Imperii **sedem caputque terrarum vocat** 1, 7, 8. &c. v. Clapm. de arcan. 2, 20.
- Dominatio perpetua** 1, 8, 3. pro imperio & potestate. Ita enim **curvatur puer** vocatur 1, 3, 5. dominatio unius libertati omnium opposit. 1, 3, 6. dominatio, de intemperantia, quo in alios affectatur imperium 2, 7,
6. Sie: impotens Atheniensium dominatio 6, 1, 4. de imperio ut capto occupatoque, adeoque de tyrannie. Sic: dominatio Persarum 1, 3, 4. v. Clapm. de arcan. 3, 2. ejusmodi dominationis cupiditas & cura intelligitur in Lacedaemoniis 2, 7, 6. v. Clapm. 3, 7. ejus parandae artes & flagitia 6, 1, 4. & 5. de quibus Idem 2. c. 9, 15, & 19. Alia dominationis flagitia 8, 1, 5. v. eundem Clapm. 5, 5, 10. tale est 10, 4, 3. & 4. adde Justin. 1, 7, 12. ubi not. Cl. Bernegg. dominationis firmandae obvia flagitia suspicio & crudelitas 12, 2, 2. Boecl. **Dominatus**. pro *μαγεψίᾳ* oppos. regno, quod nomine tale est, non potestate 21, 1, 2.
- Dominus navis**, 2, 8, 6. v. *navis*.
- Domus**. pro *aedibus*. Domus (*eius*) sic erat instructa, ut nulla in re difficeret cuivis inopis atque privati, *Gracorum imitatione*, pro & *cuiusvis* inopis atque privati v. not. 17, 7, 4. domi nati domique facti artifices Attici, in domo ejus genti, educati, instituti, non aliunde emit conducive 25, 13, 4. domus amoenitas non aedificio sed silva constabat, 25, 14, 2. in domum (*vel, ut alii, domum*) suam nihil unquam contulit Agefalaus 17, 7, 3. domum Hannibal a fundamentis disjecerunt Poeni, tanquam proditoris & majestatis res 23, 7, 7. Sic Romani etiam solabant. **Notum est** Acquimellum apud Livium 4, 16. Sic M. Flacci & Saturnini penates ab imis fundamentis eruti sunt. v. Val. Maxim. 6, 3. Politicos passim, & in his Piccart, observat. dec. 3, 1. in domo sua facere mysteria, domi suae, ut vulgo loquimur, 7, 3, 6. domo se tenere 15, 10, 3. Sic Cicero pro domo sua: domo me contineo. Virgilii Georg. 3. Hunc quoque, ubi aut morbo gravis aut iam seigner annis deficit abe domo. Domus pro loco domicilli. Domum Chersonesi habere, **domicilium & fixam** sedem 1, 2, 4. domi creati deceni

## RERUM ET VERBORUM.

**praetores**, in ipsa urbe Athenarum 1, 4, 4. domo proficiisci 1, 1, 5, 1, 2, 4. domo nuntias ei venit. Lacedaemon 17, 4, 1. domos suas dilcedere, 2, 4, 2. Domus pro familia seu gente. domus & familiae Philippi inimicissimi 18, 6, 3. in domum alicujus plurima mala inferre; familiam alicujus multis damnis afficere 2, 9, 2.

**Domesticae res**, vires propriae, infiniae 23, 10, 2. domestico summo genere erat 18, 1, 3. ita *magistratus* domi nobilis.

**Donari** magnis muneribus 2, 10, 2. 9, 4, 2. praemissis, 17, 3, 2. coronis aureis 7, 6, 3. v. *Coron.* monumento sepulchri 10, 10, 3. v. se-pulchr.

**Donicum pro donec** 22, 1, 4, qua voce & Plautus, Cicero, Lucretius, alii usi. v. *Solipat.* *Charis.* lib. 2. *Inscr.* *Gramm.* p. 178. & Gifan. Ind. *Lucret.*

**Donum Deo dare** 4, 1, 3. inter solemnia. Sic enim scrib. D. D. vel D. P. i. e. donum dedit, donum posuit. Vide de more toto diis dona figendi, dicandi, sacrandi, usque inscriptiones addendi Brisson. formul. lib. 1. & Tomasin. de *Donariis*. Proprie redditum Poëta *μνημα απαριθμητ.* v. not. Dono sibi dati Indi quidam a Rege Baetorum Fr. 7, 2.

**Dotibus de acrio communis datis** collocatae Aristidis filiae 3, 3, 3. Notandus mos, quo Resp. olim viorum bene meritorum filias pauperes ab indoritis nuptiis liberalitate sua vindicavit, ut loquitur Val. Max. 4, 4, 10. ubi Romanis quoque hanc lawdem defert. Boecl.

**Drusilla** natus Tiberius Claudius Nero, Coniuge scil. Tib. Claudi Neronis, quae post Augusto nupsit, *Livia Drusilla*, 25, 19, 3.

**Dubium nemini est** 9, 1, 3. dubium esse nemini debet 23, 2, 5, sine dubio 17, 7, 1. haec formulae affirmant rem.

**Dubito**, an Thrasybulum primum

omnium ponam, eleganter proponam ponam, vel, eo inclino, ut ponam 8, 1, 1. Cl. Vorstius sic reddidit: fortasse ponendus est. non dubito fore plerosque, qui &c. Praef. 1. non dubitabat se consecutum 7, 9, 5, se habiturum 6, 3, 5. nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum 23, 11, 2. Cicero & Terentius dixissent: quin futuri sint, quin consecuturus sit, quin habiturus sit, quin scriptum sit. Lambin. non dubitavit committere praelium 23, 11, 3. configere 16, 5, 3. de fiducia & promoto conatu. ne dubitaret ducere 23, 2, 4. venire 17, 4, 1. ut omnino venire, vel, ne differret ducere, venire. ita Flor. 1, 7, 6. & Curt. 6, 4, 14. Terentius dixisset: ne vereretur ducere, venire.

**Ducere exercitus** 18, 13, 1. exercitum aduersus aliquem 15, 7, 3, naves ex Syria in Asiam 23, 8, 4. aliquem in errorem, sic vulg. edd. sed nos e MS. edidimus inducere 23, 9, 3. aliquem in convivium praef. 6. pro quo Noster ibid. v. 7. dicit: adhibere aliquem in convivium. ducere feram bestiam capram, vinclam agere 14, 3, 1. duxit secum Hamilcar filium Hannibalem in Hispaniam, de contubernio 22, 3, 1. ducere aliquid fecum, de auro s. thesauro 23, 9, 4, ducere, existimare, credere 7, 7, 2. ducere laudi, tribuere Praef. 4. ducere bellum, protrahere 14, 8, 5. ita saepe Cic. Caef. alii. opp. sedare bellum ibid. v. seq. ducere bellum quam diutissime, eod, signf. 7, 8, 1. Quanquam Cl. Vorstius, quem vide, priore loco duci bellum interpretatur bellum geri. Non, inquit, dicit Cornelius, Anthophradatem, quod videret bellum duci majore Regis calamitate quam aduersiorum, facisse eum belli compendium & celester bellum consecuisse, sed hortatum esse ad pacem. ducere tempus quam longissime, cunctando extrahere 2, 7, 1. ita Cic. Verrin. 3. Tac. 2. A. 34, 5. Caefari 1. B. G. ejus diems

# I N D E X

- diem ex die trahere. Loccen. ducere uxorem 15, 5, 5.
- Duci adversus aliquem sc. militatum. 18, 3, 4. duci sc. cum praesidio. sic vulg. edd. sed nos edidimus: deduci, 15, 4, 5. duci ad mortem 19, 4, 3. duci non magis amore, quam more impelli, moveri 5, 1, 2. v. supra. amor. caritate patriae 7, 5, 1. studio philosophiac, teneri 25, 12, 3. suspicione falsa 10, 10, 1. omnium opinione vietorem, credi, existimari 17, 3, 6. poena dignum 3, 1, 3. duci continentis debet, non intemperanter concupiscere 25, 33, 4. v. Ellipsis.
- Ductor legatus, fortassis princeps legationis v. not. 15, 6, 1.
- Ductus, opera in gerendo, administrandoque bello. Sic: Pausaniae ductu Barbari apud Plataeas deleti sunt 4, 1, 3. quorum ductu res male gestae, 14, 5, 4. differt ductus ab auspicio, quippe quae ad summam fati & fortunae pertinent; interdum tamen conjunguntur, ubi idem auctor ait. Boecl. v. Brisson form. 4. add. Boecl. de asp. reg. 1, 11.
- Dulcius nihil potest esse his libris, sc. cogniti 25, 18, 4.
- Dum, donec. expectandum, dum se ipsa res aperiret 4, 3, 7. ita saepe Cicero. Dum de re praeferri. dum res conficeretur, procul in praesidio fuit 20, 1, 4. Terentius dixisset: interea dum res conficeretur, vel, dum res conficeretur, inter ea procul &c.
- Duplicare modum hastae, duplo fere longiores facere hastas, quam fuere antea 11, 1, 4. v. not.
- Duplici amiculo circundatus 14, 3, 2. v. amiculum.
- Duritia sc. in vici culinque 7, 11, 4. Sic Plautus Mosell. 1, 2, 75. parsimonia & duritia disciplinae aliis eram. Loccen.
- Durum adolescentiae initium, aspernum & calamitosum 5, 1, 1.
- Dux manus, qui parti copiarum praefit 16, 4, 2. opp. Imperatori, qui totis, dux Spartaec, a Spartanis con-
- stitutus 4, 2, 3. dux summus 9, 23, 3. dux postulatus a Corinthiis 20, 2, 1. dux fortis & prudens 9, 4, 3. dux belli imperitus 15, 7, 1, &c. 4. Ducum vitia 25, 16, 4. ducum princeps, praecipuus 14, 5, 1. Dux non est a majoribus rebus ad rem parvam abstrahendus, ibidem. Duce mutato mutatur fortuna 7, 5, 5. 22, 1, 2. Dux resipilli bellum timeat 9, 4, 3. Dux praeclarus absentia quid noceat 9, 1, 2. Dux perniciis certum viatoriae apud hostes momentum v. Grut. disc. ad illud Tac. 4. H. 34, 9. ac forte Civilis lapsu equi prostratus credita per utrumque exercitum fama, vulneratum aut interficatum, immenso quantum suis pavoris, & hostibus alacritatis indidit. duce Pausania Mardonius fugatur, i. e. Pausaniae opera 3, 2, 2. 4, 1, 2. duces bellorum 24, 3, 4. duces mari, Saracener & tropis, 13, 2, 2. duces & terra & mari, de principatu in Graecia 3, 2, 3.
- Dynastes Paphlagoniae (de Paphlagonia v. infra suo loco) 14, 2, 2. dynastae 17, 7, 3. Non asequitur usum hujus vocis Marcell. Donat. ad Sueton. Tiber. 26. dum de magistratus plurim & proceribus civitatis capit. Unde nunquam in singulari dynastam apud scriptores observari, ait sc. quod vel ex Nostro promtum est refellere. Ne arcessamus rem longius; locus sc. qui prae manibus, uterque lucem adserit dubiis scriptorum assertionibus. In priore enim Thyus dynastes Paphlagoniae vocatur. interpretetur nobis Atheneus; ille regem Paphlagoniae vocat. (sicut ipse Nepos c. 3, 4. nobilis regem.) recte. ita enim vocari possunt & solent reguli, toparchae &c. ut mox patet, ita Scriptura cuiuslibet civitatis dominum regem vocat. Strabo Persidis, Mediae, Assyria, Parthiae toparchas, dynastes appellavit. Quos reges etiam dic potuisse probatur exemplo reguli Adiabenae; quem Strabo in 16. vocat simpl. apparet principem: Josephus vero regem.

qui

# RERUM ET VERBORUM.

qui ē alibi Abennerigum quendam  
Σταύρον χρόνον. Caecilia regem  
castris Spalini nominat. quem Casaub.  
(qui in exere. 2. ad Baron. annal. hacte  
differit) non multo fuisse maiorem re-  
ge Yveroti Normanico suspicatur.  
Adibeaetur jam alter Nepotis locus,  
ubi diserte reges, dynastae, civi-  
tates distinguntur: ut dynastae non  
intelligantur magistratus civitatis,  
sed reguli, & certi loci tractusque  
domini. Tales ferme hodie Comites,  
Barones &c. Gradus. Cicero Philip.  
11, 12. ita exprimit: reges, terrar-  
chas, dynastas. Scriptor de bell. Alex.  
64. reges, tyrannos, dynastas:  
Ceterum Paphlagonium (dynasten,  
cum Cappadocias satrapo, exarcho  
Longobardorum, Cretensium Cosmis  
&c. comparat Alex. genial. dier. 4,  
23. quem vide. Boecl.

## E.

**E** Contrario 11, 1, 4. 22, 1, 2. &  
in quibusd. edd. 18, 1, 5. v. sup.  
contrario, e regione, ex ad-  
verso 1, 5, 3. e repub. gerere ho-  
nores, ad utilit. publ. 25, 6, 2. e  
vultu cuiusdam intelligere aliquid  
4, 5, 1.

Edere. edit in vulgus Mithrobarza-  
nem prosectorum suo iusli, i. e.  
ru/o rumorem spargit 14, 6, 3. sub-  
rumorem, vel simile nomen. Neque  
enim postrema ista cum verbo edit  
confringuntur, ut vult vir doltus.  
Plene Liv. 3, 33. ad rumores ho-  
minum de unoquoque legum capite  
editos. Curt. 3, 3, 7. Vatum responso, quod edebatur in vul-  
gus. Edere per litteras, quae  
quis cogitat, sic edd. vulg. 9, 3,  
3. ubi nos edidimus agere v. not. e-  
diti in vulgus libri 25, 16, 3. sic  
& Tact. 15, 63, 4. editis manda-  
tis per alium confidere, quod quis  
studet 9, 3, 3. sic Cicer. dixit edere  
postulata Verr. 5. & Jcii edere  
actionem, rationes, instrumenta  
&c. Lamb.

Editus locus, altior 17, 9, 2. editum

conclave 10, 9, 1. v. not.  
Editum censoris 24, 2, 3.  
Educati in domo alicujus 7, 2, 1.  
Educere copias ex urbe 1, 5, 2. ex  
classe 5, 2, 3. e navibus 1, 7, 2.  
educere exercitum 14, 6, 5. ia-  
ciem 18, 3, 6.  
Efferre, quae attuleris, asportare 15,  
4, 5. fortuna extulit hunc, evexit  
10, 6, 1. sic: efferre laudibus, ex-  
tollere 7, 11, 1. 6, 4, 2. efferti in  
coelum laudibus 10, 7, 3. efferti  
aliquem amplio funere, exportare,  
exponere, 18, 4, 4. suo sumtu 5, 4,  
3. matrem 25, 17, 1. propria vox  
de sepultura v. Kirchm. de fun. ini-  
tio l. 2. Hoc sensu efferti 10, 10, 3.  
3, 3, 2. 25, 22, 4. elatus semianimi-  
mis de templo 4, 5, 4. semivivus  
exacie 18, 4, 4. efferti secunda  
fortuna, magnis opibus 7, 7, 3.  
sic: efferti victoria, insolescere, in-  
superbiā corrupti 4, 1, 3. clara  
elatus v. infra.

Efficere nihil non posse, omnia ob-  
tinere posse, quae cupis 7, 7, 2. per  
aliquem, ut, carare, ut est in qu.  
edd. 15, 4, 5. effectis his rebus, ut  
17, 3, 3. 25, 12, 1. efficere classem  
2, 2, 3. ante aedificare.

Efflare animam, mori 4, 5, 4.

Effringere fores, 10, 9, 6.

Effugere invidiam 2, 8, 1. insidian-  
tes sibi 23, 6, 4. effugere ex praefi-  
sidiis 18, 2, 5. ex vinculis publicis  
4, 2, 2.

Effusus honores, largi nimium, & quā  
ad prodigalitatem quādam interpre-  
tari possunt, Buchn. tenūibus & rati-  
nis opp. 1, 6, 2. Sic effundere fortu-  
nas & pecuniam dicuntur prodigi,  
metaph. ab aquis ducta. effusae lar-  
gitiones, immodicæ 25, 6, 2.

Egredi navi 7, 6, 3. egredi extra  
vallum nemo est ausus. castrorum  
vall. intellig. 23, 5, 2.

Ejicere urbe & insula secessores vete-  
res 5, 2, 5. aliquem ex rep. 7, 4.  
6. in exilium 16, 1, 4. in ignem  
vestes, projicere. nam bona est letio.  
7, 10, 5. v. not. ejici ex civitate  
2, 8, 1.

Ejus-

# I N D E X

- E**iusmodi. id ejusmodi erat, ut, eleganter de effectu & ἐργείᾳ 10, 7, 2.
- E**labi 18, 4, 1.
- E**laborare cupide, ut &c. niti, contendere 3, 1, 4.
- E**lata opibus insula 1, 7, 2. elata res, divulgata 10, 8, 4. Ter. Rhor. 5, 7, 65. vides tuum peccatum esse ciatum foras.
- E**latius se gerere, insolentius 4, 2, 1. Floro 1, 26, 8. efferre se altius & incivilius: Tacito 1. A. 12, 6. plus quam civilia agitare. v. Gronov. ad Liv. 37, 12.
- E**legans, non magnificus, sit oppositio inter cultum domesticum, vel eum modo & munditie, vel cum summa & splendore dispensatum 25, 13, 5. Boecl. v. not. add. Boecl. Chrestomath. Terent. elegantissimus Poëta 25, 12, 4. elegancia vitae, ad universi moris condecoriam referenda est 25, 19, 2. sic ab elegantia vitae M. Servilium Tacitus 14, A. 19, 2. ob eleganter altam vitam Zenonem quendam Livius 35, 31. commendant. add. Scheffer. ad Phaedr. 2, 3.
- E**lephantus ornatus. sic enim leg. non oneratus, ut Schottus vult. 23, 3, 4. v. not. elephanto ferocissimo comparatus Eumenes captivus 18, 11, 1.
- E**licere epistolas alicujus sc. occasione suppeditata rescribendi 25, 20, 2.
- E**lis 7, 4, 4. Urbs Eleae, regionis Peloponnesi, primaria, Homerii aetate vici formam adhuc habens, paulatim vero vicinorum hic commigrantium multitudine & opibus aucta. Ubb. Emmius gr. vet. tom 1. Iob. 2. pag. 24. seqq.
- E**llipsis Nominis Pactum, vel similis: quae Regi cum Lacedaemoniis essent 7, 10, 2. v. notas. Navis vel similis: ut haberet, qua fugeret ad salutem 10, 9, 2. v. not. Est civitatis ejus, partium harum, pluris, virtutis tuae; ubi semper nominativus aliquis sub audiendis. v. esse civitas. Ellipsis pro-

nom. frequ. miseranda vita, qui se metui quam amari malunt, pro, eorum, qui s. m. q. a. m. 10, 9, 5. sic: c. 8, 4. convenient, cuius de periculo timebant, pro ejus causa, cuius d. p. t. Talia sunt 2, 9, 1. 12, 4, 1. 14, 9, 4. 17, 3, 2. 20, 2, 4. &c. Ellipsis Verbi substantivi una cum nomine: non liberalis sed levis arbitrabatur 25, 15, 1. contentis debet duci 25, 13, 4. subaudiend. esse rem, negotium, opus &c. v. esse Ellipsis Verbi jam anno positi: nihil commutavit, nisi quid vetustate coactus est sc. commutare 25, 13, 3. non concupiscere, quod a plurimis videoas sc. concupisci, ibid. v. 4. parati facere, quod ipsum vidissent sub. facere 14, 9, 4. cum tempore ipso pervenissent, quo studuerant sc. pervenire 16, 2, 5. eo venit, quo studuerat sc. venire 14, 4, 4. Ellipsis Participii, existens vel verbi substantivi cum adverbio cum: seni Sillae fuit jucundissimus Atticus adolescens, cum esset adolescentis, Gr. νεώτερος αὐτοῦ 25, 16, 1. (nisi quis rō adolescentis pro participio habere malit.) Eumenes post Alexandri mortem, Imperator, exercitus duxit, cum esset Imperator 18, 13, 1. tribunus plebis interfectus est, cum esset tribunus plebis 25, 2, 1. quem puerum Pausanias dilexerat, cum esset puer 4, 4, 1. Epaminondae eloquentia eluxit Spartae, legati ante pugnam Leuctram, cum esset legatus 15, 6, 4. ultima tamen verba suspecta esse in not. dimicimus. Eumenes annorum XLV. sc. cum esset 18, 13, 1. qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, cum esset ex intimis regis, 9, 2, 2. Ellipsis Adverbii utpote vel quippe: ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit, ille, utpote qui in aliqua re &c. 10, 3, 1. Adverbii sicut vel similis, attigit poëticen: credimus, ne ejus experts esset suavitatis, pro, sicut credimus 25, 28, 5. Adverbii sa-

tius

# RERUM ET VERBORUM.

tius vel potius: statuit congregari, quam refugere, pro satius statuit &c. 14, 8, 1. sic saepe Tacitus. v. Voss. de construct. c. 9. Ellipsis Praepositionis ex: persuasit populo, ut ea pecunia classis aedicaretur ex ea pecunia 2, 2, 2. v. not. Praepositionis per vel intra: anno xxx. medicina non indiguit, intra annos &c. 25, 21, 1. Praepositionis in: bello cognitum est, pro, in bello 2, 2, 3. & mari & terra bellum inferre, pro, in mari, in terra 2, 2, 4. esse pericula, v. esse. Senectute obire v. feneat. incidit in invidiam, quam pater suus, pro, in quam 5, 3, 1. v. not. Huc pertinent ea aetate, dignitate regia esse &c. Ellipsis Conjunctionis &: equis, armis, viris, pecunia Africam locupletavit 22, 4, 1. adolescentis illustris, formosus, ib. c. 3, 2. sic saepe Cicero, alii. Conjunctionis ut: suafit, ne se moveret & expectaret 18, 6, 2. petierunt a rege, ne inimicissimum suum secum haberet sibique dederet 23, 12, 2. scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret 24, 10, 4. nisi dicas latere in his & similibus & ut in praeced. ne. his dat negotium, ad Dionem eant, pro ut ad Dionem 10, 9, 3. Conjunctionis quam: non amplius centum adolescentuli 16, 2, 3. v. amplius. Conjunctionis si, verbo tamen in participium mutato: quibus se oppresso nulla spes salutis relinquetur, pro, si oppressus esset, 1, 3, 2.

Eloquentia, inter artes viri civili & ad magna nescientia 5, 2, 1. eloquentia Epaminondae armis paria facit ibid. v. 4. v. Paschal. legatum, eloq. Platonis 10, 3, 3. antistat eloquentia innocentiae, id est, superat eam, valet contra eam 3, 1, 2. cum scil. ejus fraude damnantur boni, ut Quintus ait 2, 16. eloquentiae principatum tenere 25, 5, 4. eloquentiae satis habebat Cimon. 5, 2, 1. modus loquendi passim scriptorib. fre-

quentatus, v. Savar. ad Sidon. 9. epist. 9. eloquentia linguae Graecae disertissimus omnium, vel; ut alii, ditissimus 7, 2, 1. v. not.

Elpinice Cimonis soror 5, 1, 2.

Elucescere virtutibus, inclarescere 43 1, 1. elucet ex his illud, illud potissimum & ad gloriam illustre est 12, 1, 1. eluxit eloquentia ejus &c. 15, 6, 4. illustri argumento cognita est.

Emax, qui emendi studio ducitur 25, 13, 1. v. not.

Emere in diem v. sapr. dies.

Emendata dicuntur virtus virtutibus, quorum turpitudine per virtutes posited extincta ac oblitterata est 2, 1, 1.

Emergere altius, attollit honoribus, potentia, auctoritate 2, 3, 3. sic habent qu. edd. nos e MSS. melioribus edidimus eminere altius. v. not. emergere se ex malis 25, 11, 1. sic plane Terent. Andr. 3, 3, 30. &c. alii vett. v. not. Loccen. Tali formula dicitur: abstinere se cibo 25, 22, 3. erumpere se foras, apud Caesar. v. not. Ernstii.

Emetiri peragere. emensi quae intererant, Fr. 7, 2.

Eminere altius, honoribus, potentia &c. 12, 3, 3. v. not.

Emittere exercitum in Asiam bellum mittere, 17, 2, 1. animam expirare, exanimari 15, 9, 3. v. not. emitti sc. ex custodia 5, 1, 1.

Emphyletus 19, 4, 3. v. not. ad.

Enarrare vitam 16, 1. I. oppon. histor. scrib.

Ennius Q. poëta a Catone Rom. deductus ex Sardinia, magnique aestimatus 24, 1, 3.

Enumerare, per seriem narrare 6, 2, 1. & 23, 5, 4. familiam, de genealog. 25, 18, 3.

Enuntiare, deferre, revelare rem secretam 4, 4, 6. v. not. Ernst. sic saepe Cic. It. Caef. B. G. 5, 58. Justin. 5, 1, 1. Curt. 3, 6, 7. Add. Gronov. ad Liv. 9, 16.

Eo, in eum statum. Eo deduxit erat illa militum multitudo errore ducis, ut & 15, 7, 1. eo res utrumque perduxit, ut &c. ibid. c.

# I N D E X

8, 4. eo, ad illud tempus, usque eo  
ferrum in corpore retinuit, quo-  
ad renunciatum est vicis Boeo-  
tios. *ibid.* c. 9, 3. eo, ideo. eo  
nolebant configere clasę, quod  
pedestribus copis plus quam na-  
vibus valerent 7, 8, 2. eo non ac-  
cedit, quod nunquam cum fortio-  
re sumi congressus 18 11, 5. eo,  
intendendi vim in seqq. habet: id  
illi usque eo despicerunt, ut 16, 3,  
1. is usque eo virtue statum com-  
mutatum ferre non potuit, ut 10,  
4, 5. hoc usque eo tota Graecia  
fama celebratum est, ut 12, 1, 3.  
usque eo pro adeo. *Sic saep* Cice-  
ro. Sed tum absuit, eo que pejus  
res administrata est, 9, 1, 2 ne-  
que eo magis ex praeclio excessit,  
18, 4, 2. *Sie*: neque eo magis ar-  
cem Thebanis reddiderunt 16, 1,  
3. neque eo magis carebat suspi-  
cione 4, 3, 5. neque eo magis  
potenti adulatus est Antonio 25,  
8, 5. neque eo fecius Athenien-  
bus officia praestabat 1, 2, 3. ne-  
que eo minus privatis publicisque  
rebus interfuit 20, 4, 1.  
**Eodem**, in eundem locum, postquam  
eodem perfugit 10, 5, 1. eodem,  
unde erat profectus, se recepit,  
13, 3, 4.

**EPAMINONDAS** Thebanus, honeste  
natus 15, 2, 1. diligenter educatus,  
ib. &c. bonis animi ac virtutibus e-  
gregius c. 3, 1. &c. abstinentiae ex-  
emplum edit c. 4, 1. &c. dicta eius  
acuta c. 5. & 6. patiens fuit injuria-  
rum c. 7. retinet imperium distinx,  
quam per leges liebat c. 7, 4. &c. 5.  
accusatus ut se defendet c. 8. &c.,  
fortis in morte c. 9. uxorem nunquam  
duxit c. 10, 1. bello civili abstinuit  
v. 3. Thebas solus illustravit v. 4.  
Epaminondae impetus 11, 2, 5.

**Ephebus** factus est, ad pubertat. ve-  
nit 15, 2, 4. v. *Interpp.* ad Ter.  
Andr. 1, 1, 24.

**Ephesus** 17, 3, 1. olim a Caribus &  
Lelegibus habitata, post Colonia Athe-  
meniam & Ionum, principe Andro-  
cle, Cedri postrem regis Attici filio,

aucta, inter urbis Ioniae post Miles-  
cum multis sculpis maxima, ditissime,  
potentissima, Asia totius intra Tag-  
rum monum emporium nobilissimum.  
Ubb. Emmius tom. 1. vet. græc.  
pag. 106.

**Ephemoris** 25, 13, 6. diurnum Latini  
vocab. significat hic, libellum quoti-  
dianarum expensarum & erogationum  
v. Thes. Buchn. & Ernst. ad h. l.  
add. Loccen. Aliud signific. diurni  
commentarii ap. Suet. Aug. 64.  
in quos etiam dicta & sermones anno-  
tabant. v. Casaub. ad illam loc.

**Ephori** Lacedaemoniorum 2, 7, 2.  
penes hos summum imperium. ib. e-  
phor licet regem vinculis indere 4, 3,  
5, de horum potestate & offic. v. Ni-  
col. Cragium de rep. Lacedaem. l.  
2. cap. 4. add. Ubb. Emmius tom. 3.  
Græciae ver. pag. 122. seqq. Arni-  
sae. de Repub. 2, 6, 2. §. 30. seqq.  
& Meurl. Miscell. Lacon, 2, 4.

**Epigramma**, inscriptio, titulus, elo-  
gium; qualia donis adduntur, quae  
dii sacrabant 4, 1, 3. Brisl. formul.

**Epirus**, regio Græciae trans sinum Am-  
bracium versus occidem in ora ma-  
ris Ionii. Ubb. Emmius tom. 1. vet.  
græc. pag. 54. in Epiro Olympias  
habitat 18, 6, 1.

**Epirotæ** Pyrrhus 27, 2, 1. Epirotæ  
13, 2, 1.

**Epirotæ** possessiones, quas habet  
aliquis in Epiro 25, 14, 3.

**Epistola Themistoclis ad Artaxerxes** 2,  
9, 2. &c. epistolæ vincula lace-  
rare, vulgo laxare 4, 4, 1. v. not.  
epistolam solvere 23, 11, 3. episo-  
tolam accipere ab aliquo ad ali-  
quem 4, 4, 1 epistolæ Cicerois ad  
Atticum 25, 16, 3. epistolæ ver-  
boſiores 25, 20, 2.

**Epulari** luxuriosius 4, 3, 2.

**Epulum** magistratum Thebanorum  
soleenne 16, 2, 2.

**Equum** concitare in aliquem 16, 5,  
4. equo concitato vehi. 14, 4, 5.  
equi militares in conclusione, arte  
servati, ne scil. eorum praeter con-  
suerudinem opianum pedes (quod  
Plutarch. 1, 5, convivato prob. 4-  
air)

# RERUM ET VERBORUM.

uit) vitium contraherent, 18, 5, 4.  
Boecl.

Equitatu*m* omni praesesse 23, 3, 1.  
equitatus hostium arborum tractu  
impeditus 1, 5, 3. gaudet enim cam-  
po potius, v. Herm. Hugonis comm.  
de militia equestris l. 4, c. 5. equitatu  
valere 18, 3, 6.

Equestris dignitas 25, 1, 1. ordine-  
dins tertiusque Romae Plebi & Pa-  
tribus insertus, ut loqu. Plin. 33, 1.  
v. iterum Hugon. l. 5, c. 1.

Eretria Euboearum civitatum maxima,  
capitur 1, 4, 2. fuit & alia ejusdem  
nominis urbs in Thessalia, v. Ubb.  
Emin. tom. 1. ver. gracc. pag. 41.  
& 66.

Erga Romanos confirmavit velut  
hereditate relictum odiura pater-  
num 23, 1, 3. erga Italiam eodem  
animo fuit ib. c. 10, 1. erga regem  
commune odium suscepserat, 14, 10, 3. erga nobiles crudelitas 7,  
4, 4. erga Romanos odium 22, 4,  
3. in his omnibus ergo in malam  
partem accipitur.

Ergo, victoriae ergo donum Apol-  
lini dare, i. e. pro concessa victoria,  
in memoriam victoriae 4, 1, 3. Solen-  
nis est in ejusmodi donariis hujus vo-  
cis usus.

Erichthon Urbs Hellestanti 13, 1, 3.  
hoc nomine significatur, sed menses.  
vera lectio est Critone. v. not.

Exiret eum haec contumelia i. e. ad  
industriam & emendationem excitavit,  
exacti 2, 1, 3. cum fundamento sen-  
tentio*m*. quedam enim ingenia fran-  
git contumelia & ad dissolutionem  
neglectumque infamias abicit; que-  
dam exigit instigatque, ut dedecus  
in gloriam vertere contendant. Boecl.  
v. Freinsh. & Luccen. ad illud  
Curtii 7, 2, 38. Incitat virtutem  
ignominiae demenda*m* cupidio.

Exire. Asiam Agesilaus regi su-  
isset crepturus, velo ademur*m* 9,  
2, 3.

Error. errore ducis in discrimen  
ductus exercitus, ducis culpa 15, 7,  
1. his in errorem induxit, calli-  
ditate descripta ut credarent, merum

aurum & argentum esse, quod ma-  
ximum partem plumbum erat 23, 9,  
3.

Erudire exercitum disciplina milita-  
tari 11, 2, 4. de qua in modis atque in  
Veget. l. 1. c. 13. &c. &c. H. Hug.  
3, 1. erudire filium doctrinis 25,  
1, 2. erudiri ab aliquo 7, 2, 1.  
eruditus sic, ut &c. scil. varis dis-  
ciplinis & artibus 15, 2, 1. eruditus  
litteris, sermone 2, 10, 1. de eo,  
qui linguae alicuius notitiam sibi com-  
paravit. optimis artibus 25, 12, 4.  
cupo*m* de rectissimis atque honestissimis  
studiis rationis & officiis, quae Cicero  
vocabat i. de invent. 1. Boecl.

Erumpere. erumpit pus per lumbos,  
vel, ut alii, fistula putis aut pu-  
tris v. not. 25, 21, 3.

Eruptio ex oppido hostili 8, 4, 4.  
Eryx 22, 1, 2. mons post unam Ast-  
ream reliquias Siciliae magnitudine su-  
perans, in cuius vertice templum Ve-  
neri positum erat; quae propterea Po-  
ensis Erycina dicatur. Horat. lib. 1.  
cavm. od. 3. ceterum sic quoque ap-  
pellata urbi fuit inter fastigium &  
radices montis illius sita, quae nunc  
vicus vallis Mazarae vel Trapani del  
Monte vocatur.

Ascendere. escendit in navem o-  
mnibus ignotus nautis, 2, 8, 6.  
sic pro ascendi e Mf. P. Dan. edidimus,  
nulli dubitantes, quin genuina  
sit lectio. Nam & aliis vett. scri-  
ptoribus Paulo Diacono, Tacito, Ci-  
ceroni, Sallustio, Varroni, Planto  
idem verbum restituerunt Muretus, Carrio,  
Janus Guilielmus, Gru-  
terus, Schoppius, allii. in primis  
vid. Gronov. ad Liv. 2, 28. add.  
Pare. Lex. Crit.

Esse alicubi, degere 23, 12, 3. esse;  
ex stete & quidem cum emphasi sunt  
aliquot ejus libri, i. e. existunt,  
habentur, circumferuntur 23, 13, 2.  
efficit, ut effet pecunia, quae  
Romanis ex foedere penderetur;  
id est, habentur 23, 7, 5. esse pro  
fore, post Peloponnesium bellum  
Athenisque devictas cum Theba-  
nis sibi rem esse existimabant 16;

# I N D E X

1, 3. v. Buchn. de communit. rat. dic. pag. 128. cum jam in eo esset, ut oppido potiretur integrum est: in eo statu vel in eo loco, 1, 7, 3. cum jam in eo esset, ut comprehendetur, 4, 5, 1. v. Gronov. ad Liv. 7, 35. Si ille non fuisset, 2, 2, 3. pro quo Comici: absque illo fuisset. vid. Cl. Vorst. de lat. merito susp. pag. 80. nisi ille fuisset, Sparta futura non fuisset 17, 6, 1. ubi simul elegantiae servit duplex ejusdem verbi significatus. Esse enim primo opem, auxilium, operam notat: mox pro, darare, consistere, superesse usurpatur. desuisset esse Sparta (actum de ea erat) abique hujus viri opera fuisset ac virtute. Boecler. Sic Livius 2, 10. & 24, 34. vid. not. ad 15, 10, 4. Florus 2, 3, 5. actum erat de Roma, nisi Marini illi seculo contigisset. Cicero Cat. Maj. Si senes nulli fuissent, nullae omnino Civitates essent. & ali. Quae tyrannis paucis annis ante fuerat, vixuerat 1, 8, 1. sic fuit apud Athenienses, cum de more loquimur. 1, 6, 2. ubi aliquid subaudendum est ex antecedentibus. Cum quid esset, renunciasset, 23, 12, 5. esse per ellipsis absorbetur: vid. Ellipsis.

Esse civitatis ejus 2, 9, 1. civitatis alienae 18, 1, 2. In his vulgo genitivum existimat à vero substantivo regi. Sed recte notarunt Schoppius in Gramm. philosoph. Vossius in lib. de construct. & Boeclerus in Chrestomath. Terent. pleroque ejusmodi locutiones ellipticas esse, ac si suppleantur ellipser, multum Grammaticarum observationum minui posse. Sic igitur in his locis. suppl. vox Civis. v. gr. esse civitatis ejus, vel civitatis alienae scil. civem. Similiter & in sequentibus subaudiiri certa nomina debent. Esse ejusdem aetatis sub. hominem vel virum 7, 11, 1. optimarum partium, sub. hominem vel se-  
ctatorem 25, 6, 1. arma adversariis tradere non tuae virtutis sub. res, negotium, opus, 22, 1. 6. id arbitrii trium non est mei consilii, sc. res

9, 4, 1. vid. consilium. potius diligenter quam pretio parare non mediocris est industriae sub. res &c. 25, 13, 4. eorum retinere usum benevolentiamque inter quos &c. magnae est sapientiae sub. res &c. ib. c. 20, 5. Huc pertinet illa, in quibus praetor nomen subaudiens etiam est infinitrus verbi substantivi. v. g. non intemperanter concepitcere continentis debet duci, sub. rem esse 25, 13, 4. Atticus polliceri, quod praefata non posset, non liberalis sed levis arbitrabatur, sub. rem esse, ibid. c. 15, 1. In his vero, in quibus verbum substantivum aestimandi significacionem habet, duabus nominibus gentivis splendens est, hoc modo: ejus opera fuit magni scil. pretii opera. pro quo 24, 1, 2. Nostre ita: ejus opera aestimata est magni. unus homo quam civitas fuit pluris sc. pretii res 15, 10, 4. videbant Eume ne recepto omnes prae illo futuros parvi sc. pretii homines 18, 10, 4.

Esse auxilio alicui 25, 11, 1. esse calamitati sc. recipientibus & nimium confiditibus 14, 6, 6, 16, 3, 1. nam subaudiens est Dativus personae, ubi expressus non est. curae alicui 25, 12, 5. gloriae magnae, ut in quibus. est codd. v. not. 8, 4, 1. indicio alicui 6, 3, 5. 20, 2, 3, 25, 16, 3. invidae alicui. 10, 4, 2. laetitiae alicui 12, 2, 2. malo alicui 7, 7, 3. opprobrio alicui 9, 3, 4. pernicieti, saluti alicui 8, 2, 2, 12, 4, 2, 2, 2, 3. ornamento alicui 10, 2, 1. prae-  
mio alicui 4, 4, 6, 23, 10, 6. praefatio alicui 9, 2, 1, 17, 7, 2. spe-  
ctaculo populo praefat. 5. turpitudini alicui, ib. utui omnibus 9, 2, 4. In his omnibus, si credimus Sanctio & Schoppio, neuter Dativus ab orationis aliqua parte pendet. Verum tametsi de Dativo personae, qui jam composite orationi accedit, eoque hanc male Dativus acquisitionis dicitur, eis valde assentimur; alterius rationis Dativum, qui commodum

# RERUM ET VERBORUM.

aut incommodum significat, atque adeo ad ipsam orationem componendam pertinet, omnino putamus alicunde regi. Interim notari hoc debet, posse sensu convenienter verbum substantivum explicari per r̄e afferre, Dativus rei in accusativum mutato, ut ita esse auxilio alicui si afferre auxilium alicui; esse calamitati, afferre calamitatem; esse curae, afferre curam: & sic deinceps. videri & Vossius potest, de constructione, cap. 34. Porro quod Noster 25, 16, 3. habet, (ei rei sunt indicio sexdecim volumina epistolarum) in eo vocabulum rei putamus explere vicem Dativi personae, ut proinde tertius aliquis Dativus isque personae subaudiendus non sit, neque praeceptor dicendum, ei rei, ponit pro eius rei uti vult Vir doctissimus h. 1.

Esse abstinentia magna 3, 3, 2. aetate ea, ut 1, 1, 1. animo isto 18, 11, 4. animo eodem erga aliquem, 23, 10, 1. mente eadem 23, 2, 5. tanta ferocia, ut 22, 1, 5. praeceptua fide erga aliquem 6, 2, 2. invidia minore 18, 7, 2. tantis opibus, ut 20, 3, 4. cura tanta, ut 25, 15, 2. dignitate regia 1, 2, 3. dignitate honesta & viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam figura venusta 18, 11, 5. animo magno & corpore, imperatoriae forma 11, 3, 1. ea fama, qua, 18, 3, 4. gloria magna in musicis 15, 2, 1. heic gloria personae tribuitur; alibi rei, ut: corona honoris, Thrafybulo data, magna fuit gloria. sensus: magnam Thrafybulo attulit gloriam, 8, 4, 1. genere summo domestico 18, 1, 2. liberalitate magna 5, 4, 4. natu magno 13, 3, 1. pari imperio atque alius est, de belli ducibus 14, 3, 5. potestate perpetua 1, 2, 3. propitia voluntate 10, 9, 6. prudenter singulari & industria in rebus omnibus 24, 3, 1. sagacitate magna 7, 5, 2. eodem sen-

su quo, i. e. ingenio, 7, 5, 3. esse pari periculo 22, 2, 1. magno periculo 23, 9, 2. 14, 5, 3. & juxta qu. Mſ. 10, 8, 2. v. not. add. Schopp. Verisim. 4, 14. majori periculo 10, 2, 4. ad cundem modum & Cicero locutus 4. ad fam. 15. & 8, 2. itemque Petronius, Livius, alii. Ceterum in hujusmodi locutionibus supplendas sunt praepositiones. cum, in, &c. nam integra dicitur esse cum abstinentia, potestate, &c. in aetate ea, in gloria, in periculo, &c.

Esse ab invidia tantum, quantum quis a conspectu suorum receperit, i. e. absēs, remotum esse 12, 3, 4. aduersus aliquem, beligerare 22, 2, 2. ante oculos civium, versari 12, 3, 2. apud aliquem, de amici, qui ap. aliq. vivunt 18, 12, 2. esse apud aliquem, pro existimati, haberi ab aliquo. v. g. nullius momenti apud exercitum esse 7, 8, 4. erat summa laus apud Persas fortiter venari 7, 11, 5. est hoc multo apud Grajos honorificentius, quam apud Romanos 18, 1, 5. esse legationis jus apud omnes gentes sanctum consuevit 16, 5, 1. electores, quae ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrantur 15, 1, 1. Vbi recte annotat. Cl. Vossius eadem sensu dici esse alicui & esse apud aliquem. Sic enim Noster passim: non eadem omnibus sunt honesta atque turpia, i. e. judicantur, putantur praef. 3. Cimoni non fuit turpe sororem germanam in matrimonio habere ibid. 4. i. e. a Cimone non fuit nefas habitum, mi pauclo post loquitur &c. Sic quoque Virgilius Eclog. 5. vers. 53. an quicquam nobis talis sit munere majus, a nobis habeatur. Eclog. 7. vers. ult. ex illo Coridon Coridon est tempore nobis. a nobis habetur, dicitur. & alibi est apud hunc summum imperium populi i. e. habet in populum 19, 2, 4. esse cum aliquo, opus est de coniuncta 22, 3, 2, 7, 10, 5. est huic soci-

# I N D E X

- etas cum illo** 7, 10, 2. *Sic Ms.*  
*Buceleri & qu. edd. nos edidimus:*  
*quae regi cum Lacedaemoniis essent,*  
*subintell. pala. vel tale quid. v. n.t.*  
*& Schopp. Verism. 4, 8. esse in ami-*  
*citia cum aliquo 23, 2, 4. esse hoc*  
*in animis debet, observari animis*  
*8, 2, 3. esse in colloquio, colloqui*  
*14, 11, 3. in fastigio summo 25,*  
*10, 2. opp. in periculo summo i.*  
*bid. in tuto 2, 9, 2. opp. in peri-*  
*culo ibid. Thucyd. & dxeaei, &*  
*ēmuñibgo, in discrimine magno*  
*14, 5, 4. in exilio cum aliquo 8,*  
*3, 3. in foro i. e. fōri studiis & ci-*  
*vilibus artibus operam dare 24, 1, 1.*  
*vid. forum in fuga, meditari fu-*  
*gam, adornare 2, 4, 3. in magistratu*  
*12, 4, 1. in obſidione, obſideri*  
*18, 5, 6. in potestate sua 25, 6, 1.*  
*in ſimilitate cum alio 25, 17, 1.*  
*in ſpe magna provinciae bene*  
*administrandae, de ſpe aliorum,*  
*provinciam bene administratum iri*  
*7, 4, 3. in ſumma laude 11, 2, 4.*  
*in timore 1, 8, 4. in vinculis 9,*  
*5, 3. 18, 11, 3. pater, quantum in*  
*ſe fuit, Thracem me genuit 11,*  
*3, 4. erat in eo cum ſumma hu-*  
*manitas, tum mira comitas 1, 8,*  
*4. erat in puer ſumma ſuavitatis*  
*oris ac vocis 25, 1, 3. erant in*  
*eadem epiftola, quea ad ea per-*  
*tinebant &c. ſc. ſcripta 4, 4, 2. ar-*  
*ripiuit, quod in praefentia veſti-*  
*mentorum fuit, ſc. ad manum 7,*  
*10, 5. esse penes hos videtur Ref-*  
*pub. 25, 8, 1. est penes hunc*  
*ſumma imperii cuſtodiae 18, 11,*  
*3. esse ſub adverſarii potestate 10,*  
*5, 5. ſub imperio ejus eft phalanx*  
*&c. 18, 7, 1.*  
**Etiā tum** 23, 4, 3.  
**Et mari & terra** 2, 2, 4, 22, 1, 2.  
**Etruria ſive Hetruria**, quas alii ve-  
*terum Tufcia, nunc la Tofcana dicitur*  
*23, 4, 2. pars Italiae noſiſima, inter*  
*mare Tyrhenum ad oceāum & me-*  
*ridiem, montem Apenninum ad ſe-*  
*ptentrionem, & Tiberim fluvium ad*  
*orientem.*  
**Eyadere**, timeo quorsum haec eya-  
 dant 10, 8, 1.  
**Euagoras** 12, 2, 2.  
**Euboëa** 1, 4, 2, 2, 3, 2. *Insula Graeciae orae Atticae poſt promontorium Sunium, itemque Boeotiae & Locrenſi & Malensi objelta, & pelago non late ab iis diempta. Ubb. Eumius tom. I. vet. græc. p. 141.*  
**Eudoxus** Fr. 7, 4.  
**Evitare odium** 10, 8, 2. *periculum 14,*  
*2, 4. tempeſtatem, proprie* 13, 3,  
*3. metaphorice, de fuga periculi 7,*  
*4, 4.*  
**EUMENES** Cardianus ſcriba primum  
*Philippi 18, 1, 5. deinde Alixandri*  
*v. 6. poſt cuius mortem Cappadociae*  
*praefectus deſtinatur c. 2, 2. Leonati*  
*infidias vitat v. 5. Perdiccae fidus c.*  
*3, 1. pugnat cum Cyathero & vincit*  
*c. 4, 1. &c. damnatur capitū c. 5.*  
*1. obſeffus callidum uſurpat inventum*  
*v. 4. evadit v. 7. Olympiadi pru-*  
*denter conſilis c. 6, 2. & subuenit v.*  
*5. adverſus Antigonum bellum ſuici-*  
*pit c. 7, 1. imperii auctoritatem apud*  
*ſuos commento efficitur v. 2. vincit*  
*Antigonum c. 8, 1. veteranorum li-*  
*centia impeditur v. 2. &c. Antigo-*  
*nū adventantem deludit ave c. 9.*  
*cui perſidia militum deditur c. 10, 2.*  
*& conservasset ille v. 3. niſi inuidia*  
*conſiliū totius obſtrueret c. 12. igitur*  
*in duram cuſtodiā conſellus c. 11, 1.*  
*&c. inſiſtente denique Antigono inter-*  
*ficitur c. 12, 4. &c. ab eo honorifice fu-*  
*neratur c. 13, 4.*  
**Eumenes rex Pergamenus Romanus**  
*amicus, vicitur aſta Hannibalis 23, 2.*  
**Eumolpidae**, 7, 4, 5. *familia ſacerdo-*  
*tum Athen. ab Eumolpo dicta, quoſ*  
*& concilio publico aliquando praefuſſe,*  
*auctoř eſt Alex. ab Alex. 4, 11.*  
*adde Lamb. in h. l. Meurs. Elenſin.*  
*c. 13. & Loccen. Ind.*  
**Evocare aliquem**, accire, ad ſe vocare  
*9, 5, 3. alibi: excire.*  
**Europa**, una e tribus Orb. vet. par-  
*titibus 1, 3, 1, 12, 2, 1, 2, 2, 4. Eu-*  
*ropae ſuccubuit Afia, de Gracor-*  
*um viribus 2, 5, 3. v. Afia.*  
**Europaci adverſarii**, ab Europa hor-  
*ſerit*

# RERUM ET VERBORUM.

flos 18, 3, 2.  
 Eurybiades rex Lacedaemoniorum, 2,  
 4, 2.  
 Euridice mater Perdiccae & Philip-  
 pi 11, 3, 2.  
 Eurysthenes, rex Spart. 17, 1, 2, 17,  
 7, 4.  
**E**x originis significationem habet, sive  
 (1.) Nativitatem aliquius exprim-  
 at, 14, 2, 3. Sive (2.) Causam rei,  
 ut: qua ex re majoribus rebus  
 praecesse coepit, 14, 2, 1. qua ex  
 re iratus, privatus in urbe man-  
 fit 24, 2, 2. qua ex re nobilis inter  
 aequales ferebatur 25, 1, 3. ubi qua  
 ex re integre ponitur pro quare, i.  
 e. ob quam causam. Sic: ex quo  
 accidit, ut, unde 25, 20, 3. ex quo  
 fiebat, ut, 7, 7, 2. qua ex re cre-  
 verat cum fama tum opibus ib. v.  
 5. ex eo facile conjici poterit,  
 13, 4, 2. ex quib. civib. de cete-  
 ris possent judicare 15, 6, 2. ex  
 aliqua re adipisci gloriam 12, 2.  
 2. Sive (3.) Reditus, ut: ex me-  
 tallis reddit pecunia publica 2, 2,  
 2. ex metallis pecunias magnas  
 facere 5, 1, 3. ex novis vestigalibus  
 ut esset pecunia, effect 23,  
 7, 5. Sive (4.) Sumptus, ut: ex  
 praeda tripodem aureum Delphis  
 posuit 4, 1, 3. ex hostium praeda  
 muros restituere 13, 4, 1. ex sua  
 re familiaris m. r. ibid. ex sua re  
 familiaris dabat, quae amicis o-  
 pus fuerant 25, 7, 1. ex manu-  
 biis ornare arcem 5, 2, 5. ex pec-  
 unia publica classem aedicare.  
 sic q. edd. nos sine provocabulo edi-  
 dimus ea pecunia, v. not. 2, 2, 2.  
 Sive (5.) unum aut aliquot e  
 multis, ut: ex ephoris quidam  
 hue descendederunt 4, 4, 4. Tissa-  
 phernes, qui ex intimis Regis  
 ab amicitia ejus defecrat 9, 2,  
 2. ex his rebus memoria dignis  
 eluet maxime inventum ejus,  
 quod &c. 12, 1, 1. Sive (6.) sta-  
 tum priorem ut: ex hieme ma-  
 riique scopuloſo navem servare  
 25, 10, 6. ex procellis civilib. ad

incolumitatem pervenit ibid. ex  
 bello otium insulae conciliavit  
 20, 3, 2. Sic Vellejus: ex consula-  
 tu fortius est Atiam 2, 33, 1. ex  
 consulatu obtinebat Hispaniam  
 2, 78, 3. ubi Vossius ex consula-  
 tu male interpretatur consul. vid.  
 Thes. Buchn. sic Suetonius & alii  
 saepe. vid. Boecl. ind. Vellej. v. ex.  
 Sive (7.) Patriam aut locum, ut:  
 ex Arcadia hospes quidam erat  
 eum eo 7, 10, 5. (ubi tamen alii o-  
 mittunt praepositionem. v. not.) Sic  
 Thucyd. ἐν Λευκόπολισσῃ Πλαταιας  
 Xiphilin. Σέργη, ὃν Βουλαρί φιλέ-  
 τορ. ille ex ultimis terris certio-  
 rem fecit Atticum 25, 20, 4.  
 sic enim legend. pro: exul tum his  
 terris. v. not. ex insula conspicie-  
 batur lucus 1, 7, 3. ex quo loco  
 posset audiri, si quis quid lo-  
 queretur 4, 4, 4. ex proximo lo-  
 cum fors obtulit 16, 2, 1. ex fuga  
 plerique se in templum Minervae  
 coniecerunt 17, 4, 6. ex una urbe  
 nostra totam Graeciam liberavi,  
 de copia ex una urbe petiti 15, 5, 6.  
 sive (denique) Modum, ut ex sen-  
 tentia rebus peractis, ex vero 22,  
 3, 1. minus ex sententia rem ges-  
 ferat 7, 7, 1. ex consilii sententia  
 in custodium conjectus 19, 3, 4.  
 ex more Persarum ad chiliarchum  
 accessit 9, 3, 2. ex pacto postulat,  
 ut, καὶ αὐτὸν 1, 2, 4. ex Senatus  
 consulto his responsum est 23, 7,  
 3. ex foedore pecunia Romanis  
 pendebat ibid. v. 5. in quibus  
 tamen quinque ultimus exemplis etiam  
 causa facti simul affertur.

Exacut' ira, irritari, exasperari. re-  
 spondet Graeco παρεχθεῖσῃ 11, 4, 1.  
**E**xadversum Athenas, e regione, Gy-  
 ρίνῳ Ἀθηναῖς, 2, 3, 4. Terentius  
 nunc cum Dative construit, nunc ab-  
 solute suspirat. vid. not. Cicero di-  
 cit exadversus, quomodo & Noster:  
 cum exadversus Thrasybulum for-  
 tissime pugnaret; quantum ob-  
 stendit significatu 8, 2, 7. Ceterum a-  
 libi ita Noster: ex aduerso Padi  
 fan-

# I N D E X

- fauces**, nisi forte leg. exadversus, (v. not.) Fr. 7, 8.  
**Exagitatus** a Graecia 2, 9, 4, Buchn. *Thesauro.*  
**Examiniari**, de moriente 15, 9, 4.  
**Exardescit** bellum 22, 2, 1. Sic Tacit. H. 2, 27, 2. gravis alioquin seditione exarserat. & ib. 38, 2. prima inter patres plebemque certamina exarsere. Et Cicero *passim*. *Metaph.* ab incendio desumpta.  
**Exaudiri** foris potuit 10, 9, 4.  
**Excedere** ex acie 23, 6, 4. ex praefilio 18, 4, 2. de fanciis aut pulsi. excedere pugna, desistere 15, 9, 2.  
**Excclere** abstinentia 3, 1, 2. excellens in vitiis & virtutibus 7, 1, 1. excellens bonitas 20, 5, 1. excellentes imperatores praeſ. 8. viri 15, 4, 6. excellentissimi reges 21, 1, 2.  
**Excellenter** pronunciare 25, 1, 3.  
**Excipere** hostium impetum, hosti incurrenti se objicere 12, 1, 2. excipere natantem. suscipere. 12, 4, 3. vid. Gifan. obſerv. LL. p. 87. excipere has partes, in ſe ſuscipere negotium 13, 8, 3. invidiam, ſubire 14, 5, 2. exceptis Hamilcare & Hannibale, vir omnium barbarorum fortissimus, 14, 1, 1.  
**Excire** aliquem aliquo, evocare 23, 8, 1.  
**Excitare** aliquem aduersus aliqui. instigare 23, 10, 1. rīſum alicui, i. e. movere 23, 11, 5. sic in vulg. edd. sed nos edidimus ex Ms. Boecl. concitare.  
**Excludi** reditu in Asiam, 2, 5, 1. Sic Cicer. 3. Verrin. angustiis temporis excludi.  
**Excogitare**, respondet Aristotelico ἐγωλογεῖν, quo facultas expediti in actu civili conſtitui notatur 2, 1, 4. excogitatio est a quibusdam, de singulari invento firmandae molitionis cuiusdam 23, 8, 3. Boecl.  
**Excursiones**, quae prædae ab hoste agendae causa ſunt ſcil. 1, 2, 1. barbarorum 2, 6, 2.  
**Excutere** sudorem, 18, 5, 5.  
**Exemplum** devotionis, i. e. formula deſcripta, deſcriptio, domiſio 7, 4, 5. exemplum bonitatis Atticis 25, 10, 3. exemplum illius utinam ſequi imperatores nostri voluſiſt 17, 4, 2. exempli gratia proferre, 6, 2, 1. Cic. ſoles dicere. exempli cauſa. ut Or. pro Mur. 2. in Verr. & Philipp. 13. exemplis rerum docere lectores 25, 19, 1.  
**Exercere**, in filium (ſic nos edidimus. ali: in filio) fortuna faeyitiam (ali: vim. v. not.) exercuit 10, 6, 2. exercere remiges 10, 9, 1. exerceri currendo, luctando 15, 2, 5. gymnaſticas operibus vox idonea, nec minus armorum tractandorum meditationi apta & ſolennis. Boecl. exercentur equi ſtantes 18, 5, 4. agitatiō ſc. novo genere, & loco ambulationis ſc. novo genere, & loco ambulationis, cursusque equeſtris uſurpato Boecl.  
**Exercitatus** bello 15, 5, 4. in dicendo 15, 5, 2. prompta facultas utrobius que notatur. exercitatores copiae nullae quam Iphicratis 11, 2, 1. exercitatiōnū (eiusmodi militarium) genera, & armorum officinae memorantur 17, 3, 2. & 3. quibus effeſtū eſt, ut Agesilaus haberet exercitatiōnū exercitū, ibid. quam rem copioſe exemplis duecum locisque ſcripторum illuſtrat H. Hug. milit. equ. 3, 1. Boecl.  
**Exercitus** viator, viatorius clarus & formidabilis 17, 4, 2. exercitatiōnū & ornatiōnū 17, 3, 3, ita v. 2. ſtudioſius armari, inſigniusque ornari conjuxit. omnino enim ſplendor armorum cultusque militaris, diligentia laudata veteribus & milis. v. iterum H. Hug. 1. 3. c. 3, & 4. exercitus contrahitur 14, 3, 5. exercitus Karthag. facit imperatorem 22, 3, 3. 23, 3, 1.  
**Exhaustus**, cui pecunia deſt & instrumenta bellī cetera 7, 8, 1. exhaustis patriae facultatibus, conſumti 23, 6, 2. Metaph. a fontibus & patre defumta.  
**Exheredatus** pro abdicato ob vivendi licentiam & diſolutionem 23, 1, 2. *A-* liſta

# RERUM ET VERBORUM.

Pricae, ad Apulej. Miles. 2, p. 110.  
& Gronov. ad Statii Theb. 6, 630.  
Gracci dicunt ἐμφέρει τὰς διαδηνάτις,  
quos Latini imitati videntur. Nam  
codena modo Cicero pro domo sua: in  
fide manere, ad Attie. 7, -15. in  
conditione manere. Caesar. I. B.  
G. in eo, quod convenit, manere.  
Livius 35, 12. in societate Ro-  
mana manere. Poetas omittunt praes-  
positionem. Sic Virgil. 2. Aeneid. tu  
modo promissis maneas. Vorst.  
manet amicitia inter eos, durat,  
confat 21, 3, 3. Sic: memoria lau-  
dis manet 13, 2, 3. manere, ratum  
est 7, 10, 1.

# RERUM ET VERBORUM.

M. Manlius Fr. 1, 4.

Mantinea, urbs Arcad. 15, 9, 1.  
Manubiae 5, 2, 5. praedam, sive pecuniam ex praeda redditam intelligi ostendit Gell. 13, 23. Boecl.

Manus. sua manu scriptis, ne timearet, 25, 10, 4. aliquem ad manum habere, ministerio aliquius nisi 18, 1, 5. Locr. indic. philolog. exponit amanuensem, seu libarium, cuius ministerio in scribendo utimur. qui Suetonio in Aug. 67. a manu dicitur. ut si fortuna in sua manu esset, in sua potestate 13, 3, 4. sic in quibusdam Mss. ac edd. sed nos edidimus in sua navi. v. not. manus date, de succumbentibus 22, 1, 4. Est a translatio a gladiatori, ducula. v. not. manus pro vi & armis. manus afferre alicui 20, 1, 4. manu eum superari posse diffidebant, 7, 10, 4. paullo ante: ferro cum aggredi non audebant ibid. manus aliquo porrigitere, de extorsionibus, quibus exhaustum immodicis sumptibus aerarium repletur 10, 7, 2. v. not. & inf. porrigitere. manum conferere, ac contendere 14, 8, 4. 23, 4, 2. alibi: ad manum accedere 18, 5, 2. manus fortis 14, 1, 3. 15, 3, 1. 21, 1, 4. manus, de exercitu & copiis. manus delecta 1, 1, 4. 16, 4, 2. exigua manus 1, 5, 5. haut ita magna manus 4, 1, 2. manus mirabiliter fragat cupiditate pugnandi 1, 5, 1. manum colligere 7, 7, 4. compare 10, 4, 3. ad dimicandum expeditam habere 14, 6, 2. v. expeditus.

Marathon. campus clade Persarum & Miliadi trophyo insignis 1, 4, 2.

Marathonia pugna 1, 6, 3. 2, 2, 6. Marathonium tropaeum: pugna, seu pugnat gloria 2, 5, 3.

Marcellus M. Claud. Cof. 23, 13, 1. 24, 1, 2. quinque Cof. ap. Venissiam cadit 23, 5, 3. quomodo morte ejus audita Hannibal se gesserit, & quomodo corpus ejus tractavit. Fr. 9, 3. & seqq. an Hannibalem vicerit; ib. v. 7.

Marconius quis 4, 1, 2. a quo visitus.

ibid. adde 3, 2, 1.

Mare Pamphylium 23, 8, 4. rubrum 23, 2, 1. scopulosum 25, 10, 6. mare tutum reddere 2, 2, 3. mari principatus controversus 13, 2, 2. mari duces Athen. ibid. mari res magnas gerere 9, 5, 1. mari & terrae bellum alicui inferre 2, 2, 4. alibi: terra marique 21, 1, 3. mari & terra duces erant Lacedaemonii 3, 2, 3.

Maritimi imperii summa ab Lacedaemonis transferunt ad Athenienses 3, 2, 2. principatum Lacedaemonii Atheniensibus concedunt 13, 2, 2. maritimi praedones, piratae 2, 2, 3. fluctus 25, 6, 1.

Marius hostis judicatus juvatur ab Attico 25, 2, 2.

Marmoris crux prima pars operis operari Mamurra Fr. 10, 7.

Maffagerae populi Seythiae Asiaticae 21, 1, 2.

Mater patria praelata a Menestheo 11, 3, 4. filii poenam promovet 4, 5, 3. mater timidi fieri non solet, proverbium, 8, 2, 3. materfamilias praeft. 6.

Matricida ματρικτίς 15, 6, 2. v. de hac voce Savar. ad Sidon. carm. 5. in Matrimonio habere aliquam praeft. 4, 5, 1, 2. 10, 1, 1.

Maturare alicui mortem, accelerare 12, 4, 2. sic Cicero pro A. Cluent. huic mortem maturabat inimicus. concitatus est ad maturandum. scil. incepit 10, 8, 5.

Mature decedere, cito, ante tempus 25, 2, 1.

Maxime, praecipue. cum unus omnium maxime floret 1, 1, 1. sic: cum unus in civitate maxime floraret 5, 3, 1. uni huic maxime indubiebat 10, 2, 1. Ciceronis, et qui maxime amicus fuit Fr. 4, 1. formula alegans,

Media 18, 8, 1. Asia regio ab Occidente transversa oblique Parthias occurrunt. v. Plin. N. H. 6, 26.

Medi. ex Medis, pro; e Media 18, 8, 4. v. gens.

Medica vestis, finida & periculosa 8, 2, 2. Kk 2, 2, v.

# I N D E X

2. v. not. adde Freinsheim. ad Curt.  
 6, 6, 4. & Brision. de regn. Pers. 2.  
 Mederi satietati lectoris, ne satietae  
 obtundatur, caxere 16, 1, 1.  
 Medicina annos XXX. non indiguit  
     Atticus 25, 21, 1.  
 Medicus quo ille commotus, patri  
     (Dionysio) soporem medicos dare  
     coegerit 10, 2, 5.  
 Medimus (& medium) Graecorum  
     mensura, Romanos sex modios capiens  
 23, 2, 6. vel septem. vid. modius.  
     addo Petrit. comm. ad LL. Attic. lib.  
     1. p. 5.  
 Mediocris. non mediocris est indu-  
     stria, eximiae, singularis 25, 13, 4.  
 Meditari animo aliquid, constitutere  
     ap. se 17, 4, 1. meditor hoc facere  
 22, 4, 2.  
 Melle (cera) cadaver alicujus cir-  
     cumfundere 17, 8, 7. vid. not.  
 Melpum opp. Italiae Transpad. Fr. 7, 7.  
 Memor gratisque, quodam sententiae  
     generi juncta 25, 9, 5. memor vir-  
     tutum pristinarum 23, 12, 5. non  
     tam memoria, quam memoriae effica-  
     cia & instantio ad aliquid notatur.  
     Boecl.  
 Memoria laudis 13, 2, 3. laboris mi-  
     litatis, fama 19, 1, 1. imperii, glo-  
     riæ ex gesto imp. 3, 2, 2. memoria  
     contumeliae 15, 7, 2. memoria  
     duplex de interitu ejus, fama 23,  
     8, 2. memoria restitutor 7, 4, 5.  
     memoriae prodere aliquid vel de  
     aliqua re 2, 10, 5, 7, 1, 1. 17, 3, 1.  
     memoriam veterem patris reno-  
     vavit juxta posita recentis filii sta-  
     tua 13, 2, 3. ad nostram memo-  
     riam manserunt monumenta ejus,  
     usque ad nostra tempora 2, 10, 2, 2. sic  
     passim Cicero, Livius, alii. maxi-  
     ma post hominum memoriam  
     classis, 2, 5, 3. sic: maximi post  
     hominum memoriam exercitus 21,  
     1, 3. unus post hominum memo-  
     riam cognomine JUSTUS appellatus  
     est 3, 1, 2. sic sapissime & ali-  
     locuti Quin Cicero interdum con-  
     junctim memoria temporaque. v.  
     2. orat. in P. Servil. Rallum: me  
     perlongo intervallo prope memo-

riae temporumque nostrorum;  
 prium hominem novum consu-  
 lem fecisis. Vorst. memoria di-  
 gnus dux, memorabilis 13, 4, 2, 1,  
 1, 1. memoria digna, res memo-  
 rables 15, 1, 4. memoria immor-  
 tali retinere beneficia perceptra 25,  
 11, 5.

Mendacium neque dicebat, neque  
     pati poterat, de Attico, qui neque  
     mentiebatur ipse, neque mentientem  
     alium suscineret & auscultare poterat  
 25, 15, 1. Ex quo loco claret, non  
     esse perpetuum discriminem inter re mendaci-  
     um dicere & mentiri, de quo  
     Gellius N. A. 1, 11. c. 11. Similiter  
     mendacium dicere pro mentiri non  
     surpas Plautus Bacchid. 3, 4, 30.  
     Voit.

Menecles, obrectator Epaminondas  
 15, 5, 2.

Menelai portus 17, 8, 6. vid. Strab.  
     lib. 1. & ult. Lamb.

Menestheus, filius Iphicrat. 11, 3, 4.  
     matrem pluris facit, quam patrem.  
     ibid. sit praeceptor 13, 3, 2. Ed. Ultraij.  
     Longol. & Mag. leg. Mnestheus, quo-  
     modo Virgil. Aen. 4, 288. Mnestheia  
     Sergestumque vocat. Sed Gracis  
     quoque est Mnestheus.

Mens, propositum, consilium 16, 1, 4.  
     hac mente 9, 4, 4. 10, 9, 1. 20, 1, 1,  
     4. 17, 4, 4. Alii dixit: hoc con-  
     silio 22, 1, 5. mente eadem esse  
 23, 2, 5. si fana mens esset 17, 5,  
 2.

Mensam secundam servis dispergit  
 17, 8, 4. sic Cicero ad Attic. 14,  
 23. haec scripti seu dictavi, apposita  
 secunda mensa, apud Vestorum. Ho-  
 rat. serm. 2, 2, 121. tum pensilia  
 uva secundas & nux ornabat mensas  
 cum duplice fico. Et alii. Sic licet  
 bellaria per mensam secundam in-  
 telliguntur, (Gr. πίμπατα, τεργη-  
 πατα,) quae post alios cibos convivis  
 jam cibo potuisse satiatis apponelantur,  
 ad eorum appetitum quasi denso exci-  
 tandum, de quorum instructu. vid.  
 Stuck. antiqu. conviv. 3, 2. & Buleng.  
 de conviviis. 2, 39.

Men-

# RERUM ET VERBORUM.

Mentio de quo mentionem Plato in Symposio facit, cuius rei meminit, quam rem narrat 7, 2, 2. Sic: de quo supra mentionem fecimus, cuius vitam supra explicavimus 15, 4, 5.

Mentiri. ne joco quidem meatiebatur Epam. 15, 3, 1.

Mercenarii scribæ, non sine nota vili animi & operæ hac vox, honestis ac industriis viris, qui fidem potius, quam lucrum spectant, majorumque rerum auctores sunt &c. opponitur 18, 1, 5. ita pafsum ap. auctores: mercenaria opera, mercenarii homines &c. cum quodam contentu dicuntur. Breeler. mercenarii milites 20, 1, 3. desciscunt 22, 2, 2.

Merere stipendum, militare &c. v. stip. 24, 1, 2.

Mereri bene de rep. 19, 2, 2. mox opp. male consulere patriæ. meritus optimo de illo 4, 4, 6.

Meritis multis magnisque ap. aliquem valere 9, 3, 1.

Messena restituta 15, 8, 5. 16, 4, 3.

Metalla. ex metallis facere pecuniam 5, 1, 3. Sic: ex metallis redire pecunia dicitur 2, 2, 2. intellig. fodinae metallicæ. Sic quoque Tacitus, Plinius, Solinus, alii. vid. Buchn. Thesaur. v. metallum.

Metellus Q. Celer. Fr. 7, 1.

Methodus vitarum scribendarum 15, 1, 4.

Metiri aliquem fortuna, virtute, aestimare e fortuna, e virtute 18, 1, 1. usum pecuniae non magnitudine, sed ratione 25, 14, 3.

Metui malle, quam amari periculosem 10, 9, 5. diligi quam metui se maluit Timoleon 20, 3, 4. v. not. Sic de Alexandro M. Justin. 9, 8, 18. amari pater malle; hic metui.

Mycythus 15, 4, 1.

Migrare. non ex vita, sed ex domo in domum videbatur migrare, de Attico in morte constantiam vocis atque rultus servante 25, 22, 1.

Miles jure suo nonnulla ab imperatore vindicat 8, 1, 4. milites regiam tñentes ap. Persas 14, 1, 3.

milites Fabiani, Iphieratenses præ praefiantibus 11, 2, 4. milites verani imperare postulant 18, 8, 2. Militiae Romanae initium annus XVII. aetatis 24, 1, 2. v. Lipi. de milit. Rom. lib. 1. Dial. 2.

Militaris rei labor, res bello gestæ 19, 1, 1. in re militari multa partim nova attulit, partim meliora fecit 11, 1, 2. militari disciplina nobilitatus ib. 1, 1. vestitu ornatus, 14, 9, 3. militares equi 18, 5, 4.

Mille militum 1, 5, 1. mille hominum 14, 8, 3. Sic enim recte dici Gellias 1, 6. ostendit. decem millia pafsum 1, 4, 2. decem millia armatorum ib. 5, 1. multa millia adversariorum 14, 8, 3. Scil. et mille semper adjectivum plurale æquitor est, & generum omnium. Et subaudiri in primis istis duobus locis manus vel numerus aut simile quid debet. Sic enim integre Virgil. Aen. 10, 167. Sub quo mille manus juvenum &c. Val. Max. 8, 15. Senatus, qui mille hominum numero constat, & alii. Millia vero plurale quidem adiectivum est, sed neurum & declinabile. Et materiae congruerter suppleri aliquo substantivo debet, quod genere & numero eidem respondat: quomodo v. g. 1, 4, 2. spatia 1, 5, 1. & 14, 8, 3. corpora subandient. vid. Pascas. Grosipp. paradox. liter. epist. 14. Gronov. de pecun. vet. 3, 10.

MILTIADES colonos Chersonesum ducit 1, 1. Lemnum & Cycladas caput c. 2. consilium dat excutiendae dominationis Persicae cap. 3. Marathonia pugna vincit c. 5. quale praemium victoriae cepit c. 6. a Pari oppugnatione casus obstrahit c. 7. ob id damnatus in vinculis moritur c. 7. vera damnationis ejus causa c. 8. Laut. ejus 1, 1, 1, 1, 2, 3, 1, 8, 4.

Minervæ aedes 4, 5, 2. templum 17, 4, 6.

Minuere religionem, violare 17, 4, 8. minuantur opes 7, 10, 3.

Minus diligenter 9, 5, 3. minus bene vestitus 5, 4, 2. minus diaturnus k. k. 3.

# I N D E X

minus 7, 7, 1. minus ex sententia, ibid. minus lucide 16, 1, 1. minus movere aliqui 2, 4, 3. minus probatus 2, 1, 2. minus prospere 14, 6, 1. minus prospere gesta 7, 7, 2. minus robustus 23, 10, 2. impediri quo minus 5, 4, 1. recusare quo minus 15, 8, 2. In his negotiis vicem eleganter expletas haec particula; in sequentiis tantum minutus cum minus, quam vellet, moveret eum 2, 4, 3. minus saepe, quam vellet 25, 20, 2. ornatus non minus concinnus in brevitate respondendi, quam &c. 15, 5, 1. non minus bonus paterfamilias, quam civis est habitus 25, 13, 1. non minus multos amavit, sc. quam amatus est a multis 7, 2, 3. neque minus multas urbes consilio ad amicitiam adjunxerant, sc. quam expugnaverant multas ibid. 5, 6. minus diebus triginta subiit, quam 2, 5, 2. nevo minus fuit emax, minus aedificator illo, i. e. quam ille 25, 13, 1.

Minime dedit operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent 20, 3, 3.

Minutius Ruf. M. F. 23, 5, 3. Q. Minutius Cos. 23, 8, 1.

Mirabilis cupiditas, vehemens, ingens 1, 5, 1. quod omnibus mirabile vi- sum est 18, 5, 6.

Mirabiliter vulgi mutata est voluntas 10, 10, 2.

Mirus mira comitas, magna 1, 8, 4. mirum omnibus id videbatur 11, 3, 4.

Mirari, sic se gerendo minime est mirandum, si vita ejus secura fuit 5, 4, 4. sic: neque id mirandum, si non facile ad credendum inducebatur 9, 3, 2. ait se mirari, quare jam terrum diem sic tene- retur 18, 11, 3.

Miscere plurima coepit, de seditione & turbulentis molitionibus 4, 1, 3. sic Ciceron pro Mel. quanto ille plura miscerat. Phaedrus Fab. 2. Process libertas civitatem misericordia. Locren. Tac. H. 1, 53, 2. Cacina aggre passus visceris cuncte statim.

Miseranda vita, deploranda 10, 9, 5.

Misereri aetatis i. e. senect. 19, 4, 2. subint. vox causia, ut docet Voll. de construcl. c. 27.

Misericordia aliquius capi. 2, 8, 7. misericordia odio succedit 10, 10, 2.

Missum fieri, dimitti 18, 11, 3.

Mislu Ephorum, mittentibus ephoris 17, 4, 1. sic enim legendum. v. not. Si militier Solinus c. 2. ad quem legatus venerat missu Marsiae regis. (uis quidem Salmas. cum locum cor- rectit.) Et alii passim.

Mithridates Ariobarzani fil. 14, 4, 5, 14, 10, 1.

Mithrobarzanes 14, 6, 2.

Mittere aliquos in coloniam 5, 2, 2. legatos 2, 6, 4. legatos de aliqua re ad aliquem 19, 3, 2. nuntium alicui 7, 4, 3. literas & nuntios aliquo consultum utrum &c. 18, 6, 1. sic: literas Athenas publice misit, sibi proclive fuisse &c. 13, 3, 4. mittere literas ad aliquem 25, 20, 1. mittere aliquid muneri alicui 4, 2, 3. Attico misit, quid ageret, nunciaruit, scripsit 25, 20, 1. Sic Cicero ad famili. 11, 8. Polla misit, ut ad te, si quid vellim, darem literarum. & Livius 36. ad M. Bodium misit, Antiochum in Italiam impetum fecisse, &c. Adde Gronov. not. ad Liv. 8, 22. Sic quoque Graecor. επιστολαι saepe idem est ac literas dare, per literas certiore facere. Plene alibi: eodem ut sequentur, ad Timotheum & Iphicratem nuncium misit 13, 3, 4. de servis suis, quem habuit fidelissimum ad regem misit, ut ei nunciarer &c. 2, 4, 3, ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt 1, 1, 2. missi sunt electi, qui Thermopylas occuparent 2, 3, 1.

Mitylenaei multa millia jugeram agri Pittaco muneri dantes 8, 4, 2.

Mixtura virtutum & vitiorum in Pau- sania 4, 1, 1. in Aleibiade 7, 1, 1.

Alia ejusdem mixtriae exempla vide- sis ap. Mich. Piccart. obs. historico- polit. dec. 1. c. 8.

Mne-

# RERUM ET

# VERBORUM.

Mnemon Artaxerxes justitiae fama  
florens 25, 1, 4. pepercit matri,  
uxoris interfici. *ibid.*

Mobilis populus, *inconstans* 13, 3, 5.  
mobilitas fortunae, *inconstans*,  
*varietas* 10, 6, 1.

Moderata vita, *civilitatis nomine &*  
*bonitatis*, *quam alibi vocat* 13, 4, 2.

Moderate terre, *aequo animo*, *non*  
*impatiens* 20, 4, 1.

Moderatio in omni cultu scil. 25, 14, 2.

Modestus, *μετριος* Lambin. 15, 3, 1.

Modestia, *civilis communique sensui &*  
*legibus congruens* *animus intellig.* 1, 1,  
1. de *civilitate obsequii in patriam* 17,  
4, 2. Boecl.

Modii septem faciunt medimum Athenensem 25, 2, 6. sic enim legend.  
v. not. Sane Alex. ab Alex. 2, 20.  
ita distinguit: ut modios quidem sex,  
medimum facere; Athenensem  
autem medimn. septem modiis con-  
stare dicat.

Moccilla L. Julius praetor 25, 11, 2.  
Modica supplex 25, 13, 5. opp.  
multa.

Modus, admirandum in modum 15,  
3, 2. pari modo 14, 10, 2. non pa-  
ri modo 20, 1, 5. tali modo 25,  
21, 1. modum adhibere, scil. in  
preferendo 15, 4, 6. modus hastae,  
quantitas, 11, 1, 4. sic: modus men-  
turae 25, 2, 6. sic quoque ap. Gell. 1,  
1. modus plantae Herculis, & ap.  
altos modus jugeri, agri, tumuli,  
olivae, &c. v. Rhodit Lexic. Scri-  
bonianum.

Moenia lignea, *enigmatische de navib.*  
2, 2, 6. moenibus circumdare 2,  
6, 1. se defendere, opp. obviam  
ire hosti 2, 4, 2. 1, 4, 4.

Molestum non esse aliqui, i. e. nullas  
alicias pecunias imperare 25, 7, 3.

Moliri, de conatu re magiae 7, 10, 1.  
de factiosis consilis 6, 1, 4. moliti  
multa de Philippo Maced. dominatio-  
nem moliente 13, 3, 1. molitiones viri-  
tus majores 9, 5, 1.

Moloffi, geni Epirotica 25, 8, 3.  
Momenti nullius esse, autoritate sc.  
amissa 7, 8, 4.

Mognere, significanter, cum denuntiatione

monere 7, 8, 5,

Mons, ad infimos montes 18, 9, 3.  
v. infimus.

Monumentum, sepulchrum 25, 22, 4.  
monumentum sepulcri 10, 10, 3.  
v. not. monumenta, indicia rei me-  
moriam conservantia 2, 10, 3. a mo-  
nendo enim deducit Varro. Boecl.

Moram Lacedaemoniorum interse-  
cit, manum, cohortem 11, 25, 3. Er-  
rat autem πάροιοι sive πατέραι, multitu-  
do 500. aut 900. Lamb. Add. Crag.  
de rep. Lac. 4, 4. & Meurs. leit.  
Attic. 1, 16.

Mora nulla est 9, 3, 3. sc. in me vel  
per me, quemadmodum alii plene lo-  
cuti. Virgilius Ecl. 5, 52. in me mora  
non erit ulla. Terent. Andr. 3,  
4, 14. per hunc nulla mora est.  
Morari aliquibi 24, 1, 1. 12, 3, 2. in  
montibus 23, 5, 1.

Morbus oculorum 23, 4, 3. morbo  
consumi 21, 2, 1. morbo mori 2,  
10, 4. morbo perire 21, 3, 3. mor-  
bus levior esse coepit 25, 22, 3.  
in morbum incidere 10, 2, 4. mor-  
bo graviter conflectari ib. in mor-  
bum implicitus 5, 3, 4. & 17, 8,  
6. v. implic.

Mors, honestam mortem praestare  
turpi vitae existimat Chabrias 12,  
4, 3. mors heroica Epaminondae 15, 9,  
1. mors turpis 4, 5, 4. ex ingrato-  
rum hominum conspectu morte  
decedere, sc. voluntaria 20, 1, 6.  
quae lex morte multabat, si quis  
&c. 15, 7, 5. morte ab aliquo mul-  
tari ibd. 8, 3.

Mortales 9, 5, 1. per Synecdochen pro  
hominibus, quomodo & alii. Cicero:  
unus omnium mortalium sine ulla di-  
bitatione deterimus. Plinius 12, 17.  
tanta mortalibus saevum rerum satie-  
tas est. Sallustius B. Jug. multos mor-  
tales cum pecore atque alia preda  
capit.

Mortiferum vulnus, mortale, letale,  
Γαραζηνος 15, 9, 3.

Mos a majoribus traditus 17, 1, 2.  
moris majorum summus imitator  
25, 18, 1. sic: more majorum ho-  
nores petere 25, 6, 2. sc. sine suo,

Kkk, 4.

# I N D E X

& fallaciis, ut Cicero explicat, provocabatur autem in plerisque rebus enim ponders & proverbiali veluti formula, ad morem majorum i. e. instituta inde a majoribus propagata. Beccler. non magis amore quam more ducetus, consuetudine, instituto legibus permisso 5, 1, 2. v. amor. mores civitatis 25, 6, 2. more Atheniensium nefas hoc est 7, 3, 6. more Persarum 14, 10, 1. moribus ipsorum hoc convenit praef. 2. moribus Lacedaemoniorum, summa virtus in patientia ponebatur, secundum mores Lacedaem. 7, 11, 4. Sic: nostris moribus Musice abest a principis Persona 15, 1, 2. moribus nostris nefas habetur praef. 4. moribus nostris hoc decorum est praef. 6. morib. eorum id non fit 22, 3, 2. mores patrios mutare, consuetudines patrias, instituta patria 4, 3, 1. Sic: mores Graecorum sequi in narrando praef. 3. more civitatis suae fungi 9, 3, 4. v. fungi. morum similitudo plus valet in amicitia, quam affinitas 25, 5, 3. vocabat eos, quorum mores a suis non abhorrebat 25, 14, 2. morum praefectus, 22, 3, 2. fortunam sui cuique mores fingunt 25, 11, 6. & 19, 1. v. Erasm. Chil. 2. cent. 4. proverb. 30, itemque not. nostr. ad loc. prior. morem gerere aliquius voluntati, obediens 14, 4, 3. sic: mos ei gestus est 2, 7, 3. mos crudelitatis, de crudelitate ipsa 8, 3, 1.

Movere se sc. ex pristina habitat. 18, 6, 2. neque se quoquam movit ex Urbe 25, 7, 1. Phrygiam prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret 17, 3, 2. movere castra 13, 8, 4, 18, 12, 4. movere, persuadere 2, 4, 2. hoc nuncio motus domum redit 4, 3, 5. tantum auctoritate ejus natus est, ut &c. 9, 4, 1. ejus consilio mulsum movebatur 10, 1, 3. suaque omnia, quae moveri poterant, a-sportant, bona mobilia, quae usq[ue] dicunt 2, 2, 8. conf. 10, 4, 2. Livius res moventes dixit. Invenias & mo-

ventia, ut in illo: fixa & moventia addo Not. ad 2, 2, 8.

Motus concursusque, proeliantium sa- bellantiumque 11, 1, 4. motus corporis, agitatio, de equis 18, 5, 4.

Multa. multae aliquid detrahere, 13, 4, 1.

Multari pecunia 1, 7, 6, 5, 1, 1, 16, 1, 3. Justinus dixit pecunia damnari 8, 1, 7. Vorst. exilio 3, 1, 2, 5, 3, 1, 16, 2, 3. morte 15, 8, 3, lex multat morte, si quis &c. mortis poenam constituit 15, 7, 5.

Multorum imperiis non potest bene geri respubl. 10, 6, 4. multae magna que pollicitationes 18, 2, 4. cum in oratione sua multa in Thebanos inventus esset 15, 6, 1. hec tamen multa adverbialiter ponitur Graecorum more, quemadmodum & alibi. A. Caccina ad Cicer. l. 6. ep. 7. ignovit omnibus, qui multa Deos venerati sunt contra ejus salutem, sic quoque Virgilinus, aliisque. Vorst. adde Vecht. Hellenolex. pag. 99. & seq. multum in imperiis magistratibusque versatus 1, 8, 2. multum in judicis privatis versatus 2, 1, 3. multum in bello versatus 11, 1, 1. sic: aliquem multum fallere 6, 3, 3.

Multo formosissimus omnium aetas suae 7, 1, 2. multo locupletissima regio 17, 3, 1. multo elegantissimus poeta 25, 12, 4. neque ita multo post 16, 2, 4, 22, 3, 4. post non multo 4, 3, 1. post, neque ita multo 5, 3, 4.

Multimodis 2, 10, 4. Sic enim in plurisque Mss. v. not.

Multitudine sc. militum 1, 2, 1. paulo ante: manus ib. 1, 4. Sic: multitudine circumventus est. multitudo navium 2, 4, 5. multitudo magna Helotum 4, 3, 6. multitudo Macedonum 18, 7, 1. multitudo, populus, si tardai 7, 3, 2, 1, 3, 5. oppon. principibus, magistratibus, &c. concitata reptimi non potest 3, 1, 3. multitudinis odium 19, 4, 5. Multiplicare usuras 25, 2, 5. Mundities in re fam. 25, 13, 5.

Manni-

# RERUM ET VERBORUM.

Municipium 24, 1, 1, v. Gell. 16, 13  
& Sigan. de ant. iur. Ital. 1, 2, c. 6.  
v.c.

Munire absolute, pro, muros struere,  
mox reuixisse 2, 6, 5. munire urbem  
7, 4, 7. arcem 20, 3, 3. se moeni  
bus ligneis 2, 2, 6. discepratio de  
jure muniendi 2, 7, 4. & seq. addo  
Clapmar. arcu. 3, 7. itinera mu-  
nire, de viis, quae faciendo itineri  
aptantur ac emununtur 23, 3, 4. mu-  
nire imperium singulare & per-  
petuum, translate de stabilienda do-  
minatione 21, 2, 2. sic: quingentis  
longis navibus munitum imperi-  
um 10, 5, 3. benevolentia muni-  
tum imperium ibid. munitae ur-  
bes 14, 5, 6. ne essent loca mu-  
nita, quae hostes possiderent 2,  
6, 2. munitiora loca 10, 9, 1. mu-  
nitissimum castellum 8, 2, 1.

Munitio, de ipso opere manendi 2, 7,  
2. munitiones, de operibus obser-  
tium 18, 5, 7.

Monus, de functione & opera. munus  
militare fungi 14, 1, 4. munere  
servorum fungi, de Helotis. 4, 3, 6.  
v. fungi. munus, de donis, munera  
magnae pecuniae a rege aliquo,  
sc. missa 19, 1, 3. obviam missa ho-  
noris ergo 17, 8, 3. parva munera  
diuturna; loepletia non propria  
esse confuerunt 8, 4, 2. illorum  
mansura est & intemerata gloria;  
haec ob invidiam nihil habent solidi,  
quo possint gaudere. v. propr. munus  
fortunae 25, 3, 3.

Munychia portus Atticae, ut Stephanus  
att., seu, ut Strabo lib. 2. collis  
Chersonesi speciem praebens, introitum  
habens oris angusti 8, 2, 5.

Murus ligneus, aenigmatis de nav.  
2, 2, 6. muri Atheniens. quo com-  
mento extrudi 2, 6, 2. &c. ex sepul-  
cris & sarcophagi conitare 2, 6, 5.  
muri ex multa refelli 13, 4, 1. muri  
victus diruti 9, 4, 5. muros struere  
2, 6, 4. muros reficit Conon 9, 4,  
5. muros sepiare &c. 2, 7, 4. muris  
caruit Sparta 7, 6, 1.

Musica praeſ. 1. musicæ a principiis  
persona abest 15, 1, 2. in musicis

magna gloria esse 15, 2, 1.  
Mutare arma, alia invenire 11, 1, 3.  
confilium 18, 9, 6. mores, vesti-  
tum &c. 4, 3, 1. mutare aliquid de  
cultu quotidiano &c de vitae con-  
fuetudine 25, 14, 2. aliquid de vi-  
tu & vestitu 17, 7, 3. mutata est  
voluntas vulgi mirabiliter 10, 10,  
2. alii: immutata.

Mutationes reip. 25, 16, 4.

Mutina 25, 9, 1.

Mutua beneficia 14, 10, 4.

Mycalæ, urbs Cariæ 5, 2, 2. uisi: gloffe-  
ma est. v. not.

Mysteria facere 7, 3, 6. Cereris sacra  
arcana: alio nomine Initia. De iis  
Just. 5, 1, 1. Brisson. 1. formul. A-  
lex. ab Alex. 6, 19. & prolixo Ca-  
saubon. adv. Baron. Exercit. 16, 43.  
addo Petit. comm. ad LL. Attic. lib.  
1. Jac. Gothofr. Exerc. 2. de Ecclesi.  
& incarnat. Chr. & in primis Meurs.  
libr. singul. quæ Eleusinia inscri-  
psit.

Myus, urbs Asiae 2, 10, 3.

## N.

**N**ancisci majus imperium 1, 6, 4.  
morbum 25, 21, 2. forte pro-  
vinciam 24, 2, 1. nancisci cauſam  
idoneam, opportune, commode  
oblata, captamve 2, 6, 2. ejus ele-  
gantias est locutio Floriana 2, 6, 12.  
hostes frigidum & nivalem nocti  
diem &c. scil. tempestatem ejus diei  
in consilium verterunt, suo usui ac-  
commadarunt &c.

Nasci ex aliqua 2, 1, 2. natus ab  
aliquo 14, 2, 2. natus ex aliquo  
10, 2, 4. 15, 10, 2. natus nobili  
genere 10, 1, 1. nata Attico neptis  
ex Agrippa 25, 19, 4. nata eodem  
patre 5, 1, 2. nati ex fratre & so-  
iore 14, 2, 3. omnes in Africa  
nati i. e. Africani 21, 3, 5. natus  
annos circiter quadraginta, aeo,  
qui jam implevit tot annos 7, 10, 6.  
ellipt. annos pro ante annos. vid.  
Voss. de Construc. oap. 13. & 44. sic:  
circiter annos LV. natus 10, 10, 3.  
annos III. & XX. natus Fr. &c. 1.  
Kkk 5

major

# I N D E X

major annos sexaginta natus 21, 2, 3. minor quinque & viginti annis natus 23, 3, 2. Lambinus utrobius reposit natu; sed vide notas nostras ad utrumque loc.

Natu magno, aetati notione 4, 5, 3, 13, 3, 1. sic Liv. 2, 8. lib. 10, 38. v. Gifan. obs. LL. pag. 144. majores natu, de senioribus, sed coaevis 2, 2, 8, 13, 3, 4, de senioribus, sed qui desierant vivere 11, 1, 1. natu maximo filius 14, 7, 1. alibi: qui maximum natu esset ex liberis ejus 17, 1, 3.

Natalis dies Timoleontis festus Siciliac 20, 5, 1. sc. quod felix & viatoris nobilitatus ibid. v. Alex. ab Alex. 4, 20.

Natione Car. 14, 1, 2. Medus 4, 1, 2. nationes & gent. 23, 1, 1.

Nativus lepor., de para & inaffectata sermonis gratia 25, 40. opp. adscitus ibid. Perronio naturalis pulchritudo, Gellio 10, 3. natura suavitatis dicta. Locc.

Natura videtur experta in hoc quid. efficere possit, de Alcibiade, quoniam fuisse excellentius memoriae proditum 7, 1, 1. ponitur heic natura tamquam effictrix rerum &c. sic: natura faatrix, propitia, 17, 8, 1. opp. malefica, invida ibid. inesse in uno homine tantam dissimilitudinem tamque diversam naturam admirabantur 7, 1, 4. vid. inest. id, quod natura cogit, de morte 25, 22, 2. natura difficillima. ingenium difficile. 25, 5, 1. naturae omnes paremus, ingenio quod natura dedit, obsequimus &c. 25, 17, 3. Sic quoque Cicero vid. not. naturae debitum reddere, mori 21, 1, 5. v. debet. neque id natura solum fecit, de naturali ingenii propensione 25, 77, 3. ab natura multa habuit bona 10, 1, 2. natura loci 14, 8, 3. natura civitatum eadem, translate de consuetud. civit. 1, 6, 1. naturalis bonitas 25, 5, 1. v. bonitas, naturale bonum 8, 1, 3. naturalis quedam gratiae apud omnes obtinendas felicitas. adde Cic. pro Cael. 5. Boccl.

Naufragium. apud quam urbem jam bis classis regia fecerat naufragium 2, 7, 5.

Navis percussa rostro 12, 4, 2. navis triremis 10, 4, 1. navem in anchoris tenere 2, 8, 7. naves capere, deprimere 9, 4, 4. naves serpentibus completae 23, 11, 6. naves onerariae 2, 2, 5. longae ib. v. not. & 9, 4, 2. naves triremes 2, 2, 8. Onerariae naves ὀνειραῖς serviebant commentui transvehendo &c. Bellicarum navium maxime eminent naves longae respectu sc. oneraria. quae latiore ventre & rotundiores; & ex longis, triremes dictae juxta numerum transbororum & remorum supra se invicem locatorum, serie tamen fortassis non directa &c. vid. Saevilii milit. Rom. p. 66, 70. & Gyrald. de navigiis. Boccl. Plura de variis navium generib. habes apud Andr. Senilebum in libello, cui tit. Arg., sive de navibus veterum, & Jo. Schefferum in dissert. de varietate navium, & lib. 2. de milit. nav. vet. cap. 2. ac lib. 4. c. 1. naves, metonym. pro militibus in navib. 2, 3, 3. 23, 7, 7. navis dominus 2, 8, 6. Thucyd. & Polyaen. ναῦλονγοι vocant: sed Themistocles ep. 19. pariter ut Nepos. & θεμιστολος η ναυ. idque rectius puto. fuit enim navis, qua Themistocles. vehabatur, ut ex iisd. scriptorib. cognoscimus, ex eo genere, quod Graeci ὄνειρα, Latini onerarias vocant; ac, ut videtur, alicuius mercatoris. quoniam non ignoro, in epist. 20. Themistocles eam dicit ὄνειρα Αἰγαίων τῷ Μαρσόν. Sed quid epistoliz illis tribuendum sit, jam monimus in notis ad 2, 8, 4.

Navalis belli peritissimus 2, 2, 3.

Nautica castra 7, 8, 5. 23, 11, 6. v. castra.

Naxus insula in Aegeo 2, 8, 6. Vavias eius nomina, quibus olim nota fuit. Plinius 4, 12. recitat. Hodie Nicosia dicitur.

Ne joco quidem mentiebatur 15, 3, 1. nullius unquam consilium non modo.

# RERUM ET VERBORUM.

modo antelatum, sed ne comparatum quidem est 20, 3, 6. ne, enclitica, in seqq. dubitatione & interrogatione servit. experiri voluit, verum falsumne esset relatum, verum an falsum 14, 9, 2. is cum interrogaretur, utrum pluri patrem matremne faceret, patrem an matrem 11, 3, 4.

Necessarius homo, signif. propinquitatis, de socio 14, 6, 3. homines tam necessarii 4, 2, 5.

Necesse. nihil necesse est pluribus verbis commemorare, si locus sanus est 25, 21, 5. sic Terent. Eun. 5, 6, 28. nisi quia necesse fuit hoc facere. & 5, 9, 45. necesse est multum accipere Thaidem. Sic quoque Plautus, Cicero, alii.

Necessitas, hac necessitate coactus, de urgente calamit. 2, 8, 6.

Necessitudo, affinit. 10, 1, 3. necessitudo fortis, 24, 1, 3. colligarum forte lectorum consensio & vinculum conjunctioque notatur. Boecl. adde not.

Necis causa datae provinciae. sic Mff. & edd. vett. ad unum omnes 25, 8, 5. v. not. & sup. dicis. necem sibi consiliscere Fr. 2, 2.

Nestanabes rex Aegypti 17, 8, 6. & Nestanebus 12, 2, 1. v. not. ad utrumque locum.

Nefas. se patriae irasci nefas esse ducet 15, 7, 1. nefas id habetur moribus nostris praef. 4. quod nefas erat more Atheniensium 7, 3, 6.

Negare. ne differendo videatur negare 5, 4, 2. v. differre. negat sui consilii esse 9, 4, 1. negabat se ei vim allaturum 18, 12, 3. negabat id suac virtutu convenire 17, 5, 3. sic Val. Max. 1, 6, 6. signiferis negantibus signa moveri sua sede posse. Sueton. Aug. 94. ex eo negantur ibi ranae coaxare. negare ei non potuit, quin &c. 10, 2, 2.

Negatio duplex more Gratcorum usurpata, nullae unquam neque exercitatores copiae, neque magis dicto audientes fuerunt 11, 2, 1. vid. Vechneri Hellenolex. Sic: nihil unquam, neque insolens neque glo-

riosum ex ore ejus exiit 20, 4, 2. non facile reperiri potest, neque de graecis neque de Italicis rebus, quod &c. 24, 3, 2.

Negligere rem familiarē, de luxurioso & dissoluto, 2, 1, 8.

Negligenter, malitiose facete 7, 7, 2. v. not.

Negotium date alicui, 7, 10, 4. & 10, 8, 2. 10, 9, 3. negotium sufficiere, de re mandata officienda, 25, 15, 2. negotium alicuius procurare ib. 15, 3. negotium mihi est cum viro strenuo, eleganter dicitur, 14, 7, 1. eo imperfecto nihil habitueros negotii, omnia parata & facultia fore 18, 12, 2. sic Cicero sapere, sapique proverbium ea locutio ita: sine negotio 17, 5, 4.

Nemo non putarat 25, 10, 1. nemini non ibi manendi potestas facta est 25, 11, 1.

Necoles, sine ut in quibusd. Mff. Neoclus 2, 1, 1. & 2. v. not.

Nentichos. sic legit Vossius 7, 7, 4. v. not. Est a. nomen castelli in Thracia, cuius & Scylax ac Plin. meminere.

Neoptolemus cadit 18, 4, 1.

Nepos Corn. M. Ciceronis, ut qui maxime amicus familiarisque fuit Fr. 4, 1. laudat librum suum de historic. 10, 3, 2. & alium de vita Catonis 24, 3, 5.

Nepotes nati ei sunt multi 21, 2, 3.

Neptis nata est Attico ex Agrippa 25, 19, 4.

Neptuni fanum, ἀσυλον 4, 4, 4. v. not. Neque eo magis fida inter eos amicitia mansit 21, 3, 3. neque eo magis ex praelio excessit 18, 4, 2. neque eo minus 20, 4, 1. neque eo feciis 25, 2, 2. neque suo nomine neque subscriptens 25, 6, 3. neque colloquium ejus peti, neque in conspectum venire fludivit 14, 10, 3. Neque vero hic non contemtus est, negatione dupliciti affirmandi vim habente 8, 2, 2. Sic: neque tamen non patiebantur 18, 1, 3. adde 9, 2, 3. 9, 5, 2. 25, 13, 1. neque minus propter mores, quam

# I N D E X

- quam affinitatem, tam propter mo-  
res, quam affin. 10, 1, 3. sic: neque  
minus bonus paterfamil. habitus  
est, quam civis 25, 13, 1.
- Nero C. Claudius 24, 1, 2.
- Nescio quo casu 1, 7, 3. nescio quo-  
modo 7, 11, 1, 8, 1, 3. formula  
frequens ~~Xanthus~~. huic uni conti-  
git, quod nescio an ulli 20, 1, 1.  
sic Nos edidimus; Lambinus & alii  
an nulli. v. not. & supr. contigit.
- In neutrā partem, neque hoc, neque  
illo nomine 25, 13, 5. v. not.
- Nicanor Cassandri praefectus Piraeo  
potitur 19, 2, 5.
- Nicias unus e collegis Alcibiadis 7, 3, 1.  
v. not.
- Nihil neque insolens neque glorio-  
sum 20, 4, 2. sic ut supra nihil  
possit addi 25, 4, 1. v. not. nihil  
illo fuit excellentius 7, 1, 1. nihil  
ea pugna est nobilior 1, 5, 5. pro-  
mulus illo fuit excellentior, nulla pug-  
na ea fuit nobilior. Ita autem sae-  
pissime & alii locuti sunt, quia, ut  
Bangius Observat. Philolog. lib. 2. p.  
919. existimat, plenius quid & suau-  
ius in Nestro est, quam in Maseu-  
lino & Foemino. nihil aliud egit,  
quam ut &c. v. agere. nihil aliud  
comparavit, quam bellum 17, 2,  
4. nihil aliud molitus est, quam  
ut &c. 6, 1, 4. nihilo feci 9, 2,  
4. 10, 8, 5. 25, 22, 3. nihilo se-  
gnius 14, 2, 4. nihilo magis ibid.  
10, 3. nihil necesse (ali opus) est  
commemorare, nihil attinet, non  
est operae precium 25, 21, 5. v. not.
- Nilus flumen 18, 5, 1.
- Nisi ille fuisset, Sparta futura non  
fuisset 17, 6, 1. v. esse.
- Niti, annisi ut hoc vel illud fiat. quo  
patriam recuperare niterentur,  
laborarent 16, 2, 1. in nitendo, quod  
semel annuisset, (si proba lectio.  
vid. not.) 25, 15, 2. maxime nite-  
batur, ut, vehementer suadebat,  
suadendo conabatur efficere, ut 1, 4, 5.  
niti aliqua re, ab ea pendere 1, 3, 5.  
patrocinii alicuius, 19, 3, 1.
- Nixus in cubitum, (sic alii; nos in-  
nixus v. not.) 25, 21, 5. erigentisse
- habitus denotatur.
- Nitida jumenta, pinguis, non squa-  
da, non horrida, non rigosa, & ne  
Lambinus exponit 18, 5, 6. sic Ovid.  
2. Metam. nitidam cape praemia  
vaccam. Horat. 1. evist. 4, 15. Me  
pinguem & nitidum bene curata  
eute viles. Phaedrus fab. 46, 4. Un-  
de, quaeſo, sic nites; Aut quo  
cibo fecisti tantum corporis?
- Nobilis propinquitas 10, 1, 2. nobi-  
les populo & civitatibus democrati-  
cis invisi 7, 4, 4. Ista generis sunt:  
de cetero ad celebratorem & gloriam  
transfertur vocabulum. nobilis rex  
14, 3, 4. nobilis & clausus poëma-  
tis Fr. 1, 3. nobilis inter aqua-  
les 25, 1, 3. nobile nomen 1, 8,  
4. hac pugna nihil est nobilior 1,  
5, 5. nobilissimae urbes 17, 5, 3.
- Nobilitate aliquam praecuttere, cla-  
ritate & amplitudine 8, 1, 3.
- Nobilitari re aliqua, esse in claritate  
ob rem aliqu. 11, 1, 1.
- Nocere simplicibus, damnum inferre  
17, 4, 8. nocere se ei non possit  
intelligebant 7, 4, 2.
- Nolle. ex ipsis nolo amplius, quam  
centum jugera 8, 4, 2. pro patriae  
charitate accipere orbis terrarum  
divitias nolo 15, 4, 2. Elegans lo-  
cutio, pro qua alii neque minus ele-  
ganter dixissent: non meream orbis  
terrarum divitias, ut (quamobrem)  
fidem erga patriam exeam.  
conf. Buchn. Thesaur. v. mereo. no-  
luit non parere, paruit 7, 4, 3.
- Nomen nobile, pro fama clara 1, 5,  
4. nomen Romanum, cum grandia-  
tate quadam, pro populo 23, 7, 3.  
nominis Alexandri simulatio 18,  
7, 2. nomen regium sumere, na-  
tulum 18, 13, 3. neque suo nomine  
neque subscribens 25, 6, 3. nomi-  
ne magis, quam imperio reges  
17, 1, 2. nomine otii servitatem  
conciliare, 15, 5, 3.
- Nominatum. his consulentibus no-  
minatum Pythia praecipit, ut  
Miltiadem &c. i.e. expresso nomine  
1, 1, 3.
- Nomentaneum praedium 25, 14, 3.

# RERUM ET VERBORUM.

*De Nomento, oppido Latinorum, vid. Cluver. Ital. antiqu.*

Non libenter 12, 3, 2. non magis quam 1, 2, 3. 25, 6, 1. non modo, sed ne quidem 20, 3, 6. quare venire non dubitaret, 17, 4, 1. non, in negatione, quae nudae affirmations aequipollat. non defuit, si qua &c. adfuit 25, 4, 4. non parere noluit, voluit 7, 4, 3. neque vero non fuit aperitum 9, 2, 3. neque tamen non in primis bene habitavit 25, 13, 1. nemo non putabat ib. 10, 1. nihil in iis non apparet ib. 16, 4. nihil ei non tribuit fortuna ibid. 19, 3. non nihil temporis 23, 13, 2. non nulla invehi in aliquem 20, 5, 3. nullius conditionis non habere potestatem ibid. 12, 1. nihil eum non efficere posse decebant 7, 7, 2. non, in negatione, quae simul affirmat, simul auget. quae magna corporis dignitas non minimum commendat 10, 1, 2. non indiligens pater 25, 5, 3. non, in negatione, quae simul affirmat, simul minuit. homo non beatissimus, non admodum beatus, mediocriter fortunatus 17, 18, 2. non nimis diuturna laetitia (sic enim legend. v. not.) 7, 7, 1. *Alia irodwazpiz similia eximpta.* vid. ap. Buchn. de commun. dic. rat. lib. 1. cap. 6.

Nostrī Imperatores 17, 4, 2. nostri mores praeft. 4. & 6. it. 15, 1, 2. Notare diligenter loca quaedam, signo sc. & observatione 14, 11, 2. notare res sine nominibus, exprimere, scribere 24, 3, 4. notari, annotari, perscribi 25, 18, 2.

Notus hisoricis 16, 1, 1. opp. vulgo notus. Scilicet alii fama vulgi celebres feruntur; ceterorum facta non tam celebratio loquentium, quam scriptis Historicorum per vigent. Boecl. addo not. nostr. ad illum loc. nota virtus, cum laude insignis pariter ac perspecta 5, 3, 2.

Notitia, propter notitiam intromissi, tanquam noti 10, 9, 4. notitia clarorum virorum, cognitio de rebus errorum 25, 18, 4.

Nora castellum Phrygiae 18, 5, 2.

Nova res, insolita 14, 6, 6. nova ars 1, 5, 3. eleganter dicitur significatio inventi tam sollertia, quam necessarii. Boecl. Sic: novum consilium 18, 8, 4. novi delectus, de militib. recens letis 23, 6, 4.

Nova afferre in re militati 11, 1, 2.

Novitas ornatus, insolentia 14, 3, 3.

Novissimo tempore, extremo 18, 1, 6.

Nox prima, vigilia prima 18, 9, 3.

Nubere alicui, foeminarum est 5, 1, 4. nupta est huic 25, 5, 3. nuptum dare filiam alicui 4, 2, 3. 10, 1, 1. add. 10, 4, 3.

Nuptiae pro matrimonio 25, 12, 1.

Nubilis virgo 15, 3, 5. *magazex* vocis est in illo Virgilii 7. Aen. Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.

Nudare vagina telum, distingere 14, 11, 4.

Nugator, nae tu nimium nugator es, cum maluisti &c. Fr. 3, 5. elegans form. objurg.

Nullus. huic uni contigit, quod necio an nulli 20, 1, 1. sic qu. edd. alii tamen ulli. v. not.

Numen deorum 17, 2, 5. 20, 4, 4. notat hic auspiciū, curam, *magazex*. In priore loco pro ipsis diis potest capi. Boecl.

Numerus decemplex 1, 5, 5. in hoc numero fuit, alias, in eis, inter eos 1, 3, 2. numero copiarum fretus, multitudine 1, 5, 4. numerus militum, conditio, locus &c. 14, 1, 3. sic: numero militis erat, ex pīgei *magazex* 15, 7, 1. in numero amicorum esse 14, 9, 2. de numero proscriptorum eximere aliquem 25, 10, 4. sic, in numerum proscriptor. referre aliquem ibid. 12, 6. numero sacrilegorum haberi 17, 4, 8. sapientum 8, 4, 2.

Numerare alicui pecuniam 15, 3, 6. ita: numerata pecunia, 13, 1, 3.

Numidae fructa infidiantur Hannibali 23, 6, 4.

Nuntius venit mihi 17, 4, 1. nuntium

# INDEX

- um mittere alicui de 7, 4, 3. nuntii crebti hoc adferunt 1, 3, 3. hoc ille nuntio redit Ath. postquam hoc comprecessit 12, 3, 1.
- Nuntiare alicui aliquid verbis alterius 2, 4, 3.
- Nusquam auxilium nisi a Lacedaemoniis petiverunt, a nemine, nullo e loco 1, 4, 3. nusquam eam a se dimittebat, ad tecum nullum 25, 4, 2.
- Nutu ejus geruntur omnia i. e. arbitrio, placito 6, 2, 1.
- Nysaeus 10, 1, 1.
- O.
- O**bducta nocte 23, 5, 2. obsecrān, nebulosam, non serenam explicat. Lamb. quemadmodum Horatio E. pod. 13. frons obducta dicitur. verum potius obduci hic nox dicitur, ut in Georg. Virg. obrendi. Curt. 8, 13, 25. obducta nox coelo.
- Obedire legi 15, 8, 1. obedit rex illis, horum consilio potissimum utitur 14; 5, 4. vid. not.
- Objicere se hosti, de eo, qui se opponit hosti 23, 5, 1.
- Objectu illo repantino viso i. e. obiecta specie oculis 23, 5; 2. Tac. Hist. 3, 9, 3. cum latera objectu palidis regerentur.
- Obire dient, mori 10, 10, 3. integre: obire diem supremum 1, 7, 6, 7, 10, 6. Habet utriusque nominis id est in illo Juvenalis sat. 6; 56. magnus civis obit & formidatus Othoni. Interdum tamen obire diem est ad diem certum aliqua de causa adesse. Quomodo Cicero de amicit: cum in hortis D. Brutii auguris, commentandi causa, ut affoleat, venissemus, tu non affueris, qui diligenter semper illum diem & ilud munus solitus essem obire. legationes obire, suscipere, legatum agere 10, 1, 4. mox: legationes administrare, faciunt, sed de ipsa rerum trattatione.
- Oblivisci injuriarum omnium 18, 6, 2.
- Oblivionis lex, amissas 8, 3, 2. v. not.
- Obniti. obnixo genu scuto i. e. obnixo in scutum, obfirmato genus ad scutum. Lamb. 12, 1, 2. v. not.
- Obortis tenebris 18, 9, 5.
- Obruere gladios, terra operire, infondere 14, 11, 2. sic: thesauros obrue re ap. Cicer. in Cat. maj. obrui vi no, epulis 10, 4, 4. vitili, obtegi, obscurari 4, 1, 1.
- Obscurus. obscuriora gesta, de minus notis 14, 1, 2.
- Obsequi studii suis, 25, 2, 2.
- Obsequium, civilitas, comitas, indulgentia 10, 6, 5.
- Observantia, de ea, qua quis alios per officiose & per amanter observat 25, 8, 5. vid. not.
- Obses retentus legationis missae causa 2, 7, 2. obfidej eius rei se fore pollicitus est, obligavit fidem suam hoc non esse futurum 19, 2, 4.
- Obsideri urbs dicitur, cuius arx sit. jam est occupata 16, 1, 3. obsidebit ab hostibus 15, 7, 1. obcidere unidique, cum exitus omnes cunctadi sunt 23, 12, 4.
- Obsidionis ratio, artes & instrumenta 11, 7, 2.
- Obsignare libram 6, 4, 2.
- Obsistere, cursum impediere, objecere se 17, 4, 5.
- Obsoletus honor, spretus &c. 1, 6, 2. oppon. gloriatus ib. sic Curt. 9, 1, 2; jam vilia & obsoleta esse spolia de Persis. add. Suet. Aug. 89. obsoletus vestitus 17, 8, 2. detritus; sordidus: ut apud Curt. 6, 9, 25. obsoletum amiculum, & ap. Lav. vellis obsoleta.
- Obstare consilii alicuius, propositum interverttere 10, 9, 2, 9, 2, 3. obstitutio ne conficeretur, impedivit 1, 3, 5.
- Obstinatio tacitura, oblinatio propositi taciturnitate ostensa, significata 25, 22, 2.
- Obstruere valvas aedis 4, 5, 2.
- Obtemperare legibus patriae 20, 1, 3.
- Obterere laudem virtutis 20, 1, 5. includit significatum contemptus ac superfluenzia Boec. similiter Curt. 8, 1.

# RERUM ET VERBORUM.

23. & 31.

Obtestationes assidue, postulationes, preces non sine flagitatione & abstin-  
gentibus verbis 22, 4, 3. Boecl.

Obtigit ille quaestor Scipioni 24, 1,  
3. ita saep Romani auctores, de ma-  
gistratibus sorte dati &c. Boecl.

Obtinere dignitatem equestrem 25,  
1, 1. locum eundem apud aliquem,  
idem officium gerere 18, 1, 1. locum  
legati apud aliquem 25, 6, 4. im-  
perium 1, 2, 3. perpetuam domi-  
nationem 1, 8, 2. maximum ma-  
gistratum 16, 3, 2. principatum in  
civitate 24, 2, 2. provinciam 24, 1,  
3. regionem 18, 7, 1. regnum 20,  
3, 4. habendi administrandi que notione.

Obtrectare inter se, non aemulari tan-  
tum, sed adversari sibi mutuo, de-  
trahere 3, 1, 1. v. not. Quotutren.  
Laubinus exponit. Sic enim Cice-  
ro Tuscul. quaest. Obtreccatio est  
ea, quam intelligi Zelotypiam volo,  
aegritudo ex eo, quod alter quoque  
porriatur eo, quod ille ipse concupi-  
vit.

Obtreccatio, inter eos tanta laudis  
erat aemulatio, nulla intercedebat  
obtreccatio, de Cicrone & Horten-  
tio de principatu eloquentiae con-  
tentibus 25, 5, 4. inter eos maxi-  
marum rerum non solum aemula-  
tio, sed obtreccatio intercedebat.  
de Cesar & Antonio, summum impe-  
rium affectibus ib. 20, 5. Ille miratur  
Nostrus, quod inter tantos aemulos amici-  
tia manserit, heic docet oriri simili-  
tates ex aemulatione solere. Obtreccatio  
virtutis, paullo ante 18, 10, 2.  
obtreccatio multorum vineit facile  
unius virtutem 23, 1, 2.

Obtreccator, virtutisq. max:  
adversarius in administranda re-  
publ. 15, 5, 2.

Obviam ire hostibus, 1, 4, 4.

Obvius ei fuit 19, 4, 3. obvius iti-  
neri ejus mons 18, 9, 3.

Occasio. data occasione 22, 1, 2. ne  
militum immodestia occasio ei  
nostris opprimendi exercitus detur  
7, 8, 5. sic: ne aliquam occasio-  
nem sui opprimendi daret 10, 4,

1. ne datam a fortuna occasio-  
nem liberandae Graeciae dimitt-  
terent 1, 3, 3.

Occasus. post hujus oceasum statim  
regium ornatum nomenque sum-  
serunt, post hujus mortem 18, 13, 3.  
sic Cicero 1. quaest. acad. post L.  
Aelii nostri occasum. Lamb.

Occulere fortunam suam 7, 9, 1.

Occultare voluntatem in re aliqua  
6, 2, 3.

Occupare tyrannidem 20, 1, 3. occu-  
patus in eo erat, ut bellum quant  
diutissime duceret 7, 8, 1. occu-  
pari accrime in apparando 23,  
7, 1.

Occupations infinitae 25, 20, 2.

Occurrere rei, mederi 16, 1, 5.

Octavius Caesar Atticum familiariter  
per epistolas colit 25, 20, 1.  
&c.

Oculorum lumina amittere, visum  
20, 4, 1. oculorum moribus 23, 4,  
3. oculos omnium ad se conver-  
tere 7, 3, 5. Curtius 8, 4, 24. o-  
mnium oculos in se convertere. Et 3,  
11, 24. omnium oculos animosque in  
se convertere. Sic Florus 2, 17, 14.  
omnium in se mentes convertere. ante  
oculos civium suorum libenter  
non erat 12, 3, 2. oculis fructum  
capere ex casu aliquujus, detellari  
caja, 18, 11, 2. simile est oculos  
pascere, contrarium oculis dolere,  
vel oculos aliqui dolere, de quo v.  
Pet. Vict. Var. lett. 2, 5. Turneb.  
adv. 12, 17. Taubm. ad Plaut. Afrin.  
5, 1, 4. & Mosell. 4, 2, 10. &c.

Odiosa multa delicate jocoseque fa-  
cere 7, 2, 3.

Odium civitatis, in civitatem 13, 3, 5.  
odium ejus in hoc viro tantum  
est, adversus hunc v. 19, 4, 4. odium  
erga alij 22, 4, 3. 23, 1, 3. her-  
editate relictum, ib. implacabile  
14, 9, 1. militum 10, 8, 2. odio  
misericordia succedit, sc. sublatu,  
quem odium petebat. 10, 10, 1. odium  
sic confirmavit, ut &c. 23, 1, 3.  
in odium aliquis pervenire 6, 1,  
3, 19, 2, 1. ut odio communis,  
quod erga regem suscepserant.

COR-

# I N D E X

- contineri viderentur 14, 10, 3.  
**Oedipus** parricida & incestuosus 15,  
 6, 2.  
**Offendere** aliquem imparatum, de-  
 prehendere 17, 2, 2. offendere in a-  
 liqua re, peccare, labi 19, 2, 2.  
**Offensio** populi, odium 10, 8, 2. ma-  
 gna cum offensione civium 1, 7, 4.  
 fine offensione 25, 5, 1. cum of-  
 fensione ejus 25, 7, 2.  
**Offensus** fortuna 5, 4, 2. vid. not. of-  
 fensa in eum militum voluntate,  
 infensa, infesta 10, 7, 3.  
**Offerre** le periculo, audere rem peri-  
 culosam 16, 2, 3. locum fors offerit  
 16, 2, 1.  
**Officinas** armorum instituit Ephesi  
 Agesilaus 17, 3, 2. vid. not.  
**Officium**, τὸ καθηκόντρα respicit, quo  
 sensu Cicero libros de officiis inscripsit.  
**officio** tribuere aliquid, honesti re-  
 stique studio facere 25, 6, 5. conf. 25,  
 4, 2. officium, de obsequio imperan-  
 tibus debito. ad officium redire 1, 7,  
 1, 17, 5, 3. 5, 2, 4. sic & Sueton.  
*Jul.* 69. ad officium reducere 14,  
 2, 3. in officio manere 18, 6, 4.  
 non manere 9, 2, 1. *Caes.* dixit ab  
 officio discedere & decedere lib.  
 1. & 5. *B. Gall.* officia praestare  
 alicui, tanquam civis civi & magi-  
 stratui, cum nota obsequi erga imper.  
 1, 2, 3. Significatae benevolentiae &  
 promptae humanitatis, ac per haec  
 praestitae operae est in iis: officium  
 suum praestare sc. in judicio 25, 9,  
 4. officium aliquod alia liberali-  
 tate augere, de pecunia rautuo data  
 25, 2, 6. officia praestare amicis  
 25, 8, 4. sicut alibi: necessariis. in-  
 eluditurque hic respectus τὸ καθηκόντρον.  
**officia** urbana 25, 4, 3. & 4. scil.  
 solenibus negotiis in urbe praefarsi  
 solita, quo sensu ap. Sueton. *Aug.*  
 53. dicitur: officia cum multis mu-  
 tuuo exercevit, nec prius dies cu-  
 jusque solennes frequentare desit  
 &c. vid. not. ad illud 1, 2, 3. Athen-  
 nensibus officia praestabat.  
**Oleaginæ** virgulæ, & ex iis corona  
 8, 4, 1. victoriae symbolo oblata: nam  
 a ludiis Olymp. ad seria transferri e.
- jusmodi res, nūtūtū & elegans.  
**Olympiae** vīctor praeſ. 5. ſic Cicero 1,  
 Tusc. Diagoras cum uno die duos  
 filios vītores Olympiae vidiſſer.  
 Vorſt. Olympiae vītores quibus  
 coronis donati 7, 6, 3. Vide de O-  
 lympionicis & eorum honore copioſe  
 agentem Paſchal. 6. de corona c. 7, 8.  
 ade not. ad nūrūmque loc.  
**Olympias**, mater Alexandri, Eu-  
 menis conſilium: mox & auxili-  
 lum implorat 18, 6, 1. & 3.  
**Olympiodorus**, tibicen 15, 2, 1.  
**Olynthus** urbs Thrac. 16, 1, 2.  
**Olynthii** bello subacti 23, 1, 2.  
**Omittere**, ut omittam Philippum,  
 ut praeteream illum, nihil dicam de  
 illo 23, 2, 1.  
**Omnis** equitatus, totus 23, 3, 1. ita  
 saepe, qui plutima mala omnium  
 Grajorum in domum tuam intuli,  
 ex omnibus Grajis, inter omnes Gra-  
 jos 2, 9, 2.  
**Omnino**. cum omnino non eſſent  
 amplius centum 16, 2, 3.  
**Onerariae** naves 2, 2, 5, 10, 5, 3. v.  
 nav.  
**Onomatchus** custodum praefectus  
 18, 11, 3.  
**Onustus** praeda 7, 5, 7. copiam dicit &  
 ubert.  
**Onyx**. ex onyche amphorae & ur-  
 cei, itemque columnæ xxxii. pe-  
 dum. Fr. 8, 7.  
**Operire**, obtegere 23, 9, 3.  
**Opera** imperatoris 15, 5, 3. opera e-  
 jus magni fuit 14, 1, 4, 24, 1, 2.  
 magni ejus opera aestimata eſt in  
 praelio ap. Senam 24, 1, 2. ope-  
 ram honoribus dare ibid. 1, 1. ope-  
 ram clandestinis confiliis dare  
 23, 2, 2. opera ejus hostes proſili-  
 gati 14, 2, 1. Porro cum ſatis late-  
 pateat vocis significatio, non rara cum  
 primis eſt ap. Scriptores operae for-  
 tis, fidelis, egregiae &c. in bellis  
 rebus mentio. Boecl. opera, sc. offi-  
 ciosa in iis, quae amici aliisve praef-  
 sumus 5, 4, 5. ſic: forenſis opera  
 7, 3, 4. & ap. Val. Max. 3, 8, exp.  
 4. Horatio forenſis opella 1. sp. 7.  
 8. opera ducis 11, 2, 2. opera a-  
 licujus

# RERUM ET VERBORUM.

Nicujus facere aliquid 7, 4, 7. opera ejus advertae & secundae res acciderunt 7, 6, 2. ejus opera suscepsum est bellum 23, 7, 3. opera ejus factum, ut 15, 8, 1. in odium veni 6, 1, 3. opera alicujus patria pelli, de eo, qui in causa est, rem struit, molitur, efficit 7, 6, 4.

**Opes**, pro potentia 15, 6, 4, 18, 10, 3. Atheniensium 7, 5, 3. magnae ab tenui initio profligatae 16, 2, 3. patriae 9, 5, 2. regis 7, 10, 3. opes, pro viribus bellicis 8, 2, 4. opes debilitantur 17, 5, 2. opes magnas prostertere, magnam vim hostium ac numerum, adeoque potentiae hostis fortent non minimam 1, 5, 5. **Sic**: opibus regii praeceps 9, 4, 3. opibus clata iniula 1, 7, 2. **sic**: secunda fortuna magnisque opibus elatus, 7, 7, 3. similiter Tacit. 15. A. 20, 1. cum tantis esset opibus, ut &c. tanta potentia, ut 20, 3, 4. alienarum opum indigere, patrocinii 21, 3, 4. & 23, 1, 3. **Sic**: opibus alicujus defendi 11, 3, 2. juvari 20, 2, 2. Cael. 3. de bell. civ. Pompejus misit ad Ptolemaicum, ut illius opibus in calamitate regeretur &c.

**Opinio**, de quo quanta fuerit opinio eorum, qui &c. quid iudicavit, &c. 18, 13, 2. opinio nimia ingenii atque virtutis, nimia exaltatio 7, 7, 3. opinio manebat, cum cum rege habere societatem 4, 3, 5. in opinionem adduci 14, 6, 6. in opinionem milihi venit 25, 9, 6.

Opis alicujus indigere 5, 4, 2. sine ope deorum 6, 3, 1.

Oportet, nihil in bello oportet contemni 8, 23, 3.

Oppidani, qui sunt in oppido 1, 7, 3.

Oppidum tueri 1, 3, 2. **oppon.** relinque 2, 2, 8. oppidum Antiphilum constituit 5, 2, 2. Conf. v. flumen. oppida dono data ap. Pers. 2, 10, 3. v. Briss. de regn. Pers. 1. oppidum absolute pro Athenis 1, 4, 2. & 2, 10, 3. imitatione Gracorum, quibus ead. urbs et 1257 llio dicta aequa-

v. sup. astu.

Opponere aliquem adversariis 18, 3, 2. **sic**: opponi alicui, eleganter dicitur is, qui suas in hostem curas intendere iubetur, si quid ab eo moveatur 13, 3, 1. Boec.

Optimere aliquem, subvertere 14, 5, 2. imprudentem, 18, 8, 6. v. Gronov. not. ad Liv. 30, 10. hostes, 2, 5, 1. Graeciam, subigere 2, 8, 2. libertatem 7, 3, 3. univerbos 2, 4, 4. invidiam acerbitate, vim in extinguendo notat 10, 6, 5. **oppon.** lenire obsequio ibid. opprimenti se oppresso, dignitate aut opibus demoto afflictioque 1, 3, 2. infr. extinctio. **opprella** patria a tyrauno 20, 1, 1. a tyraannis 8, 1, 2. opprimenti bello opp. mox: insidiis interfici 14, 9, 1. Opprobrium, contumelias caussa objedium 15, 6, 3. opprobrio esse 9, 3, 4.

Oppugnare imperium 10, 5, 3. opidum 1, 7, 5. **sic**: Aegyptum oppugnatum proficisci 18, 3, 2. cum oppugnatum esset magnum partem diei ib. 4, 1. **sic** Mss. Boec. & Longol. v. not.

Oppugnatores, qui urbem oppugn. 1, 7, 3.

Opfonium 2, 10, 3. 17, 8, 4.

Optimates 10, 6, 3. 25, 9, 7. optimum caussam agere, de factione Aristocratica 19, 3, 1. ita: optimatum fautor 7, 5, 3.

Opulentes 12, 3, 3. Veteres enim promiscue opulens & opulentus dicebunt. Aufonius de Mediolano: Templa, Palatinaeque arces, opulentique moneta. Quomodo violens & violentus, gracilens & gracilentus &c. v. Bachn. Thes. v. Opis. opulentissimum regnum, de Persico 17, 4, 3. Opulentia fretus 5, 2, 5.

Opus facere, de aedif. & munitione 2, 6, 5. ita: opus fit, procedit 2, 7, 2. operibus urbem claudere, munitionibus, i. e. fossa, vallo, aggere &c. 1, 7, 2. **sic**: opera incendere, statuere ib. 7, 4. Caelar B. G. locis egregie natura & opere munitus.

Ora Asiae, extremitas 7, 6, 5.

# I N D E X

- Oraculum consulitur 1, 1, 2, 2, 2, 6.  
omnia ad oracula referre 6, 3, 1.
- Oro te, interpositum sermoni, ut alias,  
quaeſo, amabo 25, 4, 2. orare atque  
oblecare 25, 22, 1.
- Oratio Lysandri nomine a Cleone  
scripta 6, 3, 5. Usurpatus enim ille  
mos in Graecia, ut oratores & sophi-  
ſae alius orationes scriptarunt. Vide  
*τοιογέδει*; quae vox cum re, poſ-  
ta in contentum adducta, vid. Cre-  
foll. theatr. Rhet. 3, 2. Boecl. ora-  
tio Graeca, sermo graec. lingua gr.  
Fr. 3, 4. oratio perpetua 15, 5, 1.  
oppoſ. brevitas respondendi ibid.  
oratio perpetua opp. responsis bre-  
vibus 15, 5, 1. Graecis est excep-  
tis λόγος. orationis commendatio.  
vid. commend. oratione frāda ty-  
rannis Lacedaem. 15, 6, 4. orationes  
confidere 24, 3, 3.
- Orator probabilis 24, 3, 1. v. probab.
- Orbis terrarum 15, 4, 2. 25, 3, 3. &  
20, 5. Sic quoque Cicero, qui &  
orbis terrae dixit. Poeta īdein hanc  
orbis. Virg. Ecl. 3. Descripsit ra-  
dio totum qui gentibus orbem.  
Vorſt.
- Orichomenii 6, 3, 4.
- Ordinare magistratus 25, 18, 1. sic  
Vossius & Barthius legend. conſent.  
alius uniglo est ornare. v. not. ordi-  
natae copiae, quae in acie ſtant 11,  
2, 2. mox: dispositae.
- Ordiri ab initio 2, 1, 1. orditi reli-  
quos, vnam reliquorum exponere 7,  
11, 6.
- Ordo equeſtris, dignitas ordinis equi.  
25, 19, 2. ordinem ſuum uterque  
retinebat, de amboīis regibus Spar-  
tanis, quorum ille ex Procli, hic ex  
Euryſthenis familia ſemper ſurrogabat-  
ur 17, 1, 3. ordo, locas in agmine  
14, 9, 4. ordine enumerare 25, 18,  
3. omnium ordinum homines 25,  
13, 6.
- Orestes matricida 15, 6, 2.
- Origo ultima stirpis Romanae 25,  
1, 1. v. not. origo familiarum 25,  
18, 3.
- Origines Catonis 24, 3, 3, lundatae  
Ciceroni in Brno. 17.
- Oritur tempeſtas 13, 3, 3. ſeditio 18,  
12, 3. ortus ab hoc, de genere 25,  
18, 3. ortus equeſtri ordine 25, 19,  
2. ortus municipio 24, 1, 1.
- Ornare arcem, exſtruere, xaracu-  
lēi, ut Plutarchus loquitur 5, 2, 5.  
ampliſſimam pulcherrimamque  
corporis formam incredibili vir-  
tute bellū 21, 1, 4. navem armatis  
10, 9, 2. niſi fors rectius onerat hec  
legend. Boecl. aliquem torque &  
armillis aureis, ceteroque regio  
cultu 14, 3, 1. aliquem divinitus,  
locupletare, ut aliū 2, 2, 3. magi-  
ſtratus, volumine edito ſc. de magi-  
ſtratibus 25, 18, 1. niſi maliſ cum  
Vofſio leg. ordinare. v. not. ornari  
inſignis 17, 3, 2. diſting. ab arma-  
ri. v. ſupr. exercitus adde not.
- Ornatū elephantus 23, 3, 4. inſtru-  
itus ad pugnam, ali: oneratus v.  
not. ornatus vefſitu militari 14, 9,  
3. Gell. 5, 2. ornatus armatusque ad  
praetium equus. ſc: exercitus ad praetium  
intensus ornatusque ap. Tacit.  
H. 3, 63, 2. exercitus ornatus apud  
Tacit. b. 3, 63, 2. Gebhardus buc  
etiam refert alinos ornatus ap. Caton.  
de re ruf. lib. 10. neſcio quam bene.  
nam Cato loquitur de aſinis elatella-  
riis, qui ſterciū veſtant. quales in acie  
nemo viderit. ornatus pro cultu quo-  
libet, ejam vihi 17, 8, 2. ornatus  
regius 18, 13, 3. non minus con-  
cinus in brevitate respondendi,  
quam in perpetua oratione ornatus  
15, 5, 1.
- Ornamentum habere ab aliq. hono-  
res, dignitates, opes intelliguntur 25,  
7, 2. aliꝝ auctoramentum malent.  
v. not. ornamentum esse principi,  
tyranno &c. de viro promto clav-  
que, cuius induſtria pleraque negotiorum  
praecclare adminiſtrantur 10, 2, 1.  
Boecl.
- Os. oris commendatio 7, 1, 2. sua-  
vitatis 25, 1, 3. vultus ſignificatur.
- Oſſa mortui uxori remiſſa 18, 4, 4.  
morum uxori liberisque re-  
miſſa 18, 13, 4. oſſa ſepulta 2, 10, 5.
- Oſtendere ſe inimicum 7, 6, 4. cau-  
ſam adventus alicuius 15, 4, 1.  
omnes

# RERUM ET VERBORUM.

omnes exitus occupatos 23, 12, 5. ostendit, se id utriusque facere causia 10, 4, 1. ostendit se velle colloqui cum rege 9, 3, 2. sicut ostendimus, narravimus 16, 5, 1. alibi: ut ostendimus supra 17, 1, 4. Scilicet utimur hoc Verbo, quando rem aliquam exponimus, declaramus, narramus, testamur.

Ostracismus 5, 3, 1. Dicebatu autem ostracismus vel exostracismus, existium decennale testularum, quae Graecis ὀπερα, suffragiis (i. e. inscripto testis multandi nomine) illis irrogatum, quorum Athenis potentia nimia videbatur, & hoc patto ad democraticae aequalitatis statum contemporanda &c. vid. Plutarch. in Aristide, Themist. & cetera Lamb. notata in vit. Themist. Telum id, ut dixi; adversus dominatum: sed, ut est genus popularis libertatis, intemperanter haberi coepit, atque in virtutis clarissimae injuria conversum, quod Aristoteles innuit: σατιρικάς οὐ κέντοι τοῖς πόλεσ, vid. Sigan. de rep. Athen. 2, 4. Diximus aliqd hac de re in commentor. p. 63. & siq. Boecl. add. not. ad 2, 8, 1. & 5, 3, 1.

Otacilium L. Pilitus, Fr. 6, 2.

Otium tantum tota Africa reddidit, ut nullum &c. de statu & facie paciū 22, 2, 5. Sic: ex maximo bello tantum otium tori insulae conciliavit, ut 20, 3, 2. otii nomine servitutem conciliare 15, 5, 3.

P.

**P**actio 17, 2, 4. Exstimat h. l. Vir dulcissimus præcipuum aliquam partiscedae amicitiae rationem ut inducas significari. Quasi verae inducas non fuerint, quas cum Tissapernae perpigni Agesilans. Referri autem passionis vox ad iurandum debet, quod utsique dederat, se sine dolo inducas conservaturum, si ad ipsas inducas non potest. passionibus talib. pacem facere velle, ut conditionibus, legibus 10, 5, 6.

ex Pacto; ex conventione; ex pacto con-

vento, καὶ οὐδὲν λέγει 1, 2, 4. v. noti  
Padus fl. 23, 4, 1. 23, 6, 1.  
Palam facere aliquid alicui 23, 11,  
1. palam fit de hujus morte 10,  
10, 2. palam facta re 23, 7, 7.  
Palaestra quomodo uendum 15, 2, 4.  
palaestrae vocantur, quae alias gymnasia. v. Hieron. Merc. de art. gymn. l. 1. c. 6. ceterum quae ad hujus loci explicat, faciunt, habentur 2, 8, & 5, 5. palaestra castris oppon. 15,  
5, 4. vid. not.  
Pamphilium mare 23, 8, 4.  
Pandates 14, 5, 3.  
Paphlago, per Antonomasiam pro Thyo 14, 2, 3. & 4. conf. Laco. Paphlagones 14, 8, 2.  
Paphlagonia 14, 2, 2.  
Pani præbendo urbs destinata 2, 10,  
3. more Persarum, v. not. & supr.  
oppid.  
Par. disertus fuit, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia 15, 5,  
1. parem non esse alicui, sub. armis, 18, 8, 4. Sic enim Noster alibi:  
cum par non esset armis, sub. Eu-  
meni, Hannibal 23, 10, 4. in sequentibus duobus locis casus uterque  
diffimilatur, neque terra, neque  
mari hostes pares esse potuerunt  
7, 6, 2. univerlos esse pares aje-  
bat 2, 4, 2. pari præcio discedere,  
neutro viuio aut viatore 2, 3, 3. Ta-  
citus dixit aequis manibus abfeci-  
dere 1, ann. 63, 3. pari felicitate  
in ea re usus est, de Pausania,  
qui feliciter aequa barbarorum præsidia  
ex Cypro & Helleponio depulit, ac  
fugaverat Mardonium 4, 2, 2. sic  
pari fortuna in terra usus est 5, 2,  
3. pari se virtute postea præbuit  
14, 2, 1. pari fastigio stetit in u-  
traque fortuna 25, 14, 2. pari mo-  
do Marcelli Claudi scil. rogata  
Marcellorum quoque sc. familiis  
ordine enumeravit ib. 18, 4. Par est,  
pro aequum est, convenit. Sic: re-  
linqui cum par non est 14, 6, 4.  
quid se facere par esset, intueba-  
tur 25, 10, 1.  
Parictaca, regio Mediae 18, 8, 1. v.  
not.

1. 11 2

Parais

# I N D E X

- Parare bellum** 23, 2, 6. alicui 7, 9, 5. moriri, adornare in aliquem, parare copias, comparare 14, 10, 2. adversus aliquem 14, 6, 1. parare exercitus 14, 11, 1. 18, 6, 4. parat proficiisci, constituit &c. 14, 4, 1. sic Curtius 9, 3, 8. in alium orbem parat ire, potius diligentia, quam pretio parare, acquirere 25, 13, 4.
- Paratus**. ea gratis facere sum paratus 15, 4, 2. ut parati essent facere, quod ipsum vidissent 14, 9, 4. parati adversarii, ad pugnam sal. 18, 8, 4.
- Parcere** alicujus vitae 21, 2, 2. nulli rei ad perficiendum aliquid 4, 2, 5. nullo loco 2, 6, 5. quibus fortuna in bello parcerat, quos fererat superflites 8, 1, 5.
- Parere** imperio regis 14, 4, 3. imperio alieno 15, 10, 4. consilii alicujus in suscipiendo & agendo bello 23, 8, 3. institutis patriae, 17, 4, 3. vivi civilis notae, & statui patriae se accommodant. non parere noluit, sc. mandatis magistratus 7, 4, 3. parere naturae, ejus ductum sequi 25, 17, 3. sic quoque Cicer. v. not. iracuac, utilitati communis 7, 4, 6. propter illam aut hanc aliquid facere.
- Patere** sibi amicitiam cum, comparare 7, 7, 5. tyrannidem 21, 2, 3. patet haec res suspicionem, praebet, inficit 14, 11, 3. patitur pax bello, comparatur 15, 5, 3.
- Patina** 11, 1, 4. scutum breve, pelta tamen majus v. Manut. quaest. per epist. part. 3. ep. 6. & Lips. Ml. R. 3, 1. & 2. add. Keuchen. ad Nepot. cit. loc.
- Patricidarum exempla** 15, 6, 2.
- Pars** interior aedium praef. 8. superior aedium 10, 4, 5. nullam in ea re sumam partem fore sentiebat, debita sa laude fraudatum iri 7, 8, 4. partes omnium corripere atque complecti cogitabat 18, 2, 3, v. corripere. pars pro factione 25, 8, 6. sic: partes Syllanne, Cinnanae 25, 2, 2. optimarum partium &c elle & exiguari ib. 6, 1. Val. Max.
- dixit sequi alicujus partes 1, 7, 7. partes, de negotio. excipit has partes ipse Gallicrates, sc. similiante inimicum 10, 8, 3. v. excipere. partum, pro partium Fr. 3, 1. v. not.
- Partim**, quorum partim secuti sunt, partim &c. 25, 7, 2. sic: partim praedarum suis dispergit, partim ad Datamen mittit sic. in quislib. Mss. v. not. add. Bang. obser. philolog. part. 2. p. 1164. partim interficerunt, alios in exilium eje- cerunt 16, 1, 4. Ex h. l. paret, partie. partim aliquando non geminari, contra quam Budacis in Pandect. 5. putat. v. Alciat. parerg. 7, 20. Locc.
- Partiri**. de partiendo regno cum aliquo colloqui 10, 2, 4.
- Particeps** regni 20, 1, 3. omnium con- filiorum 18, 1, 5. mox v. 6. omni- um rerum.
- Parimonia** vietas, cultus 7, 11, 4.
- Patum** patiens 11, 3, 1. parum o- disse 25, 9, 7. non parum liberali- ter domum suam aliquem invita- re 25, 13, 6. neque in festetto vi- cies parum splendide te geslit, neque &c. ibid. 14, 2.
- Parus** insula (una e Cycladibus, candi- do marmore celebris) oppugnata 1, 7, 2. Parium crimen, super Paru op- pugnatione intentatum 1, 8, 1.
- Passius**. is campus abest ab oppido circiter millia passuum decem 1, 4, 2. Adrumetum abest a Zama circiter millia passuum trecenta 23, 6, 3. Passibus enim veteres meti- bantur suos lapides & millaria. fa- cere autem 1000. passus annus lapi- dem Ital. 4000. passus unum millaria Germanicum vulgo traditur. v. not. Ernstii.
- Patefacere** cogitata 4, 3, 1. loca 23, 3, 4.
- Pater** mihi aditus ad eum 1, 8, 4. parent mihi honores 25, 6, 2.
- Patri** iurandum dare 23, 2, 5. patre uti diligente, indulgenti- diti, studio literarum 25, 1, 2. paterfamilias non indiligens ibid. 4, 3. non minus bonus paterfam. habi-

# RERUM ET VERBORUM.

- habitus est, quam civis ib. 13, 1. patres conscripti 23, 12, 2. v. Consc.
- Paterna provincia, cuius praefectus pater fuit, 14, 1, 4. paternam gloriam tueri, patris gloriam 19, 1, 3. posito adjectivo pro substantivo: quomodo & 20, 1, 4. Noster: ne aspicere quidem fratrem sanguinem voluit, fratris sanguinem. Vorst.
- Patrii dicitur, 7, 4. patrios mores mutare 4, 3, 1.
- Patria, in qua erat natus 20, 1, 1. patriam juvit, quibusunque rebus possimus 17, 7, 1. patriae caritate ductus 7, 5, 1. pro patriae caritate orbis terrarum divitias accipere non vult Epaminondas 15, 4, 2. a caritate patriae non potuit recedere Alcibiades 7, 8, 1. patriae jura sanctiora quam hospitii 13, 4, 3. legibus patriae obtemperare satius quam imperare 20, 1, 3. opes augere 9, 5, 2. patriae caritudo munus fortunae 25, 3, 3. v. not. patriae irasci nefas 15, 7, 1. patria carere, de exilio 16, 1, 4. integrum: exul patria caruit 16, 5, 1.
- Patrimonium, possessiones 25, 12, 3.
- Pati, pro permittere. negabat se pas- suram 5, 7, 4. quantum facultates patientur 25, 8, 4. neque tamen non patiebantur eum sibi anteponi, ferebant 18, 1, 3.
- Patiens, sc. duritiae & laboris negotiis 15, 3, 2. quo sensu patientia apud Lacedaem. summa laus dicitur 7, 11, 4. v. not. ita patientia negotiorum 18, 1, 3. Eod. sensu videtur haec vox capienda 17, 7, 4. ubi libidini vel luxuriae opponitur. v. Thes. Buchneri.
- Patiens paucitatem 15, 7, 1.
- Patroclus 14, 2, 2. v. not.
- \*Patruelis, a fratre patruelie Fr. 3, 1.
- Patrus 17, 1, 4.
- Paucitas, de exiguo militum numero. ejus paucitati multitudine hostium obest 14, 7, 3. ea paucitate percusa est Lacedaemoniorum potentia 26, 2, 3. Sic Iustinus 20, 3, 4. Lo-
- crense paucitatem suam circumspicientes omissa spe victoriae in destinatam mortem conspirant. Et alibi.
- Paulius L. Aemilius Cos. 23, 13, 1.
- Pauperes opulentis iniqui 12, 3, 3. pauper alpennatur conueniuntur, Fr. 5, 4.
- Paupertas Aristidis 3, 3, 2. Phocionis 19, 1, 2. paupertatem facile perpessus Epamin. 15, 3, 4.
- Pausa, quae pauca erit? quis finit. Fr. 12, 6. Eadem voce usque & atii. vid. Voss. Etymolog. Ling. lat.
- PAUSANIAS** varius moris homo Mardonius fudit 4, 1, 2. hinc incivilis insolentia v. 3. quae felicitate anguitur c. 2, 2. ambit amicitiam Xerxes v. 3. &c. ideo multatur v. 6. vincula rursum meretur & effugit c. 3, 5. suoppe indicio deprehenditur 4, 4. tot. in Chalcioeo interit c. 5. Fit ejus mentio 3, 2, 3. rex Laced. dicitur 8, 3, 1.
- Pausanias Philippi percussor 27, 2, 1.
- Pax bello paritur 15, 5, 4. pax & amicitia, conjuncta 14, 8, 5. non fida v. 6. pax mata fide petita 18, 4, 3. quomodo facienda 22, 1, 3. Paci aractae, 13, 2, 2. pacis vocabulo saepe servitus tegitur 15, 5, 3. pacem conciliare inter aliquos 5, 3, 3. reconciliare 8, 3, 2. ab aliquo petere 18, 4, 3. impetrare ibid. constituere his legibus 13, 2, 2. inter Trasybulum & eos, qui urbem tenebant, fecit pacem his conditionibus &c. de Pausana pacem conciliante 8, 3, 1. De ipsis belligerantibus 10, 5, 6. usurpatur. Vorst.
- Pecunia publica, de redditib. 2, 2, 2. ut esset pecunia quae Romanis penderetur, 23, 7, 5. pecunia multari 1, 7, 6. s. i. depellere instans periculum 4, 3, 5. ea pecunia classis aedificatur 2, 2, 2. v. not. pecunia sine foenore & stipulatione credita 25, 9, 5. pecunia in bello per certum hominem dispensatur 9, 4, 1. pecuniae cellatio sublevandis amicis 15, 3, 6. pecuniae quinquaginta talenta civibus suis donat 9, 4, 5. pecuniae usus non-magnitudine

# I N D E X

- sed ratione metiendus 25, 14, 3.  
pecuniam numeratam accipere, 13, 1, 2. pecunias ex metallis facere 5, 1, 3. imperare alicui 25, 7, 3.
- Pecuniosus**, dives 5, 1, 3. 5, 133 1. plenus Cic. pro Quint. vir copius rei familiaris locuples & pecuniosus. *Apud Tacitum est pecuniosa senecta ann. 3, 55, 3. & pecuniosa orbitas & senecta ann. 13, 52, 3.*
- Peditibus** jam non valet propter ac-tatem 19, 4, 1.
- Pedester exercitus** peditatus 10, 6, 3. 18, 4, 3. pedestres exercitus, (opp. classiaris adeoque & equitatum com-prehendunt. v. Gronov. not. ad Liv. 37, 53. & Thes. Buchneri.) 9, 1, 1. copiae 7, 8, 2. 12, 2, 1. 23, 11, 7. pe-deltria arma 11, 1, 3.
- Peditatus** 18, 3, 6.
- Pedissequi** omnes Attici aut anagnos-tae aut librarii 25, 13, 3. cum numinis 5, 4, 2. v. de hoc genere serv. Pignor.
- Peducaeus** Sextus 25, 21, 4.
- Pelli patria** in exilium 3, 1, 3. mox oppon. restitu in patriam. \* pulsus Macedonia, 19, 3, 2.
- Pellere** adversarios, fugare 23, 11, 7. hostem 23, 4, 1. copias adversario-rum 17, 3, 6. arce praesidium. depell. 16, 3, 3.
- Felicere** aliquem sibi. in suas partes 18, 2, 3.
- PELOPIDAS** Theban. per factiosos pa-tria pellitur 16, 1, 4. adolescentibus undecim stipatus insolito habita Thebas redit cap. 2, 5. magistratus vinclentos occidit cap. 3, 3. libertatem reddidit, Cadmean restituit. ibid. altera Thebis persona fuit c. 4, 3. adversa perpessus c. 5, 1. cadit in praetorio v. 4. vir fortis 15, 7, 3.
- Peloponnesus** 10, 10, 3. Peloponnesiacum bellum 7, 3, 1.
- Pelta**, scutum parma brevius 11, 1, 4. v. Alex. ab Alex. 6, 22. & expref-sas peltarum figuræ apud Pier. hieroglyph. l. 42. it. Lips. annect. mil. Rom. 3, 2. Bocl. add. Henr. Steph. Ind. thes. Gr. L. col. 1626. Manu-
- tius in quæst. per epist. part. 3. ep. 6. dicit similes suissæ ceris. Hes-chio, Suidae, Ammonio & Tho-mac magistro πίλα est ἀρτίς ιους τῆς ἔχεται. haustrum id ut corrum alia, præsertim Ammonii, e libello non-dum, quod sicut, edito Ptolemai Ascalonitæ mei σταύρος λίγων. Ubi tamen in antiquissimi scholis Fr. Lindenbrogii, quibus olim usus sum, legebatur: πίλα, η ἀρτίς η τοῦ εἰ-χεται.
- Peltastæ** 11, 1, 4. Sic eos & Statius Theb. 1, 145. vocat; Lattantius pel-tatos; Livius peltatos 28, 5. & peltatas 31, 36. De iis post alios vi-deri etiam Rigaltius potest Glōssar. Tactic. pag. 143.
- Penates**, dii doméstici 2, 7, 5. v. dii. Pendere alicui pecuniam ex foedere, numerare 23, 7, 5. pendebant veteris monetas, quas nunc numeramus, inde tot vocabula ponderum in remontaria manfere &c. Bocl.
- Penes hos est resp. 25, 8, 1. summum imperium 2, 7, 2. potestatis aut pos-sessionis aut administrationis signif. ha-bet ea particula. Bocl.
- Penetrare**, se. in portum 12, 4, 2. in-trare, devenire, non sine difficultate sci. & periculo: id enim subintellig. in hac voce. Bocl.
- Penitus se abdere in Thraciam, in interiore Thraciae se conferre, 7, 9, 1. Sic Tacitus: penitus abdere sensu 1, 11, 5. Cicero in Catil. penitus intrare in familiaritatem alienus.
- Per literas agere** 9, 3, 3. si per se virtus ponderata sit, sine adscitio-ni rerum externarum pretio, sola 8, 1, 1. per suos, vena & concessa suorum 18, 10, 3. per eum honores cepit ille, illius ope beneficioque 25, 7, 2. Sic: per me nihil secius conficies, quod studeas 9, 3, 3. ne-que per senatum hoc efficere po-tuit 24, 2, 2. i.e. propter senatum obstantem. per eum legationes ad-ministrabantur, ab eo, 10, 1, 4.
- Peradolescentulus**, de Eumene circiter X.X. annos natus 18, 1, 4. v. not.

# RERUM ET VERBORUM.

Peraeque 25, 13, 6. *vulgo* vix nota  
particula, quia *Cicerio* saepe utitur, pro,  
acquatius vel eodem modo, ut *vulgo*  
loquitur. *Gifan.* observat. append.  
Boecl.

Peragere propositum, pertendere 25,  
22, 3. peracto senatu finito. 24, 2,  
2. (*Nisi legend.* consulatu vel ma-  
gistratu) 24, 2, 2. peractis ex sen-  
tentia reb. 22, 3, 1.

Peragrare, de exercit. 18, 8, 2.

Percellere, tali consilio proditoris  
perculit, pervertit, 14, 6, 8. per-  
culsus plaga 18, 5<sup>71</sup>. *v. not.* per-  
culsi pari fortuna 25, 11, 2.

Percipere. Philosophorum praeccepta  
percepta habuit 25, 17, 3. *v. ha-*  
*bere.*

Percuti spatio 15, 9, 1. percutitur na-  
vis rostro 12, 4, 2. percussa est  
potentia, convulsa 16, 2, 3. percul-  
sus pro percussione. Fr. 7, 8.

Perdere aliquem 18, 10, 2. *vulgo* pro-  
dere. *v. not.* equos militares, cor-  
rumpere ib. 5, 4. omnia, licentia scil.,  
& ferocia infestum omnibus esse, o-  
mniaque pervertere 18, 8, 2.

Perdiccas Amyntae & Euridores filius  
11, 3, 2.

Perdiccas, inter amicos Alex. M. 18,  
2, 1.

Perdita luxuria, extrema 10, 6, 2. in-  
tenditur virtutem probosc. perdita  
impiaque consilia Fr. 5, 7. Trans-  
fertur heic epitheton ad ea, quae sunt  
in homine, quemadmodum & alibi  
familia *v. g.* demens, impius, sce-  
leratus eodam transferri solent. Pro-  
prie enim de ipsis hominibus ita omnia  
dicuntur. Voist.

Perducere aliquem aliquo 18, 2, 5.  
Paulo ante: persuadere alicui, ut  
*ibid.* Sic: eo perductus est, ut malle-  
t 22, 4, 3. perducere rem eo, ut  
10, 5, 6. sic: eo res utrorumque  
perduxit, ut 15, 8, 4. perducere  
aliquem ad voluntatem suam ta-  
lentis quinque 15, 4, 1. aliquem  
ad aliquam dignitatem, proximare  
19, 1, 4. aliquem magna ambitio-  
ne Syracusas 10, 2, 2. perduci ad  
societatem periculi 10, 5, 3. per-

duci in proelium dolo 23, 5, 3. *sic*  
*vulgo*; nos edidimus produci. *v. not.*  
Peregrinatio, alias demigratio 25, 2, 3.  
Perexiguus 18, 9, 3.

Perferre epitolam 4, 4, 1. perfertug  
fama de ejus adventu 2, 2, 6. per-  
fertur de his ad illos 6, 4, 1. per-  
ferre laborem, tolerare 7, 1, 4.  
poenam 3, 1, 5.

Perficere conata 10, 8, 5. perficit,  
ut auxilio sociorum Lacedaemonii  
privantur, effect, ut 15, 6, 4. ad  
ea perficienda, quae pollicetur  
4, 2, 5.

Perfectrix beatae vitae philosophia,  
Fr. 5, 1.

Perfidia Lysandri 6, 2, 1. veterano-  
rum 18, 10, 2.

Perfuga, transfuga 14, 6, 4.

Perfugit codem (*Corinthum scil.*)  
Heracides 10, 5, 1. nisi forte pro-  
fugit *legend.* *v. Addenda ad not.* b. l.

Perfunctus multis variisque labori-  
bus 23, 13, 1.

Pergamenus rex Eumenes 23, 10, 2.

Pergamenae naves 23, 11, 5.

Pericles 7, 2, 1. *Vitrius Alcibiadis.* vi-  
de in not.

Periculum, singul. signific. de libello seta  
scripto judicis 15, 8, 2. *v. not.*

Periculum est, ne detur, premeren-  
tur, faciant 7, 8, 5, 2, 3, 3, 3, 18, 8,  
2. periculi nihil ab illo est 10,  
8, 5. periculum capitis adire 13,  
4, 3. in periculum aliquod inci-  
dere 25, 10, 4. periculo anticipi-  
premi 2, 3, 3. periculo magno esse  
emperatu*res* (*v. elle*) 14, 5, 3, 23, 9,  
2. plene: magno in periculo esse  
25, 10, 1. summo in periculo esse  
*ibid.* 10, 2. in omnibus alicujus per-  
iculis alicui singularem fidem  
praebere 25, 4, 4. pericula, de la-  
boribus belli, pugnae, de praetextis 16,  
4, 3. pericola, de iis, quae quis in  
judicis subit 19, 2, 3. Cicero de Ar-  
chia judicia & pericula conjungit:  
ejusmodi persona, quae propter  
otium ac studium minime tracta-  
ta est.

Perillustre hoc fuit, clarissime appa-  
reuit 25, 12, 3.

# I N D E X

- Petinthus**, urbi Thraciae in ora Propontidis, Samiorum colonia 7, 7, 4. *Sic Longinus, Lambinus, Savaro, aliisque. Nos cum Ortelio repudimus Patete.* v. *not.*
- Perire** morbo 21, 3, 3.
- Peritus** belli 15, 3, 1, 21, 2, 2. rei militaris 13, 1, 1. civitatis regendae, *ibid.* regionum 14, 8, 4. reip. *politicis* 24, 3, 1. peritissimus navalis belli 2, 2, 3.
- Perjurium** 18, 13, 1. deos hominesque alienat. 17, 2, 5.
- Permittere** rem arbitrio alicuius, committere 22, 1, 3. *Sic Sulp. Sever. 1, 27.* permittere alicui summam rerum.
- Permoveiri** tumultu 1, 4, 3.
- Pernicies**. ad perniciem alicuius impelli de aliquo interficiendo cogitare 14, 5, 5. *Sulpicius Severus dixit:* in perniciem alicuius ferrari. *tib. 1, c. 20.* & exitium alicuius moliri *ibid. c. 25.* *Sic:* ad perniciem alicuius aliquid cogitare 14, 6, 8. in perniciem alicuius salutem patriae siam putare 15, 9, 1. in perniciem alicuius positam ipsem habere victoriae 18, 11, 2. & alibi. ad perniciem civitatis conferre sc. aiquid 15, 7, 5. *oppon.* ad conservandam rempubl. *ibid.*
- Perniciosus**. pernicioſiſſimum fore videbat, si &c. 17, 6, 2.
- Pernoctare** cum aliquo 7, 2, 2.
- Perorare** de aliqua re 15, 6, 3. & 19, 4, 2. ubi mox: *cassam dicere.* perorare defensionem pro aliquo *Fr. 4, 2.*
- Perperna M. Censorinus** 24, 1, 1. (*al. Perpenna v. not.*)
- Perpellere**. quis perpulit, ut id committeres, quod &c. *Fr. 3, 5.*
- Perpetri** aliquid 4, 3, 2. alibi: aequo animo aliquid ferre 25, 1, 3. perpetri indigna 19, 4, 3. paupertatem facile 15, 3, 4.
- Perpetua dominatio**, continua 1, 8, 3. perpetua oratio, continua 15, 5, 1. *oppon.* brevitas respondendi ib. perpetua vita, tota 24, 1, 3. perpetua naturalis bonitas, quae nullis casibus neque augetur, neque minuitur 25, 9, 1, perpetuum imperium 1, 3, 1, 21, 2, 2.
- Perpetuo** imperium obtainere 1, 2, 3. perpetuo a majorib. acceptam e, questrem obtainere dignitatem 25, 1, 1.
- Perpudefcit**. quando perpudefcit miscenda atque perturbanda republ. *Fr. 12, 6.* v. *not.*
- Persae** fusi 1, 5, 5. venatibus & luxuriae dediti 7, 11, 5. Persarum dominatio 1, 3, 4. Persarum nemo illo fuit manus fortior, de Artaxerxe Longinano 21, 1, 4. in Persas proficiisci, in Persiani, (gente sc. pro regione posita. vid. gens) 16, 4, 3. 17, 4, 1.
- Persis** 2, 10, 1. Persidis regio 18, 8, 1.
- Perscripta** alicui mittere aliqua 14, 5, 3.
- Persequi** in significie. hostilit. persecuti aliquid, conari e medio tollere 7, 10, 1. aliquem bello 1, 7, 1, 9, 4, 1, 14, 2, 1, 16, 5, 2. hostem armis 22, 1, 4. persecuti, pro, narrare, commemorare, persecuti plura magnitudo voluminis prohibet praef. 8. persecuti omnia & non necessaria 25, 11, 3. reliqua bella par modo (i. e. aequo capitulatum, atque &c.) persecuti 24, 3, 4. de vita & mortibus alicuius plura persecuti *ibid. 3, 5.* *Sic Cic. 2. offic.* commodissime eas res persecutus est Xenophon *Ead.* ratione simplici sequi usos veteres, docet Buchn. in *Theſ.*
- Perseverare** de constantia conficiendi belli 14, 2, 5. persevero bellare 2, 5, 1. ne sinat Jupiter, te ea perseverare, *Fr. 12, 9.*
- Persona**. abeft id a principis persona, non decet principem 15, 1, 2. personis summorum virorum non satius dignum, conditione & loco eorum, praef. 1. persona: significanter, pro viro, cui administrationes publicas innuntur 16, 4, 3. sumta est metaph. a personis scenitis v. Buchn. *Theſ.* *Sic Cicero acad.* quacq. 2. qui sermonibus ejusmodi nolunt personas tam gra-

# RERUM ET VERBORUM.

ves illigari, i.e. tam clares Viros. Peruidere, est in opinionem adducere, sive verbis id stat, sive factis. Illa significatio est in sequentibus: id ei persuasit 2, 5, 2. persuasit consilium esse Apollinis, ut in naves &c. ibid. 2, 7. persuasit ei finem facere tyrannidis, quo faceret 10, 3, 3. ut militib. peruidaderet, se prohieci, quod proficisceretur 18, 3, 5. multis magnis pollicitationibus ei persuadere studuit, ut &c. ibid. 2, 4. Haec in istis: persuasum erat populo accidisse &c. 7, 6, 2. haec dum faciendo persuasit homini suscepisse se &c. 14, 10, 3.

Praesum est cum suscepit negotii 25, 15, 2.

Petenter timore 10, 8, 4.

Pettimescere, ne &c. 7, 5, 1. de faleto 15, 7, 1.

Pettinacia, non recedentis sc. a sententia 22, 1, 6.

Pertinere, pertinet ad rem publicam respicit, refertur 7, 3, 3. ad religionem, ad coniunctionem signific. finalis causae 7, 3, 5. ad sanandum me 25, 21, 5. ad usum athletarum, ad belli utilitatem 15, 2, 4. ad rem declarandam 15, 1, 3. ad irridendum eum 23, 11, 2. quae ad vitum pertinent, 8, 2, 6.

Perturbatus eo venit 4, 4, 5. tanto magis perturbatus orare coepit ib. 4, 6. perturbata est civitas tumultu Cinnano 25, 2, 2. plerique omnes perturbati admirabantur 18, 12, 1.

Pervehi in Italiam 7, 4, 4. pervectus Gades usque Fr. 7, 4.

Pervenire ad principatum 5, 2, 1. ad desperationem 22, 2, 3. ad incolumentem 25, 10, 6. in amicitiam aliquius 7, 5, 3. in affinitatem aliquius 25, 19, 2. in familiaritatem intimam 18, 1, 4. in odium aliquius 6, 1, 3. 19, 2, 1. in tutum 12, 4, 3. in tutalam suam 18, 2, 2. v. tute. peruenit ad illum haec pecunia, illi data est 15, 4, 5. peruenit ad regem ejus facti fama 14, 3, 1. de re male gesta fama ad

illos peruenit ibid. 6, 1. peruenit ad aures magistratum, exules in in urbem deuenisse 16, 3, 1. Sic. peruenient ejus consilia ad regis aures 1, 3, 6. vide de hac postrema locutione Cl. Vorstium. lib. de latinis. falso susp. cap. 13.

Pervertere civitatem, everttere 6, 2, 2. mores vetustos, corrumpere 22, 3, 3. Pervulgata sunt nomina eorum, publice & vulga nota celebrataque 15, 2, 1.

Petere aditum convenienti 4, 3, 3. amicitiam aliquius 2, 9, 4. auxilium ab aliquo 1, 4, 3. auxilia ab aliquo 22, 2, 3. colloquium aliquius 14, 10, 3. aliquem ducem 11, 2, 4. honores 25, 6, 2. pacem 7, 5, 5. societatem aliquius demigratōnis 1, 1, 2. petere salutem fuga, quaerere sibi 23, 11, 4. petere casta, naves, in castra se conferre &c. 1, 5, 5. regionem 23, 4, 2. peti, sc. bello. Athenienses peti dicebantur, 2, 2, 6. sic. peti se sensit, sibi payari hoc extitum &c. 23, 12, 5. Petulans homo, immodestus, procaz. 29, 5, 2.

Peucestes, corporis custos Alex. 18, 7, 1.

Phalanx 12, 1, 2. Alex. Magni 18, 8, 2. Laconum 16, 4, 2. Maçdonum 18, 7, 1. vide descriptum hoc militum agmen ap. Curt. 3, 2, 13. & quae ibidem Freinsheimus notavit. adde Freder. Gronov. lib. 3. cap. 6. quo loca morae vocem Ciceronē restituit, & Turneb. lib. 9. cap. 7.

Phalereus portus 2, 6, 1. Unus e tribus Atheniensium, & antiquissimus & brevissimo ab urbe spacio remans. vid. Ubb. Emm. vet. gr. tom. 1, lib. 3.

Pharnabazus 7, 10, 1. satrapes regius 6, 4, 1. satrapes loniae & Lydiac 9, 2, 2. Pharnabazus disc bellī Aegypt. destinatus 14, 3, 5.

Phidas 25, 3, 2. Nisi ex Ernstiano Cod. Mff. Plinius legend. not.

Pherae, colonia Lacedaemoniorum 9, 1, 1. v. nor.

Philenius, Historicus graecus 23, 13, 3.

# I N D E X

- sed leg.* Silenus. *v. not.*
- Philippides**, cursor ejus generis, qui hemerodromae vocantur, **1, 4, 3.** alii **Phidippus vel Phidippides** malunt, *v. not.*
- Philippense proelium**, quo **Augustus** sc. Brutum & Cassium devicit. **25, 11, 2.** sic dicitur, quod prope Philippopolis Thessalicae urbem commissum sit.
- Philippos Alex.** pater **11, 3, 2.** *idem* Amyntae filius vocatur **18, 1, 4, 21, 2, 1.** *idem* Philippus rex **19, 3, 3.** **Macedo** multa moliebatur sc. dominationis consilio **&c. 13, 3, 1.** a Pausania occiditur **21, 2, 1.**
- Philistus**, historicus, **Syracusas reducitur** **10, 3, 2.** tyrannidi amicus, *ibid.* *vid. not.* Plato epist. 3. Philistiden *vocat.*
- Philocles**, Praetor Atheniensium **7, 8, 1.**
- Philosophiae praecceptor** **15, 2, 2.** studium **25, 12, 3.** philosophia non ad ostentationem, sed ad vitam agendam utendum **25, 17, 3.** **Mulius** in hoc arguento Seneca: *vid. ep. 20, 10, 8. &c.* Philosophi plerumque male vivunt Fr. 5, 1.
- Philostratus**, Dionis frater **10, 9, 2.** sic edidimus ex optimis Mss. vulgo autem erat Philocrates vel Philocratus *v. not.*
- PHOCION** Atheniensis Bonus cognom. **19, 1, 1.** paupertate memorabilis *v. 2.* ejus dictum, super ea *v. 3.* Demadis consilii mixtus Demosthenem pellit *c. 2, 2.* Piraeum securitate sua prodidit *v. 4.* capit is damnatus a populo *c. 3,* *2.* causam dicit ap. Philipp. *v. 3.* Athenias reditus damnatur *c. 4, 2.* ejus dictum *v. 3.* a servis sepultus est *v. 4.*
- Phoebidas** Lacedaemonius **10, 1, 2.**
- Phoenicum** ducentarum navium clas- sis devicta **5, 2, 2.**
- Phryges** **14, 8, 2.**
- Phrygia** **7, 9, 3. 14, 2, 5.**
- Phyle castellum Atticæ** **8, 2, 1.** *v. not.*
- Pictas** de affectu in necessitudines **25, 17, 1.** ita nosat affectum matri debuum **21, 1, 4.** [*v. not.*] obsequium & reverentiam in avunculum **25, 5, 1.** pie-
- tas laesa, sc. quae debetur fratri **20, 1, 5.** unde qui violavit, maximi- pius dicitur. Eadem voce obsequium in patriam notatur **17, 4, 2.**
- Fila lapidea**, in qua incisa devotio Alcibiadis **7, 4, 5.** Ex more scil. infamie conciscendae usurpat: unde συντίτις & συντετίτως Lamb. Flores in pilas, non unam fuisse No- stier ib. **6, 5.** testatur.
- Piracei portus triplex** Themistoclis consilio constitutus s. emunitus **2, 6, 1.** Piraceo potitur Nicantor **19, 2, 5.** in Pyraeum universa civitas Athen. ob- viam descendit Alcibiadi ejusque col- legis **7, 6, 1.** in Pyraeum transit Thra- syb. **8, 2, 5.**
- Pisander** **7, 5, 3.**
- Pisidae**, populi juxta montem Taurum habitantes **14, 8, 2.**
- Pisistrati tyrannis** **1, 8, 1.** *vid. not.*
- Pittacus** **8, 4, 2.** *e sept. sap.*
- Placare aliquem, reconciliare **4, 5, 1.** placari animo in quem **16, 5, 2.** placati animi civium, alibi: be- nevoli **11, 3, 3.** *na Tac. 1. H. 31, 7.*
- Placer dimicari in terra**, de consilio & sententia **2, 3, 1.**
- Plaga pro calamitate** **18, 5, 1.** **plagae**, vulnera **18, 4, 2.**
- Plataeae urbs Boeotiae**, apud quam cum universo exercitu suo Macedonius Persa caesus est **4, 1, 2.** in quibusdam Mss. est **Plataeae. Graec.** πλαται & πλαται utroque numero *v. Steph. de Urb.*
- Plataenses** **1, 5, 1.** **Plataeense proe- lium**, apud Plat. commiss. **3, 2, 1.**
- Plato** Tarentum venit **10, 2, 2.** a Dionysio patre Syracusas perducitur, *ibid.* rursus a filio precib. Dionis ut ante Athenis arcessitur **10, 3, 1.** per- suadet, tyrannidis finem facere *v. 3.* a patre Dionysio venundari iussus **10, 2, 1.**
- Plebis citum**, quod plebs scisit, jubet, *λέγει οὐδέποτε* **3, 1, 5, 7, 5, 4, 15, 7,** **4, 19, 2, 2.** sic in omnibus his locis vulgo; Nostamen semper reposuimus populis citum. *v. not.*
- Plecti**, puniri **1, 8, 4.** plecti in re ali-

# RERUM ET VERBORUM.

aliqua, signif. pauci latius, poenam dare erroris admissi, reprehendendi ob neglegitum officium 25, 11, 6.

Plebus consilii 4, 1, 2, 7, 1, 2.

Plerique omnes, maxima pars, non omnes, 18, 12, 1. Est Atticum loquendi genus. v. Gell. Nott. Attic. 8, 12. Priscian. lib. 19. Donat. ad Ter. Andr. 1, 1, 28. & Serv. ad 1. Aen. Add. not. ad illum loc. plerique moderatae sapientisque vitae Timothei testimonia 13, 4, 2. mox oppon. unum ibid.

Plumbo compleiae amphorae 23, 9, 3.

Plus valere, quam &c. 8, 1, 4. non plus habuit secum, quam tringita, non plures ibid. 2, 1. pluris esse 15, 10, 4. fieri 14, 5, 2. locut. ellip. v. sup. esse. pluribus verbis aliquid commemorare, multis 25, 21, 5. plura perseguiri magnitudo voluminis prohibet praef. 8. Annotabam antea ad ista verba, esse in Boecleri Msc. sed haec plura perseguiri m. v. p. idque si in textum recuperetur, plura exponi debere prolixo, pluribus (sc. verbis.) Neque nunc muto mentim. Est magis, quod mirer, quomodo illud adeo non capere hoc loco Vir Clarissimus potuerit, ut scripscrit, non congruere meam expositionem isti Nepotis loco, qui est 24, 3, 5. hujus de vita & moribus plura in eo libro perfecuti sumus. Vbi tamen plura non potest non a Verbo regi. Plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli 2, 9, 2. plurima fortuna vindicat 8, 1, 4. plurimum aberat Athenis Charibrias, superissime, plerumque, maximum partem 12, 3, 3. Terent. Phor. 1, 4, 17. domum ire pergam: ibi plurimum est. ubi Donat. plurimum, & πλειστον. Subint. vero tempus.

Toccile, murina, 1, 6, 3. Porticus Athienensis a varietate picturarum siccicta, quae ibi positas; quas recenset Paulan. Atticis. vid. Rutgers. var. lett. 5, 1. add. Meurl. Attic. lett. 6, 17. & Athen. Att. 1, 5.

Poena. legis poenam subire, lege

constitutam 15, 8, 2. poenam legitimam decem annorum non preferre, in patriam restituvi ante legatum Ostracismi tempus 3, 1, 5. poena liberari, exilio decem annorum ibid. 2, 1.

Poenitent populum judicii sui 13, 4, 1. celerius Athenenses, quam Cimonem poenituit ejus facti, i.e. ejus exili, quo multatus Cimon erat. 5, 3, 2. vid. not.

Poenus, per Antoniasiam pro Hannibale 23, 10, 1. vid. sifpr. Laco. Poeni pro Karthag. 22, 2, 3, 23, 7, 7. Poenicum bellum primum 22, 1, 1, 24, 3, 3. Poenicum bellum secundum unde 22, 4, 3. poenicum enim rescriptissimum pro Punicum. vid. not.

Poëmatis clarus Fr. 1, 3.

Poëta elegantissimus 25, 12, 4. poetarum interpres proprie Grammatici appellandi Fr. 6, 3.

Poëticæ quaestiones Attico propofitae 25, 20, 2. Quae cujusmodi fuerint dicit Jo. Wowerius de Polymath. 10, 12.

Poëtices suavitas 25, 18, 5. poëticas attingere ibid.

Polliceri liberaliter, prompte, prolixo, ample 6, 4, 2. polliceri quod praestare non possis levitatis est 25, 15, 1.

Polllicitationes multae magnae 13, 2, 4.

Polybius, Historicus 23, 13, 1.

Polymnus. Epaminondae pater 15, 1, 1.

Polysperchon Cassandrum Macedonia pellit 19, 3, 1.

Pompa funeralis 25, 22, 4.

Pompejum qui &c cur secuti 25, 7, 2. Cn. Pompeji M. res gestas scripsit L. Otacilius. Fr. 6, 2.

Ponderare, considerare 8, 1, 1.

Pondus scil. armaturæ 11, 1, 4. magnum auri 15, 4, 1.

Ponere castra 14, 11, 4. castra in quibusdam locis ibid. 6, 2. castra in campo adversus aliquem 23, 5, 4. ponere alicubi praesidium perpetuum 7, 4, 7. aliquid in publico ibid. 4, 5. pecuniam in aerario 23,

# I N D E X

- 7, 5. hortis custodem fructus servandi gratia 5, 4, 1. sic Schoppius et vet. libro. v. not. statuam alicui 25, 3, 2. tropaeum, quo loco pugnatum est 14, 8, 3. tripodem aureum ex praeda alicui sc. dom causa 4, 1, 3. Est hujusmodi dedicatio inter solennia. prima ejus imago ponebatur, in decem praetorum numero de Miltiade 1, 6, 2. ponere, pro constitvere, existimare, habere, numerare, ponere aliquem primum omnium 8, 1, 1. aliquem principem in bello 23, 2, 6. ponuntur haec infamia, humilia &c. praefer. 5. non ei par quisquam in civitate ponitur 7, 3, 5. illorum moribus summa virtus in patientia ponitur ibid. 11, 4. apud quoscumque est princeps ponitur ibid. 11, 6. hoc in vitiis ponitur 15, 1, 2. in eis que sc. maledictu hoc posuit, inter alia hoc usurparit ibid. 6, 1. Adde Vorst. ad Val. Max. 4, 4, 1. At vitam ponere, 4, 5, 5. dicitur ut ponere calumniam, i.e. deponere vid. not.
- Positam spem victoriae in alicui pernicie habere 18, 11, 2.
- Pons in Istro factus 1, 3, 1. pontis custodes 1, 3, 1. pontem facere, dissolvere 2, 5, 1. refindere 1, 3, 4.
- Pontus 23, 10, 1.
- Populus jubet, de populi decreto & legge, formula d'upouerām 15, 7, 5. urbanus populus oppon. exercit. 5, 2, 2. populus largitione magistratum corruptus 1, 6, 4. populus suspicose libertati sua timet 7, 3, 3. populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae 13, 3, 5. locus memorabilis in ingenio multitudinis, quem illustrare potest Lips. polit. 4, 5. populi mobilitas notata 7, 6, 4. populus timer potestiam cl. viror. 1, 8, 1. & 4. populi causam agere, de fatione democratica 19, 3, 1. Populi potentiae non amicus 7, 5, 3.
- Populares, qui populo student 19, 3, 1. d'upouerām, Quos Plutarchus in A-
- rato φιλοπολίας vocat.
- Populiscitum, decretum populi, 4. q̄spia 3, 1, 5. 7, 5, 4. 15, 7, 4. & 19, 2, 2. v. not. id 3, 1, 5.
- Porrigerere, non suppetebat, quo manus porrigeret, nisi amicorum possessiones, non erat, unde raparet, &c. 10, 7, 2. v. not. Seneca epist. 55. cura tempestas pescatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur.
- Portae Ciliciae, claustra, aditus, 14, 7, 2. Graec. πόρται. Curtius 3, 4, 2. Pytas incolae dicunt; arctissimas fascies, munimenta quae manu ponimus, naturali sui imitante.
- Portare secum, anferro 23, 9, 4. ubi tamen Nos ducere reposuimus. v. not. quae regi portarentur, advehrentur 14, 4, 2. portari vehiculo 19, 4, 1.
- Porticus, quae Poecile vocatur 1, 6, 3.
- Portus Athen. describitur 2, 6, 1. Melai 17, 8, 6. portum intrare 12, 4, 2.
- Poscere. cum tempus posceret 7, 1, 3.
- Posse multum auctoritate apud aliquem, valere &c. 10, 3, 3. sic: posse plurimum in civitate 8, 3, 2. quomodo & Cicero passim. non poterat id pati 7, 9, 4. quod facere possent, liceret illis 2, 7, 4. non potuerunt corrumpi, non sunt passi se corrumpi 6, 3, 3.
- Possidere. ne essent loca munita, quae hostes possiderent, occuparent 2, 6, 2.
- Possessio Siciliae, imperium quod ibi obtinetur 20, 2, 4. tenere possessiōinem Siciliae. ibid. possessiones, amicorum, bona 10, 7, 1. possessiones Africane 25, 12, 4. Epitoticae, urbanae 25, 14, 3. pretiosae 25, 12, 3. vacuefactae bello 22, 3, 2. possessiones suas angere 25, 12, 2.
- Post bellum Peloponnesium sc. finitum, confidūm 16, 1, 3. sic: post Athenas devictas ibid. post calamitatem sc. acceptam 25, 9, 5. i.e. post

# RERUM ET VERBORUM.

